Post tenebras
spero lucem
(Job 17,12)

EX LIBRIS

JOSEPH CREMASCOLI

THESAURUS MUNDI

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM LATINORUM MEDIÆ

ET RECENTIORIS ÆTATIS

curantibus

Iosepho Billanovich, Guidone Martellotti, Iohanne Pozzi

16

SUMMA BRITONIS
SIVE
GUILLELMI BRITONIS
EXPOSITIONES VOCABULORUM BIBLIE

EDITED BY

LLOYD W. DALY

AND

† BERNADINE A. DALY

II

PATAVII

IN ÆDIBUS ANTENOREIS

MCMLXXV

© COPYRIGHT BY EDITRICE ANTENORE (VIA G. RUSCA 15) · PADOVA
PRINTED IN ITALY

SUMMA BRITONIS

N-Z

N

NABLUM hebraice, grece psalterium, latine organum dicitur. Ita dicit Papias. In Historiis (1343) autem super xxii capitulum secundi libri Regum dicitur, «Sic ponit Ieronimus differentiam inter psalterium et nablum. Et est psalterium canora cithara x cordis coaptata que percutitur cum plectro. Nablum vero xii sonos habens digitis tangitur». Vide infra ubi exponitur psalterium.

NACTUS, cta, ctum, id est adeptus, consecutus, et dicitur a nanciscor, nancisceris, nactus sum, nancisci, id est consequi, acquirere, invenire. Et est deponens pro quo antiqui dicebant nancio, cis, ut ait Priscianus (x, 21).

NAPTA «purgamenta lini vel cuiuslibet rei. Salustius autem scribit in Historiis quod napta sit genus fomitis apud Persas quo maxime nutriuntur incendia. Alii ossa olivarum que proiciuntur cum amurca arefacta naptam appellari putant». Ita dicit Papias et concordat cum glosa Danielis iii (46). Addit etiam glosa quod «grece pirin vel pirene dicitur eo quod ignem nutriat, qui grece pir dicitur. Plinius dicit naptam circa Babilonem modo liquidi bituminis profluere et nutriendis ignibus amicam esse ut etiam longe amota ignem corripiat». Versus,

Ignem napta fovet manatque bituminis instar,
Ossa per hanc olee respersa notantur amurca.
Malleoli sarmenta vocant aut vimina sicca.

Amurca dicitur proprie fex olei inferior et quandoque accipitur pro fece alterius liquoris. Et dicitur amurca quasi amara vel a mergo, gis quia se mergit inferius in fundo vasis.

NARDUS «herba est spicosa. Unde et a Grecis nardus sta-

NUBLUM 5 canora *om.* C; cordum A; captata A 6 nabla BD
NAPTA 1 salustinus B 6 etiam] in D 7 qui] que D 12 oloe D; vocantur A, notant C; amurica A 14 dicitur *om.* C
NARDUS 1-2 nardustaquos A, nardus stacos B

quos appellata est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,3). «Et est herba aromatica, fragili radice scilicet, nigra et foliis densa quorum summitates consurgunt in spicas . . . Unde hoc nardum dicitur unguentum vel confectio ex ea nardum pisticum dicitur, id est fidele, purum, sine omni impostura vel deceptione, non adulteratum aliis herbis. Pistis enim grece, latine dicitur fides. Nardum spicatum dicitur quia species nardi in eo sit vel quia de spicis et foliis sit confectum». Ita dicit Huguitio. Versus (*Grec.* IX, 78-80),

Nardum spicatum de spicis sit tibi factum,
Est nardum pisticum purum sive fidele,
Nam pistis grece nostro sermone fides est.

NARIS secundum Huguitionem (*s. v.* Nosco) dicitur a gnarus, ra, rum, quod est sciens, peritus. Unde naris dicitur quasi gnara quia bene scit discernere odores. Ysidorus in xi (1,47-8) Ethimologiarum sic ait, «Nares idcirco nominantur quia per eas vel odor vel spiritus manare non desinit sive quia odore nos admonent ut odoremus aliquid ac sciamus. Econtrario inscii ac rudes ignari dicuntur» quasi sine nare, id est sine discretione. Et subdit Ysidorus, «Narium recta pars, quia equalis est in longitudine et rotunditate, columpna dicitur, extremitas eius pirula a formula piri, que vero a leva dextraque sunt pennule ab alarum similitudine, medium autem interstitium dicitur». Et dicit Papias quod «tria sunt narium officia: unum ducendi spiritum, alterum capiendi odorem, tertium deducendi cerebri purgamentum».

2 appellatur B 3 radici C; scilicet] sed BD 4 spinas D 6 fidele vel purum B, fidele scilicet purum C 7 impostuca A; foliis vel herbis B 8 dicitur *om.* A; *post* fides *add.* C *in textu, in marg.* D: in omilia secunde ferie post dominicam in ramis palmarum dicit augustinus quod ait pistin (pistici D) locum aliquem credere debemus unde hec (hoc D) erat unguentum pretiosum 9 sit hec vel A; spicis et *om.* B

NARIS 2 unde et B 3 inter odores C 6 ac sciamus *om.* B; sciamus] persciamus A 7 e contraris B 10 formula] forma B 11 dextra quia D

NATATORIA dicitur locus in quo solent homines natare. Et dicitur alio nomine natatorium. Dicitur autem a nato, tas et est verbum frequentativum descendens ab hoc verbo no, nas, et corripit primam sillabam. Unde Iuvenalis (4,54-5),

> Quicquid conspicuum pulchrumque est equore toto,
> Res fisci est, ubicumque natat.

Iohannis ix b (7) ubi dicitur, «Vade et lave in natatoria Siloe», dicit Interlinearis «id est piscina que dicitur Siloe», et ibidem sequitur in textu (11), «Vade ad natatoriam Siloe», ubi falsi libri habent natatoria. Unde dicitur in Historiis (1587), «Siloa fons est ad radicem montis Sion qui non iugibus aquis sed in certis horis ebullit cuius aque, ut exciperentur, quasi stagnum non longe a fonte constructum erat, quam collectionem modo natatorium modo piscina scriptura vocat.

NATES a nitendo dicuntur «quia in ipsis innitimur dum sedemus. Unde et conglobata est in eis caro ne prementis corporis mole ossa dolerent». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,101). Et secundum Huguitionem (*s. v.* Nitor) declinatur hec nates, huius natis. Raro tamen invenitur in singulari.

NATALE, natalis neutri generis et hic natalis in eodem sensu dicitur nativitas, scilicet in kalendario. Tamen differunt natale, lis et nativitas quia ibi nativitas appellatur a matre in terra, ut nativitas Christi, nativitas Sancte Marie vel Sancti Iohannis. Sed natale vel natalis dicitur obitus vel dies obitus sanctorum, quorum obitus in terra nativitas est in celo. Unde natalicius, a, um ad nativitatem pertinens, et hoc natalicium, id est nativitas.

NATATORIA 2 ab alio B; et] quod BC 7 ix b] xi ABD; ubi dicitur *om.* B; lavare B 11 fons est *om.* D; non] in C 12 ut] non ABD 15 notat D

NATES 1 innituntur B 2 et *om.* D 6 *Post* singulari *add.* C: versus quamvis arte nates tamen apparet tibi nates

NATALE 2 dicitur *om.* C 4 nativitas Christi *om.* C

NATIO, nationis dicitur proprietas nascendi, scilicet actus vel passio nascendi. Item natio dicitur gens, secundum propriam nationem cognationem et collectionem ab alia distincta, ut Gallici, Britones, Teutonici. Item natio dicitur «eorum provincia». Item natio est «quandoque regio vel terra parum vel nichil habitata». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Nascor).

NATHINEI hebraice, ypodiaconi grece, subdiaconi latine. Unde Ysidorus Ethimologiarum vii (12,23), «Ypodiacones grece quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur quia subiacent preceptis et officiis Levitarum ... Hii apud Hebreos Nathinei vocantur». Et secundum Remigium in Interpretationibus «Nathinei donantes vel donati» interpretantur. Alii dicunt quod Nathinei dicuntur in humilitate deo servientes. Ypodiacones autem grece, subministri latine; diaconus enim dicitur minister.

NATURA a nascor, nasceris dicitur idem quod nativitas. Item «natura dicitur deus quia omnia creavit et nasci facit. Item natura dicitur quelibet creatura ... Item natura dicitur complexio. Item natura dicitur quedam vis naturaliter insita rebus, de similibus similia procreans ... Item natura dicitur significatio vocabuli ... quia vocabulum nasci nichil aliud est quam ipsum inveniri et imponi». Et pluribus aliis modis dicitur natura, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Nascor).

NAUCLERUS «dominus navis est, appellatus ita quod navis in sorte eius sit». Et est compositum a navis et cleros, quod est sors. Sic exponit Ysidorus Ethimologiarum xix (1,3). Naufragium navis fractio, navigare navem agere.

NAULUM est pretium quod datur naute ab illis qui vehuntur in navi. Et dicitur a navi quasi navis lucrum.

NATIO 3 nationem *om.* B 5 est] dicitur B, *om.* C
NATHINEI 3 subdiacones ACD 6 donantes] donationes C 7 alii ... dicuntur *om.* B 8-9 ypodiacones ... minister *om.* B
NATURA 2 fecit B 4 naturaliter *om.* BC 5 de] ex B
NAUCLERUS 3 Ethimologiarum xix *om.* A; xix] xx D
NAULUM 2 et dicitur a navi *om.* C

NAUSEA est vomitus in mari ex conturbatione cerebri propter aquam vel fetorem. Vel potius nausea est voluntas vomendi sine effectu et proprie in navi et dicitur a navi. Unde nauseo, as ad vomitum provocare, voluntatem vomendi habere sine effectu. Et quandoque large accipitur pro vomere sicut nauseam pro vomitu.

NAZAREUS «sonat florens vel floridus vel germinans. Dicebanturque Nazarei quidam qui ex voto se obligabant sanctimonie usque ad determinatum tempus vel iugiter, ut Samuel, et consecrabant se domino et quasi separabant se a communi vita hominum, sicut quis modo per annum unum vel per duos servit in hospitali Ierusalem. Sanctitatis eorum hec erat lex. Omni tempore separationis sue novacula non ascendebat super caput Nazarei. Unde forte quidam pingunt apostolos et Christum crinitos non in re sed pro sanctitate. Nichil quod inebriare poterat bibebat, nec edebat aliquid quod esset ex vinea, ab uva passa usque ad acinum. Ad nullum mortuum ingrediebatur, quia si mortuus fuisset subito aliquis coram eo, polluebatur caput consecrationis sue et ilico radebatur caput suum et rursum die septima offerebat par turturum aut duos pullos columbarum, quorum unum sacerdos faciebat pro peccato et alterum in holocaustum. Diesque quos fecerat pro infectis erant et voti sui sanctimoniam iterum incipiebat. Forte non pro quolibet mortuo sed pro occiso coram eo polluebatur . . . Completis autem diebus voti sui offerebat agnum anniculum in holocaustum, ovem anniculam pro peccato, arietem pacificam hostiam. Et nota, cum simpliciter ponitur aries, quod Hebreus dicit ad minus duorum annorum eum debere esse. Canistrum

NAUSEA 3 et *alterum*] vel in mari A; navi unde *om.* A 4 provocari BC 4-5 voluntatem . . . effectu *om.* AB

NAZAREUS 1 florens] floreus C 2 obligaverunt C, obligant D 3 terminatum A 4 seperabant B 6 per *om.* B 12 nullum] illum C; quia] quod B 13 subito *om.* C 14 tendebatur A 14-15 offeirbat D 17 infectis] festis A 18 forte quod non A, forte et non B 22 nota quod cum AD 23 eum *om.* B

quoque diversorum panum azimorum, exceptis hiis que sponte offerebat iuxta perfectionem sanctitatis sue, que oblatio dicebatur corban, id est munus. Et offerebat mulier xxx siclos si poterat, vir l, sin autem ad arbitrium sacerdotis pauper offerebat. Cumque immolaverat hostias sacerdos ritu suo radebatur Nazareus ad hostium tabernaculi ponebatque sacerdos crines eius in ignem sacrificii, et sic ad communem hominum vitam redire poterat». Ita scribitur in Historiis (1220-1) super sextum Numerorum.

NEBULA et nubes et nubilum dicuntur a nubo, nubis, quod est tegere in una significatione. Unde Papias, nebula inde dicta unde et nubila ab nubendo, id est operiendo terram sive quia volans sursum nubes faciat. Exhalant enim valles humide nebulas et fiunt nubes. Inde nubilum, inde nubes. Nebule autem ima petunt cum serenitas est. Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (7,2), «Nubes dicte ab obnubendo, id est operiendo, celum. Unde et nupte quod vultus suos velent, et Neptunus quod nubat, id est mare et terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem conglobant nubemque faciunt». Nota versus differentiales de Grecismo (XII, 351,353,352 + ?),

Aeris est nubes, nebule de flumine surgunt
At panis nebula tibi subtilissimus extat.
Nubila sunt proprie nubes nimbis honerate.
Nubila dat tellus, nebulas mare, sidera nubes.

NECESSE indeclinabile est, id est inevitabile, quod aliter esse non potest. Et dicitur a necto, nectis quia nexum est et firmum nec dissolvi potest. Item necesse, id est utile, ut ne-

27 vir viro B 28 efferebat C 30 igne B
NEBULA 2 regere A 3 nubila] nebula B, nubilaque C, nubila et ab A; ab *om.* D 4 quia] quod A, que B; volat A; faciet A 5 humide] habunde AC; inde . . . nubes *om.* C; nubes et nebule nebule A 6 autem a ima C 7 dicte sunt ab B 8 operiendo scilicet B; quod quasi C 10 regat AB; enim] autem B 12 de Grecismo *om.* C 15 nimbis] nivibus B
NECESSE 1 est *primum om.* C 2 est *om.* A

cesse est orare deum. Quod autem dicitur necesse quasi non cessans esse ethimologia est. Et inde necessarius, necessaria, necessarium, id est inevitabilis vel utilis, et hic necessarius, id est amicus quia utilis est, et in tempore necessitatis comprobatur, et hec necessitas et hec necessitudo, sed differunt, sicut ait Papias, quia necessitas aliquid fieri cogit, sed necessitudo est amicitia, delectio, affectus, affinitas vel propinquitas vel vinculum etc. Invenitur tamen quandoque unum poni pro reliquo. Et nota quod necto, nectis, nexui vel nexi, tere, nexum, xu idem est quod ligare, adiungere vel inserere et nodare. Unde nexo, nexas verbum frequentativum, et facit preteritum nexui et supinum nexum, nexu, sicut et primitivum.

NECO, cas, cui vel necavi, necare, nectum vel necatum, id est occidere, obtruncare, affligere, extinguere. Versus differentialis (*Grec.* XXVI, 123),

A neco dic avi ferro, necui reliqua vi.

NEFANDUS, da, dum, id est execrandus quasi non fandus, id est nec dicendus nec nominandus.

NEFAS indeclinabile componitur a non et fas, quasi non fas, id est illicitum scelus, sacrilegium, erratum. Unde nefarius, nefaria, rium, id est sceleratus, «non dignus farre, quo primo cibi genere vita hominum sustentabatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum X (188). Vel nefarius quasi non nominandus, id est indignus quod aliquis de eo fari debeat.

7 et in tempore] et interpretatur D 7-8 cum probatur D 9 sicut ait Papias *om.* C; necessitas] necessitudo C 10 est *om.* C 12 poni *om.* C

In marg. fol. 109^{v} *add.* D: nota quod hoc nomen comparativum necessarior invenitur xxxii.d. porro ad hoc ubi dicitur quod baptismus est ordine prior et necessarior aliis sacramentis

NECO 1 necare *om.* BC 2 affugere A 4 necui reliqua vi] necuive necavi A

NEFANDUS 1 mephandus A 1-2 id est *om.* A

NEFAS 1 quasi] quia C 2 sacrilegium erratum *om.* A 4 homini B; sustentatur A 6 aliquid AC

NEGOTIUM multa significat. Dicitur enim controversia, causa, questio aut contentio, disceptatio. Item quandoque significat actum rei alicuius cuius contrarium est otium, quandoque actionem cause, quod est iurgium litis. Et dicitur negotium quasi non otium vel quasi negans otium, id est sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis dicitur ubi aliquid datur ut lucrum acquiratur. Item a negotio dicitur negotior, negotiaris, id est mercari, negotium facere. Et hic et hec negotista, te, id est mercator, institor, opifex, mercenarius.

NEOMENIA, nie dicitur innovatio lune et nota quod «sollempnitates legales erant vii: sabbatum, neomenia, phase, pentecoste, festum clangoris, festum propitiationis, scenophegia. Sabbatum interpretatur quies et potest dici festum domini quia, cum alia festa instituta et nominata sint ab aliquo eventu vel opere eorum, hoc dicitur sabbatum quia deus quievit in eo. Inde est ergo forte quod privilegiatum est in duobus quia non licet in eo cibum parare nec ultra mille passus ire. Dicitur autem hoc festum legale, non quin et ante legem etiam ab exteris quibusdam nationibus observatum fuerit sabbatum sed quia sub lege post observatum est. Eadem die preter iuge sacrificium offerebantur duo agni immaculati anniculi cum libamentis suis in holocausta. Neomenia sonat innovatio lune. Neos enim novum, mene luna interpretatur. Quia ergo Iudei in legitimis suis lunationes pro mensibus habebant ex lege, diem nove lune vocabant kalendas legales, et erat dies ferialis apud eos. Eo die offerebant vitulos duos, arietem unum, agnos anniculos vii cum libamentis suis per singulos, hircum quoque pro declinatione peccati cum libamentis suis, omnia hec in holocaustum. Quarta decima die

NEGOTIUM 2 aut] sive A 5 non] nec CD
NEOMENIA 2 noe menia D; phase] pascha C 5 sunt AC 7 forte *om.* A 8 passus est ire B 10 observatum est *om.* A 12 duo] domino A 13 agniculi B; noe menia D 15 quia] quare A 17 eo] eodem BC 18 agniculos B 20 hec *om.* B

primi mensis ad vesperam comedebant agnum paschalem, et nox illa dicebatur phase, id est transitus», – sicut dicitur in Historiis (1554) super Exodi xii (11), «quia transivit angelus per Egiptum percutiens primogenita ab homine usque ad pecus, et transivit super tecta Hebreorum linita sanguine. Et quia aggressus est Israel iter transeundi ab Egipto». – «eadem die pascha id est immolatio. Sequenti die inchoabant festum azimorum quod protelabatur septem diebus, quorum dies primus et ultimus erat ferialis et sollempnis ab omni opere servili, quod Ezechiel (45-6) addidit de festo prime diei Aprilis et alibi de decima die qua tollebatur agnus. Unde et primus mensis solet comparari septimo in sollempnitatibus. Forte Moyses causa brevitatis pertransiit, vel multa ad ampliandum cultum dei superaddita sunt, que Ezechiel prosequitur, sicut in sabbato de portarum apertione et prece principis. Post primam diem sollempnem, id est xvi luna, torrebant igni spicas recentes et grana manibus confricata ad modum farris fracti offerebant domino assarium unum, cuius pugillum vel dragmam unam adolebat sacerdos super altare; reliquum vero erat eius. Pro hac oblatione quidam putaverunt hoc festum non solum azimorum dici sed etiam festum novorum . . . errantes quia legunt nisan quandoque vocari festum novorum. Ab hac xvi die dicit Iosephus numerari vii ebdomadas, post quas statim erat pentecoste. Alii dicunt numerari eas ab altera die sabbati quod erat in diebus azimorum quia littera historie sic videtur sonare. Alii ab ipsa die azimorum ne plures quam l dies inter pascha et pentecosten inveniantur. In hiis vii diebus offerebantur per singulos dies in holocaustum eedem hostie que et in neomenia cum libamentis suis». – (1244, *add.* 2) «Certior sententia

25 tecta] terram B; linitam B 27 id est] et A 27-28 immolabant A, intrabant B, inchoant C 32 comperari B 34 multa alia C; ampliendum D 35 persequitur A; aperitione D 36 prece] prede D; id est *om.* A 39 unam *om.* AC 42-43 errantes . . . novorum *om.* AD 43 die *om.* C 44 ebdamadas A, ebdomas B, ebdomodas C 46 historum C 48 inveniatur A; vii *om.* C 49 hostie] hodie C

est a prima die azimorum quinquagesimum diem esse pentecosten, a secunda quinquagesimum secundum esse diem pentecostes, in qua offerebantur panes novi, sicut secunda die azimorum, et ita duo quinquagesimi leguntur numerati». Hebreus longe aliter numerat. – «Pentecoste sonat quinquagesimus. Pentacon enim grece l, hebraice assarta vel pentecoste. Ipsa quinquagena dierum quibus completis ultimus dies dicebatur festum pentecostes, id est completivus l dierum. Fiebat autem in memoriam date legis que in quinquagesimo die ab exitu de Egipto est data. Eadem sollempnitas dicebatur festum ebdomadarum quia supputatis, ut dictum est, vii ebdomadibus ab altera die sabbati azimorum fiebat. Quod si volumus sequi Iosephum sabbatum dicemus hic primam diem sollempnem azimorum. Dicebatur etiam festum primitivorum quia tunc etiam offerebantur de novis frugibus duo panes duorum assariorum, de alfita siccata facti secundum Iosephum et fermentati, et ideo nichil ex hiis ponebatur super altare, et cum eis due agne tantum in esum sacerdotum. Et nichil ex hiis in crastinum relinqui permittebatur. Erat et hoc festum quasi vii dierum, et per singulos offerebantur eedem hostie que et in neomenia et in diebus azimorum cum libamentis suis. Tamen videtur velle Iosephus tunc immolari vitulos tres, arietes duos, agnos xiiii. Prima die mensis septimi duplex erat sollempnitas, neomenia et festum clangoris vel tubarum. Unde 'buccinate in neomenia tuba', in quo buccinabant cornibus pecorinis quia ea die liberatus erat Isaac ne immolaretur, pecore substituto

51-52 diem . . . quinquagesimum *om.* C 52 pentecosten BC, pentecostem D 54 et *om.* D; duo] domino AB; leguntur *om.* AD; numerati] numerari BC 56 pentacon] pentatio C; grece *om.* ABD; asserta B 57 quinquaginta A; completis et ultimus D 59 quinquagesima A 60 eadem die sollempnitas D 61 supputatum D 62 vii diebus ebdomadibus A 64 sollempnem *om.* C 66 fructibus D; duo] domino A; alphita id est farina ordei BC, *in marg.* A; sunt facti A 67 feramenti C 68 esu B 69 sacerdotium A 69-70 permutebatur AB 70 singulos dies A 71 et *primum om.* D 72 cum] in AD 73 immorari C; xii A 74 erat] est C 75 tuba et festum clangoris A 76 ea] eadem ABD

pro eo. Dicebatur etiam festum septimorum vel sabbatum mensium quia hic mensis vii fere totus erat sollempnis. Eadem die, preter oblationes neomenie, offerebantur in holocaustum vitulus unus, aries unus, agni anniculi vii et hircus pro peccato cum libamentis suis. Traditur quod subintroductum est a Iudeis de cereis ut per ignem immolationem Isaac paratam significarent. Item a modernioribus translati sunt cerei ad decimam diem, que est pro mortuis forte pro spe resurrectionis. Decima die eiusdem mensis erat festum propitiationis quia rediit eadem die Moyses ad eos referens eis deum placatum super offensa vituli conflatilis. Eadem die ieiunabant homines et iumenta et pueri septennes a vespera usque ad vesperam pro memoria mortuorum. Unde et dicebatur etiam dies afflictionis. Dicebatur quoque dies expiationis quia eo die sanguine vitule rufe expiabatur tabernaculum et altare, ut predictum est. Et fiebat cinis ex eo ad expiationem immundorum, et ipsi expiabantur a peccatis ipsius anni per emissionem hirci apopompeii. Erat autem oblatio diei illius aries unus, agni anniculi vii, hircus pro peccato cum libamentis suis . . . Quinta decima die mensis eiusdem erat scenophegia, quod sonat fixio tabernaculorum, in qua per septem dies habitabant sub umbraculis in memoriam xl annorum in quibus fuerunt in deserto sub tabernaculis. Unde et festum tabernaculorum dici solet. Protelabatur autem vii diebus, quorum primus et ultimus sollempnes erant. Octavus etiam dies erat sollempnis non quia de scenophegia esset sed quia ea die conveniebant ad faciendam collectam, forte in usus pau-

79 vii] septimus BD; erat *om.* C 81 agniculi B 83 sub introductus B; cereis etiam ut A 83 per hoc ignem C 83-84 ignem et immolationem O 84 a *om.* D 84-85 modernis C 85 decimam] x A 86-87 eiusdem] eius AD 87 quia] et A, *om.* B 90 pueri et septennes D 91 etiam *om.* C 92 quoque] etiam B 93 expiabantur A 94 eo] ea B, eo die C 95 expiebantur B; anni] agni C 96 pompeii C 97 agniculi B; suis vel eorum ABD 98 cenophagia B 101 umbraculis vel tabernaculis A 102 protelabantur AD 104 non *om.* D; cenophegia B 105 collectata C

perum vel in alios usus communes. Unde et scenophegia quandoque legitur esse festum octo dierum, sed patres illi non servierunt ogdoadi. Traditur quoque in quatuor diebus interpositis a die decima usque ad hanc diem Hebreos observare ieiunia. Tradit Iosephus quod in hiis viii diebus ferebant in manibus ramos mirti et salicis et summitates palmarum et virgulas mali persici. Fiebatque de cunctis frugibus terre oblatio domino in gratiarum actione. Oblatio vero viii dierum hec erat. Prima die offerebantur in holocaustum vituli xiii, arietes duo, agni anniculi xiiii et hircus pro peccato cum libamentis suis. Eadem oblatio arietum et agnorum et hirci fiebat per singulos dies sequentes, sed de numero vitulorum unus subtrahebatur in dies. In secunda xii, in tertia xi, in iiii x, in v ix, in vi viii, in vii vii. In octava, que erat sollempnis, offerebatur vitulus unus, aries unus, agni anniculi vii et hircus pro peccato cum libamentis eorum. Forte in vii diebus facta est subtractio vitulorum ut in summa fierent lxx in memoriam quod in lxx animabus intraverunt in Egiptum. Hee sunt oblationes in vii sollempnitatibus et fiebant de publico, nec propter hoc cessabat indesinens sacrifium nec hostie spontanee vel necessarie. Et nota quod ille tres sollempnitates que in vii diebus protelabantur precipue dicebantur. Et sabbatum quod interveniebat in illis diebus dicebatur sabbatum sabbatorum quasi sabbatum festorum. Alias festivitates adiecerunt hiis Hebrei propter varios eventus, sicut encenia et phurim, id est festum Hester, sed non dicuntur legales, id est legibus institute». Ita scribitur in Historiis (1242-5). De cerimoniis supra scriptum est. Expositiones vocabulorum quere in locis suis.

106 vel] et B; et *om.* D; cenophagia B 108 ocdoadi A, octoadi B, ocdoadis D; *post* ogdoadi *add. in textu* AC, *in marg.* D: (hec C) ogdoas (ocdoas AD) huius (*om.* C) ogdoadis (ocdoadis AD) dicitur spatium viii (vii C) dierum ab octo et doas quod est dies 110 tradidit A 111 mirti] mirre ABD; salucis B; summita B 113 terre *om.* B; domino *om.* D 116-117 et hyrcorum et agnorum A 120 unus et aries A, aries unus *om.* D 123 in *alterum*] cum A 125 propter] proprie ACD 128-129 et . . . dicebatur *om.* C 129 quasi] enim A, quasi hoc est B 134 vocabulum B

NEOPHITUS «grece novellus et rudis, fidelis» et nuper renatus. Et «componitur a neos, quod est novum, et phitos, quod est quero, quasi novus quesitor, qui enim nuper ad fidem conversus est de fide querere solet». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Neos). Secundum Papiam neophiti dicuntur novitii. In idem redit.

NEPOS dicitur quasi natus post, scilicet «ex filio natus ... Et est utriusque sexus. Nam ut neptis dicatur in iure est propter discretionem successionis admissum. Unde pronepos filius nepotis quasi porro natus post ... vel quasi prope nepotem». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5, 26-8). Item «nepos dicitur luxuriosus» a nepa. Nepa autem, ut ait Huguitio (*s. v.* Nepa), «quidam serpens est qui natos suos consumit, excepto eo qui in dorso eius residens inheserit; ... post ipse qui servatus est consumit patrem. Et dicitur nepa quasi necans partus, id est necans filios, qui necant parentem ... Et hinc tractum est quod homines qui bona parentum per luxuriam consumunt nepotes dicuntur, id est luxuriosi. Et est nepos communis generis pro luxurioso. Unde hec nepotatio, id est luxuria». Totum sumitur de Papia. Versus de Grecismo (ix, 26-7),

Est nati stirps mascula nepos et luxuriosus;
Hic est a nepa, de natus post venit ille.

Priscianus (vi,68) non affirmat quod nepos sit communis generis sed dicit «quod quidam commune putaverunt quamvis

NEOPHITUS 1 rudis et fidelis B 2-3 phiros C, phitos quod est fides vel componitur a neos quod est novum et phitos quod est quero B 4 *Post* Huguitio *add.* B: verius autem credo neophitum dici noviter plantatum a neos quod novum et phitos quod est plantatio nam phitos idem est quod planto 6 et in B

NEPOS 1 dictus BC 8 eius] suo C 9 post] postea B; conservatus D 11 parentes B 12 per luxuriam *om.* B 13-14 luxuriosus B 14 luxuria] luxuriosa A 16 nepos *iteravit* C 17 *Post* ille *add. in textu* AB, *in marg.* D: mascula id est masculina quia tantum est masculini generis secundum Priscianum 18 Priscianus autem B

femininum sit neptis». Immo videtur dicere quod tantum sit masculini generis. Dicitur enim in tractatu de generibus nominis (V, 32), «in os terminantia feminina tria inveniuntur: cos cotis, dos dotis, glos gloris».

Discite quid sit glos: lignum vel femina vel flos.
Flos est glos, glotis; glos, gloris femina fratris;
Glos, glossis lignum vetus est de nocte serenum.

«Communia quinque: custos, sacerdos, bos, compos, impos. Neutra duo: os oris, et os ossis. Alia vero omnia masculina sunt: mos, ros, flos, lepos, nepos». Et ita sentio, quicquid alii dixerunt. Unde scribitur in Grecismo (IX, 26),

Est nati stirps mascula nepos,

id est masculina. Item in Doctrinali (651) enumerantur communia in os in uno versu,

Dant duo bos, impos, compos cuxtosque, sacerdos.

NEQUAM, id est malus, omnis generis est, indeclinabile et differt a malo, ut quidam dicunt, quia malus est naturaliter, nequam vero qui nequit se continere a sordibus. Unde et nequam dicitur luxuriosus quia incontinens est. Unde hec nequitia, id est malitia et luxuria. Ovidius (*F.* I, 414),

Nequitia est que te non sinit esse senem.

Et dicitur nequam a nequeo, nequis quia nequit se continere a malo. Unde quidam vituperabat socium suum dicens,

O nequam, nequam, verum nequissime, sic es
Nequam quod numquam nequior esse queas.

20 nepotis C 21 dicit C 23 gloris versus A 24-26 discite... serenum *in marg.* CD 24 ligum C 26 *Post* serenum *add.* B: alii versus de eodem tis ti dat florem sis lignum ris mulierem item dicit ibidem priscianus quod in os terminata 27 quinque inveniuntur que sunt custos B 28 duo] dicimus A, *om.* D 29 ut mos A; lepos et nepos A 30-32 unde... masculina *om.* B 30 scribitur *om.* C 32 item] unde B

NEQUAM 5 luxuriosa A; unde ovidius A 7 nequam] nequitia A 10 queas] potes B

NEQUIS, id est ne aliquis, componitur a ne et quis. Unde dicit Priscianus (v, 59) in tractatu de figura nominis, «Siquis, nequis composita esse ostenduntur a femininis in a desinentibus: siqua, nequa quomodo aliqua». Nam, nisi essent composita, feminina in ae diptongon fecissent sique neque, ut quis femininum que facit. Item ibidem in fine (67), «siquis, numquis, nequis ostenduntur sine dubio composita esse tam a feminino singulari quam a neutro plurali in a desinentibus» etc. Caveatur ergo scriptorum vitium qui predicta nomina corrupte scribunt et quodlibet ipsorum in duas dividunt dictiones. Versus,

Scindens a ne quis normis non uteris equis;
  Compositum nequis esse negare nequis.
Compositum siquis linguis laniatur iniquis
Ut semper siquis acuant quasi sint duo si quis.
  Componit siquis Ars; si vis dividere siquis,
Ut non contendas pro veris accipe mendas,
Ut vis distendas, tamen Artem non reprehendas.

NEO, nes, nevi, nere, netum, netu idem est quod filare. Unde netus, a, um, id est filatus.

NERVUS, nervi vinculum est membrorum. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xi (1,83), «Nervi greca appellatione appellati quos illi neura vocant. Alii latine vocari nervos putant eo quod artuum coniunctiones invicem hiis inhereant». Unde dicuntur ab inherendo. Et sequitur ibidem, «Maximam autem virium substantiam nervos facere certissimum est, nam quanto fuerint densiores tanto propensius dicuntur augescere firmitatem». Unde nervosus,

In marg. fol. 112 *add.* D: a nequam nequito tas et nequitor ris deponens nequam esse vel nequiter agens

NEQUIS 4 siquam nequam C; quomodo *om.* A 5 diptongum D 7 numquis] nonquis B 9 ergo] etiam C 10 quelibet C 12 *Super* scindens *scr.* id est dividens D; a ne quis *iteravit* D 15 accuant AD; quasi sint] querunt A 16 divide C 17 accipere A

NEO 1 idem *om.* C 2 filatus ta tum B

NERVUS 3 appellati] appellare B 4 invicem in BD 8 dicunt A; augere C; infirmitatem C

sa, sum, id est fortis, rigidus, robustus, nervis plenus et nerviceus, cea, ceum de nervo existens. Item hic nervus dicitur quoddam genus tormenti, scilicet tipus. Unde Iob xiii (27), «Posuisti in nervo pedem meum» ubi quidam ponunt ervo, sed male. Est autem ervum quedam herba longa et tenax, et dicunt quidam quod est genus leguminis, scilicet vicia, quod et erbum dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (4,11), «Erbum a greco trahit vocabulum, hoc enim illi orobum dicunt quod, cum sit quibusdam pecoribus infestum, tauros tamen pingues facit». Versus,

Nervo torqueris in tipo quando teneris
Membraque firmantur nervis quibus ossa ligantur.

NICHILUM, nichili neutri generis invenitur et per apocopam dicitur hoc nichil indeclinabile, a quo per sincopam hoc nil indeclinabile. Dicitur autem nichilum quasi non hilum, id est non aliquid. Nam hic hilus vel hoc hilum dicitur illud tenue quod est in penna, quod nullius valoris est. Item invenitur hic et hec et hoc nichili indeclinabile, vel potius secundum Huguitionem (*s. v.* Hyrna) sit genitivus et construatur «figurate cum quolibet casu et genere et cum utroque numero intransitive, ut nichili homo, nichili hominis, nichili homini, id est nullius utilitatis, nullius pretii, nullius valoris». Ista tamen verba Huguitionis multam possent habere calumpniam. Credo autem quod absque figura, quando quis parvipenditur, potest dici nichili homo, sicut econverso dicitur homo magni valoris vel equus centum solidorum. Et

10 nervicus ca cum C 12 in ervo C 13 longua D 17 orabum C; cum *om.* D 18 facit] reddit B 19 in] sive A 20 firmantur] sumuntur A

In marg. fol. 112 *add.* D: hoc neuma tis vel neuma me vocum emissio vel modulatio

In marg. fol. 112 *add.* D: nevus macula quam habet ruffus in fronte vel facie versus ruffi ruffa fides

NICHILUM 2-3 a quo . . . indeclinabile *om.* C 5 nullius] ullius D 7-8 construitur A 8 figurative C 9 nichili homini *om.* B 10 id est *om.* A 10-11 utilitatis pretii vel valoris B 10 pretii et nullius A 11 multam *om.* D 11-12 habent vel habere possent B 12 autem] tamen C 13 quis] aliquis C 14-15 et exponitur . . . pretii *om.* B

exponitur nichili homo, id est parvi vel nullius pretii. Potius tamen credo quod sit adiectivum indeclinabile omnis generis, ut supra dictum est, et tunc dicitur nichili, id est inane vel vacuum vel prorsus inutile.

NICTICORAX, acis dicitur a nictos, quod est nox, et corax, quod est corvus, quasi corvus noctis quia de nocte volat vel quia de nocte vigilat. De qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,41), «Nicticorax ipsa est noctua quia noctem amat. Est enim lucifuga et solem videre non patitur». Cuius autem generis sit patet per Priscianum (v,35) qui ait, «In ax desinentia si sint adiectiva communia sunt trium generum, ut capax; alia vero, etiamsi interposita sit alia consonans, feminina sunt, ut fornax, lanx, arx, falx. Propria vero greca et barbara masculina sunt, ut Aiax, Farnax, Atax».

NIGER dicitur quasi nubiger sive nubem gerens quia non est serenus sed quadam obscuritate opertus. Et comparatur niger, nigrior, nigerrimus.

NIMBUS «est densitas nubis intempesta et obscura. Unde et a nube dicitur. Sunt autem nimbi repentine et precipites pluvie. Nam pluvias vocamus lentas et iuges quasi fluvias quasi fluentes. Imbres autem et ad pluvias et ad nubes pertinent, dicti greco vocabulo quod terram inebriant ad germinandum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,3).

NISANBAATH Hebreorum lingua «Aprilis mensis». Ita dicit Papias. Vide supra ubi exponitur Adar.

15 exponitur] componitur C 16 sit *om.* C; et omnis B
NICTICORAX 1 et dicitur BD; nicos AB 5 patitur] sustinet B 6 autem *om.* C; Priscianus per B 7 aiectiva D 8 etiamsi] etsi C 10-11 naux fornax arx A, arax fornax aiax B, alax farnix atax C
NIGER 3 nigrissimus C
NIMBUS 1 est *om.* C 2 a *om.* D 3 fluvias] fluidas B 4 fluentas B
NISANBAATH 1 nisan braath A *post corr.*, nisam baath B, nisan C

NITOR, «niteris, nisus sum vel nixus sum», niti, id est «laborare, gradi, conari et parere. Nam in partu est maximus labor et conatus et proprie pro parere facit nixus», sicut dicit Huguitio.

NITRUM, nitri, sicut ait Huguitio (*s. v.* Niteo), «species est terre similis minuto sabulo cui si aqua infunditur fumigat», et valet ad lotionem vestium et corporum. Et dicitur a niteo, nites «quia res nitidas facit». Ysidorus autem dicit in xvi (2,7) Ethimologiarum, «Nitrum a loco sumpsit vocabulum, nascitur enim in oppido vel regione Egipti Nitria, ex quo et medicine fiunt et sordes vestium corporumque lavantur. Huius natura non multum a sale distat, habet enim virtutem salis et similiter oritur canescentibus siccitate litoribus».

NOBILIS dicitur quasi non vilis, cuius nomen scitur et genus, et est ethimologia. Vel per sincopam dicitur nobilis quasi notabilis quia facile notatur. Vel dicitur melius quasi nominabilis quia nomen eius multum dilatatur et per nomen ab exteris cognoscitur. Et componitur ignobilis quasi non nobilis, qui fere non cognoscitur cuiusque nomen et genus ignorantur.

NOCTU, id est de nocte vel in nocte, adverbium est temporis. Unde dicit Priscianus (xv, 16) loquens de adverbiis «in u pauca inveniuntur denominativa ut diu et ex eo composita interdiu, et a nocte noctu, nam astu indeclinabile est quomodo cornu». Interdiu, id est interim dum dies est, unde interdius, interdia, interdium, id est iugis et continuus.

NITOR 2 gradi et AC; coronari C; patere C

NITRUM 4 quia] quod C; autem dicit *om.* AD 7 laventur B 8 huius autem B; a *om.* B; enim] autem B

NOBILIS 1 non scitur nomen A 2 quasi] quia C 5 quasi] quia C 5-6 non nobilis qui C 6 cuius scilicet nomen B

NOCTU 3 u] quinto B; u desinentibus pauca C 4 est *om.* AD 5-11 interdiu . . . malo *in marg.* D, *in textu* B *sed ordine confusa* 5 interdiu] interdum D

Astu indeclinabile neutri generis idem est quod astus, scilicet calliditas vel dolositas. Unde astutus, ta, tum, id est callidus, quod in bona et in mala significatione invenitur. Unde hec astutia, ingeniositas, dolositas, cautela, industria, calliditas, et proprie in malo.

NOCTUA «dicitur pro eo quod de nocte circumvolat et per diem non potest videre, nam exorto splendore solis visus illius hebetatur. Hanc autem insula Cretensis non habet, et si veniat aliunde statim moritur. Noctua autem non est bubo, nam bubo maior est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,40). Item hec nictimene, nes idem est quod noctua», et dicitur a nictos, quod est nox. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Nictos). Unde parum valent isti versus Grecismi (XII, 90-2) scilicet,

> Noctua, nicticorax et bubo nictimeneque
> Nomina sunt avium noctis vespertilioque,
> De quibus in libris nulla est distinctio certa,

quod falsum est. Vespertilio exponetur inferius in suo loco.

NOMEN «a noma greco dicitur», sicut ait Priscianus (II, 22), «vel, ut alii dicunt, nomen dicitur quasi notamen eo quod nomine notamus uniuscuiusque substantie qualitatem». Et assignat Papias differentiam inter nomen, prenomen, cognomen et agnomen dicens, «nomen est vocabulum proprie appellationis; prenomen est quod nominibus ob dignitatem generis preponitur, ut Publius Virgilius, non enim possumus dicere Virgilius Publius. Cognomen est quod ex familia venit» et nomini coniungitur, «ut Scipio Cornelius a Cornelia familia ortus». Agnomen vero dicitur quasi accidens nomen «quod ex virtute vel vi trahitur, ut Scipio Africanus

7 et est neutri generis et B 7-8 scilicet *om.* AD 8 vel] et BC; unde] inde B 9 bona] dona D 10 unde] et B; id est ingeniositas B 11 et . . . malo *om.* B

NOCTUA 6 huius nes A 9 scilicet *om.* C 10 nictiorax C, niticorax D; nectimene C 12 nulla *om.* A

NOMEN 1 ait] autem AB 3 substantie] sue C 8 est *om.* C 9 cipio C 11 contrahitur B

pro eo quod Africam vicit». Et a nomine dicitur nominatim, id est singillatim, privatim.

NORMA grece regula latine. Et componitur innormis et enormis et denormis, omnia adiectiva in eodem sensu, scilicet irregularis, deformis.

NOTO, tas frequentativum est huius verbi nosco, cis. Est autem notare idem quod frequenter noscere, designare, demonstrare, significare, reprehendere. Unde versus,

Signat monstrare vel noscere sepe notare
Ac designare, reprehendere, significare.

NOTHUS, qui et auster dicitur, ventus est corrumpens aerem. Vide supra ubi exponitur aquilo. Unde nothus dicitur de corrupto coitu genitus, sicut de adultero et adultera. Unde quidam improperabat socio suo dicens,

Es notus puer esse nothus, de crimine totus.

Et ipse respondebat,

Sum notus, lavacro lotus, sine crimine totus.

Unde dicitur nothus quasi de nota, id est de infamia vel peccato natus. Nota enim dicitur «peccatum, dedecus, macula», turpitudo, sordes, culpa, crimen, vitium, erratum, facinus, reprehensio. Ita dicitur in Papia. Item secundum ipsum dicuntur note argumenta, signa, rationes, indicia, testimonia, coniecture, suspiciones. Item nothus dicitur «qui de patre nobili et matre ignobili gignitur», cui contrarius est spurius qui de patre ignobili et matre nobili est generatus. Et inde dicitur nothus, notha, nothum. Unde nomina in parte a Grecis detorta dicuntur notha quia nobilem habent patrem,

13 sigillatim BD; privatim *om.* D
NORMA 1-2 et enormis *om.* B
NOTO 2 idem est quod C 3 significare] signare B 5 *Post* significare *add. in textu* A, *in marg.* D: notare omnia ista significat
NOTHUS 1-2 corrumpens aerem] vel aer C 5 es] est C 9 enim *om.* C 11 ita dicitur] item vide AD, vide B 17 distorta C

id est principium, scilicet grecismum, et ignobilem matrem, id est finem, scilicet latinitatem.

NOVACULA dicitur ferrum illud latum et acutum cum quo raditur pergamenum, ab innovando dicta quia quasi innovat pelles removendo earum deformitates. Et ponitur quandoque pro rasorio quo barbe raduntur et quasi innovantur.

NOVALE «est ager tunc primum procisus». Ita dicit glosa Osee x (12). Et nota quod hoc novale et hec novalis dicuntur in eadem significatione secundum Papiam. Unde dicit Papias, novales feminini generis agri alternis vicibus vacantes. Idem, novalia sunt agri qui alternis annis vacant, novandarum virium gratia. Idem, novales dicimus silvas vel campos nuper satos. Ysidorus autem in xv (13,12) Ethimologiarum sic ait, «Novalis ager est primum procisus sive qui alternis annis vacat novandarum sibi virium causa. Novalia enim semel erunt cum fructu et semel vacua». Virgilius in primo Georgicorum (71) ponit in feminino genere dicens,

Alternis Ide tonsas cessare novales.

NOVERCA est patris uxor secunda, sic dicta eo quod ab eo nova superducatur. Quod autem dicitur noverca quasi novos arcens ethimologia est. Sepe enim noverce filios prioris uxoris novos et tenellos faciunt arceri a domo paterna.

NOVI, novisti, novit verbum est defectivum et habet significationem presentis et preteriti sub una voce. Unde versus (*Doctr.* 983-4),

18 scilicet] secundum D; grecum A 19 scilicet *om.* D; latinum C
NOVACULA 2 et ab B
NOVALE 1 tunc] tempus A, *om.* C; precisus B, proscisus C 4 agri *om.* C 4-5 vacantes... annis *om.* B 5 novales C; annis] vicibus BD; vacent AB 6 idem etiam B 7 autem *om.* C; xvi B 8 precisus B, proscisus C; qui] quia O 9 navandarum C 11 dicens *om.* B 12 Ide] de B, id est silve C; tonsas id est cultis cesare C; *Post* novales *add. in textu* AC, *in marg.* D: ida (idea A) quedam silva est (est *om.* D) *et subiungit* C: theodolus ydeos lepores puer exagitat ganimedes
NOVERCA 1 est *iteravit* C 3 prioris *om.* D 4 arceri et eici B
NOVI 1 est *om.* C

Bis duo sunt: odi, cepi, novi meminique
Que retinent sensum presentis preteritique.

NOVUS, va, vum, id est recens, non vetustus, a neos, quod est novum, dicitur et comparatur novus, novior, novissimus. Unde Priscianus (III, 24), «Novissimus videtur secundum analogiam», id est rectam formationem, «a novo factum». Nota tamen quod novissimus dicitur ultimus et raro habet significationem quam deberet habere superlativum huius nominis novus.

NOX «a nocendo dicitur eo quod oculis noceat. Que idcirco lune ac siderum lucem habet ne indecora esset et ut consolarentur omnes nocte operantes et ut quibusdam animantibus que lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam temperaretur. Noctis autem et diei alternatio propter vicissitudinem vigilandi dormiendique effecta est et ut operis diurni laborem noctis requies temperaret» etc. «Noctis autem partes sunt: vesperum, crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum v (31,1-4). Vide supra ubi exponitur crepusculum. Ibi invenies expositiones istorum.

NOXA, noxe a nocendo dicitur, scilicet «culpa vel delictum. Unde noxius, noxia, noxium . . . et hic et hec noxialis et hoc le», idem scilicet nocivus, culpabilis. «Noxius componitur innoxius, id est innocivus et proprie cui quisquam non potuit nocere nec ipse alii, et obnoxius, a, um, id est subditus. Vel obnoxius componitur ab ob et noxa et proprie obnoxius dicitur qui propter culpam vel offensam aliquam alicui est suppositus, deditus, obligatus, sed ponitur pro supposito, subdito et subiecto quocumque modo». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Noceo).

5 que] ore C
NOVUS 4 factam O 6 suppellativum A, superlatum B, super latinum D
NOX 2 ac] aut B; omnino esset B 6 et *om.* D 7 noctis *primum*] nutis B, mitis C, initum D 10 v] ii B
NOXA 1 scilicet] sicut A 2 noxalis A 5 id est *om.* D

NUBES, nubis a nubendo, id est tegendo, dicitur. Nam nubo, nubis, psi, bere duas habet significationes. Significat enim matrimonium contrahere et pertinet ad feminas. Item nubere idem est quod tegere. Unde Ysidorus in xiii (7,2), «Nubes dicte ab obnubendo, id est cooperiendo, celum. Unde et nupte quod vultus suos velent, et Neptunus quod nubat, id est mare et terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem conglobant nubemque faciunt». Papias autem dicit sic, «Nubes densitas aeris facit». Nam proximum aerem terris conglobari sepe cernimus cum per declivia iugorum ita recumbunt ut plerumque † excedantur etiam cacuminibus montium. Ex aere ergo, qui est vapor humidus de exhalatione terre et maris, superius nubila conglobantur. Cogitur aer iste visibilis ut conglobetur, conglobatus vero in nubes vertitur et ventus transiens fugabit eas. Vide differentias supra notatas ubi exponitur nebula.

NUDIUSTERTIUS adverbium temporis est, ut dicit Priscianus (XVIII, 298), et est dictio composita a «nunc et dies et tertius quasi nunc est dies tertius. Et similiter componitur nudiusquartus . . . et generaliter», sicut dicit Huguitio (*s. v.* Dyam), «cum quolibet nomine numerali et ordinali invenitur talis compositio, ut nudiuscentesimus, nudiusmillesimus. Et sunt omnia adverbia temporis». Actuum tamen x (30) nudiusquartus ponitur adiective ubi dicitur, «A nudiusquarta die usque ad hanc horam orans eram» etc. Et est sensus a nudiusquarta die, id est a die que nunc est quarta usque ad hanc horam, id est circa horam hanc etc.

NUGAS indeclinabile hebraicum est et est idem quod nugax, et est omnis generis ut dicit Priscianus (V, 23). Et in-

NUBES 5 dicte *om.* D 6 quod *primum*] quia B 8 enim] autem C; nubesque C 10 aerem *om.* BCD 11 iugerum BD 12 etiam] in A; cacumenibus A, cacum nubus D 13 exaltatione B 14 cogitur] tegitur D; ut] et D

NUDIUSTERTIUS 3 et *om.* A 5 et *om.* B; talis *om.* AD 8 adiective unde dicitur ibi C 9 eram] autem B 11 concirca B; circa ad hanc horam C

venitur tam in singulari quam in plurali. Unde Sophonie iii (18) «nugas», id est vanos, dicit glosa, «hebreum est, ut nosse possimus linguam hebraicam omnium linguarum esse matrem». Nugas, dicit Papias, «qui ad nullam utilitatem pertinet». Item nuga, nuge dicitur trupha, unde nugor, nugaris, nugas facere vel dicere vel inutiliter idem dicere. Nuga componitur nugiger, gera, gerum et nugigerulus, la, lum, id est nugas gerens, nugarum portitor vel turpis nuntius. Item a nuga hic et hec et hoc nugax, acis, id est fatuus et vanus, qui assidue nugis intendit. Unde nugaticter adverbium et hec nugacitas, tatis; nugaculus, la, lum, id est aliquantulum nugax.

NUMMUS a nomine dicitur quasi nomen quia nummi nominantur et quia nominibus principum superscribuntur. Vel dicitur nummus a numerando quia numeratur. Hoc tamen est contra Ysidorum qui dicit in iii (3,1) Ethimologiarum, «Numero nummus nomen dedit et a sui frequentatione vocabulum indidit», id est imposuit. In xvi (18,10) autem ubi agit de auro dicit quod «nummi a Numa, Romanorum rege, vocati sunt, qui primus apud Latinos imaginibus notavit et titulum nominis prescripsit». Et forte istud movit Ora-

NUGAS 3 unde] ut C 5 possimus aliquantulum linguam B 6 nugas est ut dicit C; qui] quia B 7 nuge nomen inde sumitur quod idem est quod trufa B 8 idem facere vel dicere B 10 petitor C 11 et hoc *om.* C 12 unde et D 13 et nugagulus B

In marg. fol. 114^{v} *add.* D: nugigerulus inutilis portitor nam nugas hebraice inutilis gerulus vero portitor a gero ris nugas est omnis generis et indeclinabile vel dicitur nugigerulus nuge vel nugarum gerulus id est truffe vel truffarum gerulus et componitur a nuga ge et gerulus

In marg. fol. 115 *add.* D: hoc numen nis id est dei nutus vel ipse deus vel dei potestas vel maiestas et dicitur a nuo is nui nutum quod est annuere consentire promittere vel nutum facere de eodem scilicet nuo nutus tus tui id est voluntas consensus gestus signum nuto tas id est dubitare vacillare tremere vel incipere cadere nutabundus id est dubius et incertus nutatim id est nutim quod derivatur a nutu id est significanter de nutu in nutum quando quis semper loquitur per nutum

NUMMUS 6 id est imposuit *om.* BD 7 Mima C; rege] imperatore B 8 qui eos primus C; vocavit AD

tium ut diceret numisma prima correpta. Unde in libro Epistularum in penultima Epistula (II, 1,232-4) dicit sic,

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Cherulus, incultis qui versibus et male natis
Retulit acceptos, regale numisma, Philippos.

Unde et multi dicunt quod nummus deberet scribi per unum m et corripere primam sillabam. Contrarium tamen tenet usus et auctoritas contradicit Iuvenalis (14, 139),

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Item Oratius in eadem Epistula (II, 1,105),

Cautos nominibus certis expendere nummos.

Idem in vi Epistula (I, 6, 38),

Et bene nummatum decorat Suadela Venusque

et cetera. Nummus prius argirus dicebatur quia multum de argento percutiebatur. Nam argiros grece dicitur argentum. Et dicit Ysidorus in xvi (18,12) Ethimologiarum quod «tria requiruntur in nummo scilicet metallum, figura et pondus, quorum unum si defuerit nummus non erit».

NUMMISMA «proprie est inscriptio in nummo, que et moneta dicitur, per quam nummi discernuntur, et ponitur pro ipso nummo. Unde dicitur Matthei xxii, 'Ostendite mihi nummisma census,' id est nummum qui pro censu capitis datur». Ita exponitur in Historiis (1605). Ysidorus autem in xvi (18,9) Ethimologiarum ubi agit de auro dicit quod «nummisma est solidus aureus vel argenteus sive ereus qui ideo nummisma dicitur quia nominibus principum effigieque signatur». Vide supra proximo ubi dicitur quod nummus a nomine nuncupatur.

11 in *om.* B 14 Philippo B 15 et *om.* B 18 quantum tamen ipsa D 19 eadem Epistula] eodem e B 24-25 argentum latine B 27 unus A; si] scilicet C

NUMMISMA 1 proprie *om.* C 3 unde et B 5 in *primum om.* B 7 sive ereus *om.* D 8 principium B; efficieque A, effigies C

NUMMULARIUS dicitur mensarius, campsor, negotiator. Unde dicit Magister in Historiis (1601) tangens illud quod dicitur Matthei xxi b (12) et Marci xi d (15) et Iohannis ii d (15), «Sacerdotes avaritie sue consulentes in porticibus templi hostias vendebant cuiusque generis ne venientes de longinquo nichil offerent si hostias presto non haberent. Et ne pauperes qui nichil secum attulerant excusationem pretenderent pecunie non habite posuerant ibidem nummularios qui mutuam sub cautione darent pecuniam. Sed quia lex non patiebatur ut a fratribus suis usuras acciperent excogitaverunt ut collibistas facerent. Collibiste sunt qui collibia accipiunt. Collibia dicebantur apud eos vilia munuscula, ut ciceris, uve passe et pomorum diversi generis, quasi quod in nummo non licebat accipere in talibus liceret. Quod et prohibuit Ezechiel dicens, 'Usuram et omnem superabundantiam non accipietis». Sic et hodie quidam sub nomine caritatis usuram palliant». Collibium dicitur munusculum a collibeo, bes quia cum aliis libet, id est placet.

NUPTE «dicuntur eo quod vultus suos velent. Et est translatum nomen a nubibus quibus tegitur celum». Unde nupta dicitur quasi nube tecta. «Unde et nuptie dicuntur quod ibi primum nubentium capita velentur. Obnubere enim cooperire est. Cui contraria est innuba, id est innupta, que adhuc caput suum non velat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (7,10).

NUMMULARIUS 1 cansor B, cambsor C 3 *Post* ii d *verba* ostendite ... nuncupatur *e praecedente articulo iterat* B 5 cuiuscumque BC; ne *om.* D 6 si] sed C 9 sed] et C 10-11 collibi istas A 11 facerent *om.* C; collibi iste A 13 in *om.* A 14 in] etiam D; non liceret A 15 habundantiam C

In marg. fol. 114^{v} *add.* D: nuncupo pas derivatur ab hoc nomine nomen quod autem dicitur nuncupo quasi nomine capio ethimologia est

In marg. fol. 115 *add.* D: nuo componitur annuo is quod est assentire nutum alicui facere vel assignare item componitur abnuo uis quod est refutare recusare item innuo is quod est nutum facere vel signum omnia hec faciunt preteritum in nui et supinum in nutum

NUPTE 3 quod] quia BC 4 ibi] in AD; primis A; velabantur A; enim *om.* D

NURUS est uxor filii, sic dicta a novus, va, vum «quia novella et iuvencula est. Unde et pro iuvencula sepe ponitur», ut ait Huguitio (*s. v.* Neo), «et componitur hec pronurus, scilicet uxor filii filii, id est nepotis». Et dicitur pronurus quasi prope nurum. Versus,

> Natus ait matri vobis nurus est mea coniunx.
> Cuius habes natam socrum dic esse vocandam.
> Cuius sponsus erit frater tuus, hec tua glos est,
> Hic tuus est levir tua cui dicit soror 'o vir'.
> Dic socerum natam duxisti cuius habendam.
> Quem vero genuit patruus tuus est patruelus.
> Femina quam fatris genuit tibi fratru sit elis,

id est fratruelis; themesis est figura.

NUTO, nutas dicitur frequenter nuere, sicut facit quis cum nuit digitis vel oculis nutus facit et quasi per nutus loquitur. Item nutare dicitur hesitare sive titubare.

NUTRICUS est qui nutrit et qui nutritur.

NUX significat arborem et fructum eius. Unde versus (*Grec.* x, 51-2),

> Ficus, castanea, nux hec tria nomina tantum
> Lignum cum fructu sub eodem nomine signant.

Et dicitur nux a nocendo. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,21-2), «Nux appellata quod umbra vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat. Hanc alio nomine Latini iuglandem vocant quasi Iovis glandem, fuit enim hec arbor consecrata Iovi. Cuius pomum tantam vim habet ut missum inter suspectos herbarum vel fungorum cibos quic-

NURUS 1 sic *om.* C 3-4 scilicet *om.* D 7 habens C 11 vere C 12 fratu C 13 id est . . . figura] dyeresys est ibi id est fratruelis vel potest ibi esse temesis figura B; *post* figura *add.* C: id est divisio dictionis

NUTO 3 nutare] immitare D

In marg. fol. 115 *add.* D: nutus dicitur voluntas potestas preceptum maiestas

NUX 6 appellata eo quod nocet vel eo quod B; quod] quia D 9 arbor antiquitus consecrata B

quid in eis virulentum est exsudet, rapiat atque extinguat. Nuces autem generaliter dicuntur omnia poma tecta duriore cortice, ut pinee nuces, avellane, glandes, castanee, amigdale. Hinc et nuclei dicti quod sint duro cortice tecti. At contra poma omnia mollia mala dicta sunt, sed cum adiectione terrarum in quibus antea nata sunt, ut persica, punica, matiana, cidonia et cetera».

O

O nomen est littere. Item dicit Priscianus ubi agit de interiectione o (XV, 41), «quando indignationem significat vel admirationem vel dolorem interiectio est, quando vero vocandi est vel optandi adverbium». Plures tamen habet significationes que notantur in istis versibus Grecismi (XX, 152-3),

O stupet, o dubitat, vocat, indignatur et optat,
Clamat, vel queritur, velut exemplis reperitur.

Et exemplificat per ordinem, et primo de stupore vel admiratione dicit (XX, 154),

O quibus, o quantis, o qualibus es viduata!

Et possumus addere exemplum Iuvenalis in iiii (10,157) scilicet,

O qualis facies et quali digna tabella.

Secundo exemplificat de dubitatione dicens (XX, 155),

O quam te memorem, virgo? namque hanc tibi vultus
Mortalis.

Et est exemplum Virgilii in primo Eneidos (327-8). Tertio exemplificat de vocatione dicens (XX, 156 +),

11 *Post* virulentum est *add.* B: hoc est virus id est veneni facientis letum id est mortem; rapiatque atque C
O 3 est *om.* AD 4 adverbium est C 5 notatur B 9 dicens B 10 qualibus] qualibet BCD 15 hanc] autem BC 16 *Post* mortalis *in textu add.* A, *in marg.* CD: memorem id est memorare debeam 17 eneidum C

O regina, novam cui condere Iupiter urbem
Iustitiaque dedit gentes frenare superbas.

Et sumitur istud exemplum de primo Eneidos (522-3). Quarto ponit exemplum de indignatione cum subdit (xx, 158),

Perdidit o qualem vincendo plura triumphum!

Et sumitur de iii Lucani (79). Quinto de optatione ponit exemplum (xx, 157) de vii Eneidos (VIII, 78) ubi dicitur,

Adsis o tantum et propius tua numera firmes.

Sexto de clamore vel querella sive dolore cum dicit (xx, 159 +),

O male vicinis hec menia condita Gallis,
O tristi dampnata loco!

Lucani primo (248-9) invenies hoc exemplum.

OBAUDIRE obtemperare, parere vel obedire, ad faciendum quod dicitur audire. Invenitur etiam in mala significatione obaudire, id est male vel contra audire, auditum obstruere. Et componitur ab ob et audio, dis et ex eisdem componitur obedio, obedis quasi circum vel undique audire quia verus obediens paratus est undique audire.

OBDUCERE contraducere, opponere, delere, obumbrare, obtexere, obvelare. Ita dicit Papias. Unde obductus, ta, tum, id est secretum vel obvelatum vel oppositum. Unde et cicatrix dicitur obducta quando ex oppositione labiorum vulneris sibi adherentium apparet caro integra. Similiter cicatrix parietis obducta dicitur quando fissure vel rimule obstruuntur. Unde hec obductio, id est obducendi actio, contraductio, oppositio, deletio, obumbratio, obvelatio. Et hic

19 cui] tibi B; iubiter C 21 istud] illud B 22 ponitur AB 27 numina B

OBAUDIRE 1 obtempare B; parere *om.* C; obfaciendum AB 2 autem etiam D 5-6 quia . . . audire *om.* A

OBDUCERE 3 id est *om.* C; unde et] et inde B 4 quando obducta dicitur quando A 7 obductio] conductio A; hec obducendi actio B

obductus, tus, tui in eadem significatione. Obductio etiam dicitur mors quia in morte palpebre obducuntur, id est contra se ducuntur in clausione oculorum, et similiter labia in clausione oris vel quia oculi obducuntur, id est teguntur, cum clauduntur. Sepultura etiam potest dici obductio quia tunc obducitur, id est tegitur, mortuus et terra contra terram ducitur.

OBESUS, sa, sum dicitur undique esus vel corrosus. Sed in alia significatione sumitur Genesis xli c (18) ubi dicit glosa obesis, id est «rotundis et plenis pinguedine» quasi ob esum educatis. Papias dicit sic, obesus pinguis, corpulentus, crassus, refertus, saginatus. Et differt a crasso quia crassus pinguis est, sed obesus plus est quam pinguis. Et componitur secundum Huguitionem (*s. v.* Edo) ab ob et esus, a, um, quod est participium descendens ab hoc verbo edo, es, quod supra exponitur. Verius tamen videtur ab obedendo descendere, et tunc est decomposite figure.

OBEO, obis dicitur (*Hug. s. v.* Eo) «contraire, circumdare, ... perficere, ... frequentare. Unde Tullius De amicitia (2,7), 'qui solebas illum diem obire'. Item obire dicitur mori, sed differunt quia obire est in itinere, mori autem ubicumque. Item mori commune est bestiis et hominibus bonis et malis, sed obire tantum convenit hominibus et solum bonis. Est enim obire quasi obviam ire, boni ergo obeunt, id est obviam Christo in aera eunt in dissolutione anime et corporis. Unde in kalendario invenitur, obitus Beati Martini, non mors». Unde versus de Grecismo (IX, 37-40),

Fons obit est obitus pro morte bonique malique,
Sed pro morte boni fit ab obvio de ratione,

9 subductio A 11 clausione scilicet oculorum B 12 vel] unde C 14 terra] terram C
OBESUS 6 et componitur] et secundum A 9 edendo C
OBEO 2 unde et tullius D 3 solebat AB; diem ullum C 5 mori autem commune C 6 et solum bonis *om.* D 7 obiunt AB; id est] in A 8 eunt] emit A; dissolutione scilicet B 12 ab *om.* C

Nam tunc spiritui canit obvia contio celi,
Cum malus ullus obit hunc inimicus obit.

Alius versus,

Pravus cum moritur a demone tristis obitur,

id est circumdatur. Et nota secundum Huguitionem (*s. v.* Eo) quod eo et omnia ab eo composita neutra sunt, exceptis hiis decem: adeo, ambio, circueo, ineo, anteeo, preeo, pretereo et obeo pro frequentare, perficere et circuire, subeo, transeo, que omnia sunt activa. Unde versus,

Neutrum cuncta parit eo neutra, sed excipe: transit,
Circuit atque preit, init ac adit, anteit, ambit,
Preterit atque subit, obit, at genus id variabit,
Nam pro circumdat, pro perficit atque frequentat
Dicitur activum, sed pro decedere neutrum.

OBNITOR, teris, obnisus sum vel obnixus sum, obniti, id est obsistere, repugnare, adversari, contradicere, rebellare, obluctari, contraconari. Ita dicit Papias. Item obniti dicitur circumquaque niti ad obsequium. Unde obnisus vel obnixus, a, um, contraconatus vel subiectus et humilis. Unde obnixe adverbium.

OBNOXIUS exponitur supra ubi exponitur noxa.

OBOLUS dicitur dimidius scrupulus. Unde dicit Ysidorus in xvi (25,11) Ethimologiarum, «Obolus siliquis tribus appenditur, habens ceratim duos, calcos iiii. Fiebat enim olim

14 inimicus id est diabolus D; *post* obit *in textu add.* A, *in marg.* CD: obit est fons id est principium a quo derivatur obitus 17 nota quod D 18-19 neutra . . . ineo *in marg.* C 23 ac] atque B 24 genus] ergo C 26 descendere C

In marg. fol. 115^{v} *add.* D: obiter adverbium temporis id est dum erat in itinere et est compositum ab ob et iter.

In marg. fol. 116 *add.* D: obelari id est sagittare sagitta percutere vel tali virgula denotare et designare resecationem superfluorum

OBNITOR 2 obsisse B; vel repugnare AD 4 obsequi C; obnisus vel *om.* CD

OBNOXIUS *In marg.* D

OBOLUS 2 in *om.* B 3 certatim AC, seratim B

ex ere ad instar sagitte. Unde et nomen a Grecis accepit» quia obolus grece sagitta dicitur. Item obolus dicitur medalia, scilicet medietas nummi. Scrupulus sex siliquarum pondere constat, dictus per diminutionem a lapide brevi qui scrupulus dictur.

OBRIZUM «dicitur aurum eo quod obradiet splendore». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (18,2). Et declinatur obrizus, a, um et producit mediam sillabam.

OBSCURA dicebantur sacrificia que de nocte fiebant Proserpine vel alii in obscuro loco.

OBSERVARE accipitur in bona significatione et in mala. In bona dicitur observare, id est undique servare, adimplere, ut iste observat mandata dei. In mala dicitur observare, id est contra servare, insidiari, ut ibi (*Ps.* 36,12) «Observabit peccator iustum». Versus,

Complet et exsequitur observat et insidiatur.

Item Grecismus (xv, 79),

Hec duo significat observo: sequor caveoque.

OBSES, obsidis, sicut ait Huguitio, vas, vadis dicitur. Vas, vadis exponitur infra in loco suo. Proprie autem dicuntur obsides qui ab obsessis dantur vel qui dati cum honore solent custodiri. Et est obses communis generis et dicitur ab obsideo, des, quod est contrasedere, cingere, circumcirca sedere. Unde hec obsidio dicitur obsidendi actio.

OBSTETRIX media correpta dicitur mulier que astat parientibus et recipit puerum de utero procedentem. Et est nomen

5 obolus *primum*] obelus BC 6-8 scrupulus . . . dicitur *om.* C
OBRIZUM 1 obradiet et B
OBSCURA 1-2 Proserpine id est illi dee C, Proserpine id est lune *in marg.* D
OBSERVARE 6 exequitur AD
OBSES 1 vas vadis dicitur *om.* C 1-2 vas *alterum* . . . suo *om.* BD 2 infra *om.* C 4 obses] obseses D

compositum ab ob et stera, re. Est autem stera pellicula in qua puer in ventre moratur et involvitur. Unde Macer De viribus herbarum (101-2) loquens de abscinthio dicit,

Coniuncto sibi melle stere si subditur herba
Desiccabit eam.

Item ubi agit de pionia (1638-9) dicit sic,

hec bene purgat,
Post partum potata steras vino sociata.

Vel obstetrix dicitur quasi obstitrix ab obsto, obstas quia obstat parienti. Et inde obstetrico, cas huiusmodi officium exercere. Et inde verbalia. Unde Iob xxvi f (13) dicitur «obstetricans», id est leniter educens vel suaviter contrectans ad modum obstetricis.

OBSTINATUS, ta, tum dicitur in malo induratus, obfirmatus, irrevocabilis, pervicax, pertinax. Et dicitur ab obstino, nas, quod est in malo indurare, in malo facere, perseverare. Et componitur obstinare ab ob et teneo, es, interposita s. Invenitur autem obstinatus in bono, id est firmus et stabilis. Vide primo Ruth versus finem capituli (1,18). Pervicax media correpta dicitur protervus, improbus, importunus, et proprie qui in proposito ad victoriam perseverat. Unde componitur a per et vica quam antiqui victoriam dicebant, vel componitur a per et vice quia per vicem suam optinere vult vel quia pervertit vices rerum, quod bonum est iudicando malum, et econverso, vel a per et vitio quia in vitio persistit. Vel componitur a per et vice vel vitio et cadens, quasi cadens per vices vel per vitia sua.

OBTEMPERARE dicitur obedire, obsecundare, dicto parere.

OBSTETRIX 3 est autem stera] quod est B 6 si *om.* A 11 obstitrix] obstrix D 13 excercere C; f *om.* B 13-14 dicitur obstetricans] obstetricante manu dicitur obstetricans C 14 obducens D

OBSTINATUS 2 obstino] ob ostino D 6-19 vide . . . sua *in marg.* D 6 primo] in B; capituli primi B 10 per *alterum om.* B 12 deconverso A; vel *om.* D 14 vices] vicam suam C

OBTEMPERARE obsecondare B; dicto] deo C

OBTURARE dicitur claudere, stipare. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Tundo) dicitur ab obtundo, dis, obtudi, tundere, obtusum, quod est contra vel undique tundere, obturare, in angustia claudere, prohibere, obcecare, obsurdare, opprimere, obstruere et inde dicitur obturo, as. Quod autem dicitur obturare quasi obterrare, id est terra implere, ethimologia est vel etiam compositio. Accipitur autem communiter pro obstruere vel claudere. Vide versus infra ubi exponitur oppilo, oppilas, ubi ponitur alia compositio huius verbi obturo.

OBUMBRARE, id est undique umbrare, compositum est ab ob et umbro, bras, quod est obscurare, cooperire, umbram facere. Gregorius autem exponens illud verbum Luce i c (35), «virtus altissimi obumbrabit tibi», dicit sic in Moralium xxxiii a (*PL* 76, 671), «Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnatio ponitur vel mentis refrigerium a fervore carnalium cogitationum. Unde et appellatione umbre ex superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis insinuari solet. Aliquando vero umbra, recedente caritate, torpor frigide mentis accipitur. Nam quod dominica incarnatio, servata veritate historie, obumbrationis appellatione signetur, angeli sermo testatur qui ad Mariam dicit, 'Virtus altissimi obumbrabit tibi'. Quare enim umbra non aliter exprimitur nisi per lumen et corpus? Virtus enim altissimi obumbrabit quia in eius utero lux incorporea corpus sumpsit. Ex qua

OBTENTUS *exhibent tantum* B *et* C: obtentus tus tui sicut dicit (dicitur in C) glosa actuum xxvii f (a C) (27, 30) idem est quod occasio et dicitur ab obtendo dis obtendi obtendere tentum vel obtensum (obtensum su vel obtentum tu C) quod secundum papiam significat obducere opponere obicere obtexere obvelare obumbrare et secundum hoc obtentus dicitur pretextus vel obumbratio vel simulatio item invenitur obtentus ab optineo optines quod est impetrare acquirere vel contra tenere (optines . . . tenere *om.* C)

OBTURARE 2 obtudi] obtundi B 3 obtusum su A 4 obcecare] obserare C 5 quod] quia AD 6 quasi obterrare *om.* D 7 accipiter C 9 las et ubi D; ponitur] exponitur D

OBUMBRARE 3 i c] capitulo primo C 4 alter obrum C 7 appellatio B 12 angli B; altis C 13 quare] quia BC 14 enim] ei A

videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit».

OCCASIO secundum Papiam dicitur «facultas, copia, opportunitas». Et dicitur ab occido, occidis, occidi, occidere, occasum, quod est undique cadere. Item ponitur occasio pro casu vel fortuna vel causa. Unde scribitur in Grecismo (x, 262-3),

> Est occasio casus et est occasio causa,
> A cado dic primum, sed format causa secundum.

OCCASUS dicitur occidens ab occidente ibi sole. Item occasus dicitur obitus, eversio, occasio, dies supremus.

OCULUS dicitur ab occulo, occulis, occului, occulere, occultum, quod est abscondere. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,36), «Oculi vocati sunt sive quia eos ciliorum tegmina occultant, ne qua incidentis iniurię offensione ledantur sive quia occultum lumen habent, id est secretum vel intus repositum. Hii inter omnes sensus viciniores anime existunt. In oculis enim omne mentis indicium est, unde et animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet». Inde oculatus, ta, tum, id est oculis ornatus, prudens, acutus.

OCCUMBO, bis contra aliquid cumbere, sicut occubare dicitur contra aliquid cubare. Item occumbere dicitur mori. Unde hic occubitus, tus, tui. Vide versus differentiales supra ubi exponitur accumbere.

16 videlicet *om.* C
OCCASIO 1 copia *om.* D 2-3 occasum occasu B
OCCASUS 2 occasio] occisionis B; dicitur dies B
In marg. fol. 117 *add.* D: oculus li unde oculatus ta tum et oculosus sa sum in eodem sensu plenus oculis item nota quod oculatus invenitur in alio sensu scilicet manifestus apertus ut fides oculata id est manifesta et aperta scilicet que oculis habetur item ab oculo oculo las ut deus oculavit istum id est dedit oculos et componitur exoculo las id est oculos extrahere
OCULUS 1-2 occultum tu B 3 sive *om.* B 4 iniurie *om.* B; offensione rei B 7 enim] cum C 8 statim in B
OCCUMBO 1 aliquid] aliquem C; combere D 3 unde] item C

OCCULTUS, ta, tum, id est secretus, absconditus. Et dicitur ab occulo, occulis, occului, quod est abscondere. Et componitur ab ob et colo, colis, sed secundum Papiam dicitur a claudendo.

OCREA dicitur tibiale, calciamentum vel caliga ferrea. Et dicitur ocrea quasi ob crura quia propter crura tegenda fit, vel dicitur quasi occulens crus, id est tegens. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (34,5), «Ocree tibialia calciamenta sunt, dicta quod crura tegant».

ODIO, odis, odii vel odivi, odire verbum est activum. Unde odi, odisti, odit verbum defectivum tertie coniugationis in eodem sensu. Versus (*Doctr.* 983-4),

> Bis duo sunt odi, cepi, novi, meminique
> Que retinent sensum presentis preteritique.

Unde odium a quo odiosus, id est odio plenus, odio habitus, et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Odio), quandoque dicitur odio habens.

ODOR ab aere dicitur secundum Ysidorum in iiii (12,1) Ethimologiarum quia tactu aeris sentitur. Vel dicitur ab ozein grece, quod est olere vel odor. Unde nos dicimus odor, mutantes z in d. Unde odorus, ra, rum odore plenus, scilicet qui emittit ex se odorem sicut rosa et pomum. Unde hec Odora dicitur dea que odoribus preesse putabatur et pro odore dicitur. Et inde odoro, ras et odoror, aris in eodem sensu. Unde dicitur «Odoratus est dominus odorem suavitatis» (*Gn.* 8, 21). Et nota quod declinatur hic odor vel odos. Versus,

> Bis duo sunt or et os casu retinentia recto:
> Arbor, odorque labor, hiis sociatur honor.

OCCULTUS 3 sed *om.* C
OCREA 3 dicit *om.* D
ODIO 4-5 cepi . . . preteritique *om.* C 6 odiosus sa sum C
ODOR 3 ozen B 4 z] e C, l D 5 mittit C; pomum lilium viola et huiusmodi B 11 casus satientia rectos B

OFFA est frustum panis humectati. Et componitur ab ob et fans quasi contra fantem, id est loquentem, quia os implet et impedit loquelam. Unde hec offula diminutivum et hec offella. Et est differentia inter offam et vipam. Vipa enim proprie fit in vino. Unde dicitur vipa quasi panis in vino. Offa fit in aliis liquoribus.

OFFICIUM quasi efficium ab efficiendo dicitur et mutatur ibi prima littera causa euphonie sicut dicit Ysidorus (VI, 19,1). Vel dicitur per contrarium ab officio, cis, quod est nocere, quia minime nocet. Versus,

Lucus et officium, bellum libitinaque, Parce;
Ista per antifrasim dicuntur nomina quinque.

Lucus, id est nemus, a luceo, ces quod minime lucet propter arborum densitatem; bellum a bellus, la, lum, quod est bonum, quasi minime bonum; libitina, id est feretrum, dicitur a libet, libuit, libebit quia nemini libet, id est placet; Parce, id est fata, a parco, parcis quia nemini parcunt. Vide supra ubi exponitur fatum. Officere secundum Papiam multa significat que habentur per hunc versum,

Officit, obturbat, ledit, nocet, impedit, obstat.

OFFIMACHUS est animal quoddam quod pugnat contra serpentes. Et dicitur ab offi, quod est serpens, et machos vel machia, quod est pugna. Et, sicut patet in Papia et in multis

OFFA 2 impletur A 5 unde . . . vino *om.* C
OFFICIUM 4 unde versus C 5-6 *Cf. Walther*[2], *no.* 14016 6 quinque] monsque B 6-11 per antifrasim id est per contrarium quia minime lucet propter arborum densitatem officium ab officiendo id est nocendo bellum a bellus la lum quod est formosus sum cum in veritate non sit formosum libitina id est feretrum dicitur a libet libuit libebit quia nemini libet id est placet parce id est fata scilicet furie infernales a parco cis quia nemini parcunt B 7-12 lucus . . . fatum *in marg.* D 7 quod] quia D 9 quasi] quia D 10 libebit] libebat CD 11 parcit parcunt A 12 *Post* fatum *add.* B: mons a movendo cum tantum numine moveatur; officere autem B

aliis scriptis, offi scribitur per duplex ff. Hoc dico propter quosdam qui dicunt opimachum et male. Et sunt multa alia que pugnant contra serpentes sicut mustela et suillus et multa alia.

OLEA grece oleon dicitur et nota quod dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,62), «Olea ipsa arbor est, fructus oliva, succus oleum. Est autem arbor pacis insignis». Vel possumus communius dicere cum Huguitione (*s. v.* Oliva) quod «olea vel oliva dicitur arbor, oleum vel olivum liquor, bacca fructus. Sed sepe ista proprietas confunditur». Hoc olivetum locus ubi crescunt olive.

OLEASTER, oleastri masculini generis dicitur olea silvestris. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,61), «Oleaster dictus quod sit foliis olive similibus sed latioribus, arbor inculta atque silvestris, amara atque infructuosa; cui insertus olive ramus vim mutat radicis et vertit in propriam qualitatem».

OLEUM «siquis inter aquas mersus ex ore emiserit clariora facit ea que profundi teguntur occulto. Nam eius natura habet ut cibos condiat et lumini fomentum prebeat et lassum longo itinere corpus dum eo unctum fuerit pristine sanitati restituat». Ita dicit Papias.

OLFACTORIOLA «vascula sunt muliebria quibus odoramenta gestantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (31,19). Et declinatur hoc olfactoriolum et est diminutivum ab ol-

OFFIMACHUS 4 offi] effimacus C; hoc] hec C 5 male vel sicut in antiquis libris invenitur scribitur ophimachus per ph et hoc verius credo et sunt multa alia animalia B (*Cf. Brito Metricus, vss.* 1372-78)
OLEA 2 olea *om.* D 3 oleum olea autem est C
OLEASTER 3 fit C; similis B
OLEUM 2 eius] huius B 3 lumini] limum A; fomitum D
OLFACTORIOLA 1 olfactoria A, olfatoriola B 3 hoc *om.* D

factorium, rii quod dicitur ab olfacio, cis, quod est olere facere vel odorare. Et est sincopatum verbum ab olefacio, olefacis, quod est facere olere.

OLLA ab olendo dicta quia diu servat immissum odorem. Et dicitur olla a bulliendo quasi bolla quia aqua in ea bulliat.

OLIM, id est in preterito, in presenti, in futuro. Versus (*Grec.* xx, 51),

Presens, preteritum notat olim sive futurum.

Unde Virgilius in primo Eneidos (203),

forsan et hec olim meminisse iuvabit,

id est in futuro.

OLOFERNES dicitur ab olon, quod est totum, et fero, fers et necis, necem, a nece, quasi omnibus ferens necem. Unde bene significat diabolum.

OLUS «ab alendo dicitur eo quod primum homines oleribus alerentur antequam fruges et carnes ederent. Tantum enim pomis arborum et oleribus alebantur sicut animalia herbis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (10,2).

OMEN, ominis expositum est supra ubi exponitur abominor.

4 quod *primum*] quo A 5 suncopatum D 5-6 olfacio olfacis ABD
OLLA 2 bollia C
OLIM 4 eneidum C 5 hoc B
In marg. fol. 117v *add.* D: hec olimpias dis festum vel sollempnis ludus quod vel qui fiebat ad honorem iovis semel vel per quinquennium ne si ulterius procederetur in negligentiam et oblivionem corrueret vel si citra quinquennium celebraretur expense nimietas eos gravaret in illa celebratione lex talis erat quod quicumque victor existeret in aliquo ludo haberet quodcumque munus vellet requirere unde invenitur in rethorica quicumque tyrannum interficiet olimpicarum premium accipiet
OLOFERNES 2 bene ferens C 2-3 unde et bene B
OLUS 1 olendo AD
OMEN 1 expositum est] exponitur C

ONAGER est asinus silvaticus de quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (1,39), «Onager interpretatur asinus ferus. Onon quippe Greci asinum vocant, agrium ferum. Hos Africa habet magnos et indomitos et in deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus presunt. Nascentibus masculis zelant et testiculos eorum morsu detruncant, quod caventes matres eos in secretis locis occultant». Huguitio (*s.v.* Onon) dicit quod onager componitur ab «onos vel onon grece, quod est asinus latine, et ager vel agrios, quod est ferum vel agreste».

ONICA «fertur ostreola parvula, suave redolens, magnitudine humani unguis. Unde et onica dicitur quia onix grece unguis dicitur». Ita dicitur in Historiis (1188), et sumitur de glosa Exodi xxx g (34). Ostrea est quidam piscis sic dictus ab ostra grece, quod est testa latine, quia carnis eius interior mollities testa munitur. Ostrea autem pro ipsis pisciculis in neutro genere, ostree autem pro eorum carnibus in feminino dicuntur. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (6,52). Item glosa dicit Ecclesiastici xxiiii (21), «Ungula in Exodo onica dicitur, grece enim onix, latine ungula quia humano ungui assimilatur».

ONIX quedam gemma «appellatur eo quod habeat in se permixtum candorem in similitudinem unguis humani. Greci enim unguem onicem dicunt. Hanc India vel Arabia gignit. Distant autem invicem nam Indica ignis colorem habet albis cingentibus zonis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (8,3).

ONICHINUS idem est quod onix et corripit penultimam.

ONAGER 1 silvester vel silvaticus A, silvasticus B 3 onon] on O; agriam O 7 eos *om.* A 9 et ager *om.* C; agrios] agros C
ONICA 3 dicitur *primum*] sumitur C 8 ponuntur dicuntur A 9 xiiii B 11 assimulatur D
ONIX 1 gemma est et appellatur B 2 similitudine B 4 indica] onica B, onix indica D

Unde cum dicitur lapis onichinus appositiva est constructio. Si enim esset possessivum produceret penultimam secundum regulam Prisciani (II, 51) supra positam ubi exponitur bissus.

ONOCENTAURUS dicitur ab *onos*, quod est asinus, et centaurus quasi asinus immixtus homini. Centauri fuerunt equites Thessalorum qui pro eo quod in equis in bello discurrebant quidam unum corpus equorum et hominum iudicabant. Unde centauros fictos asseverant. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum XI (3,37) ubi agit de portentis et subdit ibidem (39), «onocentaurus vocatur eo quod media hominis specie et media asini esse dicatur, sicut Ypocentaurus, quod equorum hominumque natura in eo coniuncta esse putatur».

ONOCROTALUS vel onocrotalon «quedam avis est». Et dicitur ab onos, quod est asinus, quia «faciem gerit asini, nam sic dicitur stulta facies et obducta. Vel onocrotalus grece, latine dicitur longum rostrum». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Onon). «Et est avis, ut dicunt, similis cigno». Unde in Aurora (*Lev.* 707-12) scribitur,

> Par onocrotalus est cigno, sonitum dat in undis,
> Ac uterus quidam faucibus eius inest;
> Escarum cupidus, impleri nescius, ales
> Colligit hec totum quicquid habere potest,
> Que rapuit primo mox reddit in os et in alvum
> Victum fert tanquam ruminet ille cibum.

OPACUS, ca, cum, id est obscurus, condensus, dicitur ab ops, quod est terra. Unde opaco, cas, id est obscurare, condensare.

ONICHINUS 2 unde] ut D 5 abissus B
ONOCENTAURUS 3 pro eo quod] prout A; bellis B 8 dicebatur B 9 putabatur B
ONOCROTALUS 3 sicut B; facies o et A 10 hec] hic B, hoc D; hec totum] *interdum* C
OPACUS 1 condensis D; et dicitur C 2 obscuritate A

OPPANDERE dicitur undique pandere, extendere. Oppansus, sa, sum, id est undique extensus.

OPERA, re dicitur in rebus agendis sedulitas, studium, intentio, labor, auxilium. Et dicitur ab opus, operis. Est autem opus id quod fit. Operatio autem est operis actio. Et componitur opus cum pretio et dicitur hoc operepretium, id est necessarium, utilitas vel necessitas.

OPERIO, ris, rui, rire, tum idem est quod tegere. Et componitur ab ob et perio, peris. Et scribitur per unum p. Unde corripit primam sillabam. Et est activum. Item ex eisdem componitur opperior, opperiris, oppertus sum, opperiri, verbum deponens, id est expectare et duplicat p. Unde producit primam sillabam. Unde Ovidius Methamorphoseon ix a (94-6),

Discedunt iuvenes neque enim dum flumina pacem
Et placidos cursus habeant toteque residant
Opperiuntur aque.

OPIDO, id est valde, dicitur ab opibus.

OPPIDUM quidam ab appositione murorum dixerunt. Alii ab opibus recondendis eo quod sit munitum. Alii ab ope mutua quam ibi habitantes dant contra hostem vel quia propter munitionem suam oppidum dat opem contra hostem. Discrepat autem oppidum magnitudine et menibus a vico et castello et pago. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,5-6).

OPPILIO dicitur quasi ovilio, scilicet custos vel pastor ovium. Et nota versus differentiales de Grecismo (IX, 266-9),

OPPANDERE *Totum om.* C
OPERA 1 dicitur] est B 1-2 intensio D 3 autem *om.* D 4 opus] opera D
OPERIO 2 pario paris B 3 unde et B 7 xi D 8 nec AC; dum] per AD 9 totoque D; recedant C
OPPIDUM 3 hostes B; quia *om.* A 4 propter *om.* C; opidi dum dant B 6 ita *om.* AD
OPPILIO 1 oppolio C; dicitur *om.* C

Mango caballorum sit porcorumque subulcus,
Ast asini pastor sit agazo boumque bubulcus,
Mulio mulorum dux ennoicusque caprorum
Nam caper est ennos oviumque sit opilio dux.

Quod autem prima sillaba producatur patet per Alexandreidem (*Gualteri de Castellione* II, 635, *PL* 209,476) ubi dicitur,

Ne minuat numerum lupus oppilione sinistro.

Item Virgilius in Bucolicis (10,19),

Venit et oppilio tarde venere bubulci.

Unde quidam proverbialiter loquens sic ait,

Oppilio piger obsequio dum spernit herile
Depositum lupus ad libitum populatur ovile.

OPPILO, las dicitur obturare, claudere, contundere et componitur ab ob et pilo, pilas vel secundum Huguitionem (*s. v.* Pinso) «componitur ab os, oris et pilo, pilas», quod est in pila tundere, terere, rapere. Item pilo, pilas dicitur a pila, quod est instrumentum concavum ad terendum frumentum vel aliud. Pilo componitur compilo, las, id est «contundere, rapere, furari, explorare. Unde Oratius in libro Sermonum (1,1, 78-9),

Ne te compilent fugientes, quid iuvat? horum
Semper ego optarem pauperrimus esse bonorum.

Proprie» autem, sicut dicit Huguitio, «compilare est aliena dicta suis intermiscere. Unde Ysidorus» Ethimologiarum x

4 ast] at C; agaso CD; *post* bubulcus *add. in textu* B, *in marg.* C: mangno dicitur quasi mannos (magnos B) agens et autem mannus (magnus B) equus brevior ut dicit Ysidorus subulcus (subuculus C) dicitur quasi suum custos agazo (agaso C) quasi asinos (asinum C) agens id est ducens 5 eunoicusque D; caprarum ABC 6 capra C; sit] est C 7-8 alexandrum BD, a lex C 9 *alios duo versus praebet* B: sic ubi tundentes ad pascua veris iture / ne minuat numerum lupus pilione sinistro / capripedi fauno commendat sedula baucis; opilione que ACD; sinistra C 13 obsequium B 13-14 *Cf. Walther*[2], *no.* 20268
OPPILO 1 obturpare A 2 pilas *om.* C 5 concavum *om.* B 6 a pilo A

(44), «'Compilator est qui aliena dicta suis permiscet sicut solent pigmentarii in pila diversa mixta contundere' . . . Depilo, las, rapere, furari, exspoliare et expilo, las in eodem sensu . . . Repilo, las iterum pilare. Suppilo, las, id est subtus vel latenter pilare». Et nota quod pilo et ab eo composita producunt ubique hanc sillabam pi. Unde Ovidius Methamorphoseon xiii d (562),

> Expilatque genis oculos (facit ira nocentem).

Quando autem pilo et depilo et cetera derivantur a pilus, pili tunc ubique corripitur pi. Unde Grecismus (?),

> Oppilat ora pilo claudens obturat et ille
> Aures cum thure quod ab antiquo solet esse.

Antiquitus enim solebant claudere ora cum capillis ne aliquid malum proferrent vel morientibus ne aliquid ignominiosum dicerent. Item cum thure solebant obstruere aures in sacrificiis ne aliquid mali audirent vel latronibus quando dampnabantur ne audirent iudicium. Ita solent exponi predicti versus Grecismi.

OPIMATISSIMUS, ma, mum dicitur ditissimus, opulentissimus, valde vel maxime opimatus. Et nota quod ab opibus dicitur opimus, ma, mum, id est dives, abundans, opulentus. Virgilius Eneidos iii c (224),

> Exstruimusque thoros dapibusque epulamur opimis,

id est abundantibus. Idem ix d (x, 449),

> Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis,

id est opulentis. Unde opimo, mas, id est fecundare, ditare, opulentare. Et inde opimatus, ta, tum participium quod per comparationem transit in vim nominis, et dicitur opimatus,

13 suis dictis C; intermiscet B 14 mixta *om.* B 15 rape A 16 iterum . . . las *om.* B; iterum] item D 21 autem *om.* C

OPIMATISSIMUS 1 opinatissimus A 2 vel *om.* A; magne A; opinatus C 2-3 opibus dicitur opibus A 6 idem in ix B 7 ego iam] iam ago C 8 opulentis] habundantibus C 9 quod *om.* D 10 compositionem ACD

opimatior, tissimus. Unde Iudith ii (13) legimus, «civitatem opimatissimam», id est opulentissimam. Aliqui tamen libri habent ibi opinatissimam, id est famosissimam.

OPITULOR, aris idem est quod auxiliari. Et est compositum ab ope et tulo, tulis, tetuli, tulere, quod dicebant antiqui pro quo moderni dicunt tollo, tollis, tuli vel sustuli, quod est auferre vel elevare vel accipere. Unde hec opitulatio, id est auxilium.

OPORTERE, oportunum esse, convenire, necesse esse. Et est compositum ab ope et porto, tas. Unde oportere dicitur quasi opem portare et est verbum defectivum et declinatur oportet, oportuit, oportebat. Antiquitus tamen dicebatur oporteo, tes. Et ab oportet dicitur opportunus, na, num, id est conveniens, necessarius, utilis. Unde hec oportunitas. Et scribitur opportunus per duplex pp. Unde producit primam sillabam. Oportet autem eandem corripit et scribitur per simplex p.

OPPRESSUM IRI, id est opprimendum esse. Iob xxii b (11), «putabas te tenebras non visurum, et impetu aquarum inundantium non oppressum iri».

OPPROBRIUM dicitur vituperium, dedecus, derisio. Et componitur ab ob et probrum, probri, quod est crimen, dedecus, convicium vel vituperium. Et dicitur a probro, probras, quod est vituperare, redarguere, conviciari. Et habet primam sillabam indifferentem quod patet per versus supra positos ubi exponitur exprobro, exprobras.

OPPROBRIUM EGYPTI dicitur «preputium quod apud He-

11 iudicum B 13 ibi *om.* B
OPITULOR 3 sustuli tollere quod C 4 unde *om.* ABD
OPORTERE 4 tamen *om.* C 5 et] vel A, *om.* D 7 opportunus] opportunitas B; unde et B
OPPRESSUM IRI 2 te *om.* C; impetum B
OPPROBRIUM EGYPTI 1 Egypti *om.* B

breos opprobrium erat immunditie gentium». Ita dicit Magister in Historiis (1263) super illud Iosue v (9) «Hodie abstuli a vobis opprobrium Egypti» et subdit «ob hoc vocatum est nomen loci illius collis preputiorum vel Galgala, id est revelatio quasi sanctificatio. Secundum illud facta est Iudea sanctificatio eius. Potest tamen dici opprobrium ab eis oblatum servitus Egypti et labor deserti, quod congruit secundum aliam nominis interpretationem. Interpretatur enim Galgala libertas».

OPTIMATES quasi optimi existentes dicuntur, meliores et honoratiores in populo. Derivatio patet et declinatur hic et hec optimas, matis.

OPTIO, optionis dicitur desiderium vel electio, et milites electi dicuntur optiones. Et dicitur optio per sincopam ab optatio, onis.

ORACULUM dicitur propitiatorium. Unde Exodi xxxvii b (6) dicitur, «Fecit propitiatorium, id est oraculum», et in eodem sensu accipitur fere per totam bibliam nec aliud significat cum dicitur locus unde dabantur responsa, quia de medio propitiatorii solebat dominus respondere. Tamen pro templo potest accipi iii Regum vi d (31) ubi dicitur, «in ingressu oraculi fecit duo hostiola» etc. Papias ita dicit, oraculum dicitur divinum eloquium, celeste responsum, oraculum unde sortes accipiuntur, oracula delubra. Est tamen differentia quia «oracula templa sunt ubi oratur, unde et responsa redduntur; delubra autem templa fontes habentia ad purificandos et diluendos fideles». Unde et delubra a diluendo appellata. Item in Historiis (1170), «Responsum divinum oraculum dicitur quia orantibus datur». Dicitur au-

3 v b B 4 et subdit et AD 5 loci *om.* C; illius loci vel illius collis D 6 quasi] id est C 8 illatum AB

OPTIMATES 2 honorabiliores B

ORACULUM 1 dicitur *om.* C 4 significat cum] significatum C; unde] ubi B 8-9 oraculum et unde B 10 et] etiam B 13 sunt appellata B

tem oraculum ab oro, oras, quod multa significat. Unde versus,

Supplicat, implorat, petit, obsecrat, hec notat orat.

Unde orator, id est actor, defensor, patronus, causidicus, advocatus. Ita dicit Papias.

ORATIO dicitur quasi oris ratio nam orare est loqui et dicere. Est autem *oratio* contextus verborum cum sensu. Contextus autem sine sensu non est oratio quia non est oris ratio. Item oratio petitio est quia orare idem est quod petere. Ita dicit Papias. Et etiam Ysidorus Ethimologiarum vi (19,59) multa dicit de oratione.

ORATORIUM, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xv (4,4), «Orationi tantum est consecratum in quo nemo aliquid agere debet nisi ad quod factum est; unde et nomen accepit».

ORBARE dicitur viduare, privare et proprie filiis quasi orbum facere. Unde orbus, ba, bum, id est privatus, cecus et qui filium amisit dicitur orbus. Nota versus differentiales de Grecismo (XIII, 15-16 +),

Cecus inutiliter gerit instrumenta videndi,
Lumine privatus violenter dicitur orbus.
Dicitur orbatus cecatus vel viduatus.

ORBIS dicitur circulus septimane. Unde Iob i (5), «Cumque in orbem transissent dies convivii». Et ponitur simpliciter pro circulo vel rotunditate vel rota. Unde hec orbita dicitur vestigium rote que rotunda est. Unde dicitur orbita quasi orbis iter, id est via. Item orbis dicitur mundus vel terre circulus. Unde in Psalmo (97,7), «orbis terrarum et qui habitant in eo». Unde Ysidorus in xiiii (2,1) Ethimologia-

17 obsecat C
ORATIO 4 petio C 5 etiam *om.* B
ORATORIUM 1 ait] dicit BC; xvi C 2 orationi] oratorium ABC
ORBARE 2 id est *om.* B 3 filium amisit filium AB
ORBIS 1 i *om.* C 3 vel rotunditate *iteravit* B; unde hec *om.* C 7 ysidorus dicit C; xiii BD

rum, «Orbis a rotunditate circuli dictus quia sicut rota est; unde et brevis rotella orbiculus appellatur».

ORDEUM quasi ardeum dicitur ab arendo eo «quod pre ceteris generibus frumenti fiat aridum». Vel dicitur ab ordine eo «quod spica eius ordines habeat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,10). Et secundum Papiam ordeum est frigidum et humidum.

ORGANUM, sicut dicit Ysidorus in iii (21,2) Ethimologiarum, «Vocabulum est generale vasorum omnium musicorum». Papias autem dicit quod organa dicuntur omnia instrumenta musicorum et non solum illud organum dicitur quod grande est et inflatur follibus, sed quicquid aptatur ad cantilenam et corporeum est. † Quo instrumento utitur qui cantat organum dicitur.† Possumus etiam modulationem vel cantilenam, et proprie que fit cum talibus instrumentis vel vasis, organum appellare. Et dicitur organum ab orge, quod est colere, quia debemus organis uti ad cultum dei. Unde organista et organizo, nizas.

ORION astrum ante tauri vestigia fulget, et dicitur Orion quasi urion ab urina, id est ab inundatione aquarum, tempore enim hiemis aboritur et mare ac terras aquis ac tempestatibus turbat. Hunc Latini iugulum vocant quod sit armatus gladio et stellarum luce terribilis atque clarissimus, in quo si effulgent omnia serenitas protenditur, si obscurata sit huius acies tempestas cernitur imminere. Et nota quod secundum Lucanum producit penultimam in genitivo, unde dicit in primo g (665),

Ensiferi nimium fulget latus Orionis?

ORDEUM 1 dicitur *om.* B; ardendo C 3 ordines] ordinem ACD
ORGANUM 1 in *om.* B 4 organum] instrumentum B 7 ille qui cantant unde organum C
ORION 1 astrum est B; fulgens B 3 enim] autem B; oritur B; et] ac C; ac *alterum*] et B 6 obscura B 7 fit D; tempestes C 9 dicit] patet B; in *om.* D 10 nimirum A

Idem in ix f (836),

Teste tulit celo victi decus Orionis,

sed Ovidius Methamorphoseon xiii c (294) corripit dicens,

Diversasque urbes nitidumque et Orionis ensem.

Plurium usus sequitur Ovidium quam Lucanum. Unde in talibus in quibus auctores sibi contrariantur semper tenenda est consuetudo loci in quo legitur.

ORIX, ut dicit glosa li (20) Isaie, «Animal est immundum nec sacrificiis aptum». Lxx interpretes transtulerunt ibi «sicut beta semicocta», ceteri interpretes omnes «sicut orix illaqueatus» transtulerunt, qui hebraice dicitur tho. Et inter immunda animalia in lege computatur, scilicet Deuteronomii xiiii a (4-5) ubi dicitur, «Hoc est animal quod comedere debetis», etc., et sequitur «origem, cameleopardulum». Erat itaque mundum animal quantum ad esum, sed immundum quantum ad sacrificium, sicut dicit glosa Isaie li. Aliqui tamen dicunt quod orix non significat idem animal quod significatur per origem, quod non credo. Iudei enim utrobique habent tho. Item dicunt quidam quod est animal quoddam in heremo simile capre cuius pili sunt reflexi versus caput contra naturam omnium aliorum animalium. Alii dicunt quod est mus aquaticus qui cum captus est proicitur in viis sive in compitis. Alii dicunt, quod verius credo, quod orix est animal simile muri quod nos dicimus glirem, de quo Ysidorus Ethimologiarum (XII, 3,6), «Glires dicti quia pingues eos efficit sompnus; nam gliscere dicimus crescere. Hieme enim tota dormiunt et immobiles quasi mortui iacent, tempore autem estivo reviviscunt». Et cum istis videtur Plinius (*N. H.* II, 40, 107) concordare qui dicit, origem ap-

11 in *om.* C 14 diversaque D; nidumque C; et *om.* B

ORIX 1 est *om.* B 2 nec] non A 6 ubi dicitur *om.* B 7 origcn C; camaleopardulum C 11 origen BC; ubique A 12 quod est animal *om.* D 16 in *om.* B 17 nos *om.* C 18-19 pingues quod scilicet quies efficit et sompnus B 19 dicuntur C 22 plenius C; sic dicit B, dicit sic CD; origen B

pellat Egyptus feram quam in ortu canicule contrastare et contueri tradit ac velut adorare cum stertuerit. Ortus canicule est vii Kalendas Iunii, et tunc incipit estas. Nota versus differentiales (*Grec.* x, 168-9),

Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur;
Ris primus, glissis tenet altera, tertia glitis.

Item credo quod declinatur hic orix, origis, sicut patet per exemplum Deuteronomii suprapositum et secundum illam regulam que ponitur in Grecismo (?),

Nomen in x donat in cis vel gis genitivum
Quatuor exceptis: nox, nixque, senexque suppelex,

et est extracta regula de Prisciano (VI, 93). Et nota quod Hebrei dicunt in pedica captus ubi nos dicimus illaqueatus.

ORPHANUS idem est quod pupillus. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (2,12), «Orphani idem qui et pupilli; illud enim grecum nomen est, istud latinum. Nam in Psalmo (9,(10),14) ubi legitur, 'Pupillo tu eris adiutor', grecus habet orphano». In Grecismo (IX,6-7 *et app. crit.*) tamen ponuntur isti versus differentiales,

Pupillus patre caret, orphanus est sine matre,
Orphanus ac proprie magis est privatus utroque.
Hunc orbum dices qui sit viduatus utroque.

Item ab orphano dicitur hoc orhpanotrophium, id est hospitale vel alius locus in quo orphani nutriuntur vel conversantur. Et hic et hec orphanotrophica qui vel que preest et custodit orphanotrophium.

23 feram] stellam C 24 odorare AB; cum stertuerit *om.* B 25 viii BC 28 glitis] gliris D 29 hic *om.* C 32 x] ex B; in gis A 33 nixnoxque C; senex C; superlex B 35 impedita A; *post* illaqueatus *add. in textu* A, *in marg.* B: secundum iuvenalem orix dicitur gallina africana que maxima est et pinguis adeo ut cultellum hebetet sua pinguedine unde dicit in iiii (11, 140-1) libro et getulus orix hebeti lautissima ferro ceditur (avis delicatissima D)
ORPHANUS 2 *ad* idem *in marg.* D: sinceresis iidem enim vel eidem deberet dici secundum priscianum 3 in *om.* A 9 orphum C; fit D; viduatus] privatus B 10 hoc *om.* D; id est] vel B

ORTIGOMETRA expositum est supra ubi exponitur coturnix. Dicit tamen Huguitio quod «ortix, ortigis grece latine dicitur coturnix. Unde hec Ortigia quedam insula est, scilicet Delos», in qua primo coturnix apparuit. Unde hec ortigometra dicitur «coturnix que ducit gregem; quandoque autem simpliciter ponitur pro coturnice et possumus dicere quod componitur ab ortix, quod est coturnix, et metros, quod est mensura, quia mensurat et regit volatum aliarum. Et corripit naturaliter hanc sillabam me sicut metrum, quod similiter a metros dicitur; propter mutam tamen et liquidam potest esse indifferens.

ORTUS, orti ab orior vel oreris vel oriris dicitur quia semper ibi aliquid oritur, nam cum alia terra semel in anno aliquid ferat, ortus numquam sine fructu est. Unde hic ortilio et hic ortolanus custos vel cultor orti.

OSANNA «verbum est hebreum et componitur ex integro et corrupto, osi enim salvifica, anna interiectio est deprecantis. Denique in Psalmo ubi lxx interpretes transtulerunt 'O domine salvum me fac' in hebreo habetur 'anna adonai', quod noster Ieronimus transtulit 'obsecro domine salva'. Obsecro idem est quod 'o domine' per interiectionem obsecrantis, quod 'obsecro domine' per ipsum verbum obsecrationis». Ita dicit glosa xi Marci (9). Papias autem sic exponit, Mattheus et Marcus et Iohannes unum verbum posuerunt

ORTIGOMETRA 1 est *om.* B 3 hec *om.* C; ortia B 4 hic B; ortogometra C

ORTUS 1 vel *primum om.* D 2-3 nam licet aliqua terra aliquid semel in anno ferat orti tamen terra sine fructu numquam est B 3 etiam ortus A; hic *alterum om.* B

OSANNA 3 deinde D 6 idem enim est o domine C 8 Papias] *in marg.* C: hec non sunt verba nostri papie non credo quod sunt alicuius auctoris cum contrarium sit verum rabanus de naturis rerum .li. capitulo solus tamen matheus predicationis historiam hebreo perstrinxit stilo reliqui vero greci sermonis eloquio ediderunt item ysidorus eth li vi c 5 primus matheus conscripsit evangelium litteris hebraicis et sermonibus in iudea etc 9 et *primum om.* C

dicentes «Osanna filio David» etc. Solus Lucas verbum osanna non posuit. Osanna ergo, quod nos corrupte pro osianna dicimus, salvifica sive salvum fac exprimitur, cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Osanna ergo, quia in grecum non poterant transferre sermonem, sicut in alleluia et amen et in pluribus aliis factum videmus, ipsum hebreum posuerunt dicentes osanna. Lucas igitur, qui inter evangelistas greci sermonis eruditissimus fuit, quia se vidit proprietatem sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere quam id ponere quod legenti faceret questionem. Item dicit Augustinus (*In Ioannis Evang.*, *PL* 35,1764) osanna «vox obsecrantis, magis affectum indicans, sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocant, velut cum dolentes dicimus heu et cum delectamur dicimus vath vel cum miramur dicimus o rem magnam, tunc enim dicimus o quia nichil significat nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita esse quia nec Grecus nec Latinus hoc interpretari potuit, sicut illud (*Mt.* 5,22) 'qui dixerit fratri suo: Racha', nam et hec interiectio esse perhibetur affectum indignantis ostendens». Ista verba ponit Papias in libro suo, et subdit; Mattheus, qui evangelium greco sermone conscripsit, ita posuit osanna barrama, id est in excelsis, quia salvatore nascente salus in celo, id est usque ad excelsa, pervenit pace facta non solum in celo sed in terra. Item glosa Ieronimi Matthei xxi, «Osi, id est salva vel salvifica. Anna interiectio deprecantis, quasi salva obsecro . . . 'In excelsis' quia angelorum salus quorum implet numerum». Item Ysidorus in vi (19,23) Ethimologiarum sic ait, osanna, id est salvifica, subaudi populum tuum vel totum mundum.

OS, oris loquitur, corio vestitur os, ossis. (*Grec.* XI, 154).

11 pro *om.* D 12 salvum *om.* C, salvum me fac B 13 quia] quod B 15 pluribus] plerisque C 21 obsecrantis est C 23 delectamus D; vah D 26 est ita *om.* C; quia] quod B; hec C 27 ille B 30 evangelium suum B 32 celo] celsis C 33 item est glosa C 34 xxix B 36 impleret D 37 xvi B

OS 1 vestitus D

Et sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,49), Os dicitur ab hostio eo «quod per ipsum quasi per hostium et cibos intus mittimus et sputum foris proicimus, vel quia per illud ingrediuntur cibi et egrediuntur sermones». Idem in eodem (1,86) «ossa ab usto dicta propter quod cremarentur ab antiquis sive, ut alii putant, ab ore, eo quod ibi pateant. Nam ubique cute visceribusque obtecta celantur». Item ab ore dicitur hec orexis, id est vomitus qui exit ab ore et hec orexia, id est polifagia, id est multa comestio, nimium desiderium comedendi. Et contingit hec infirmitas cum extra naturam comeditur.

OSCITARE, id est hiare, os aperire. Et componitur ab os, oris et cito, citas, quod est movere. Unde hec oscitatio et hoc oscitamen, id est oris apertio vel extensio vel hiatio, et hec oscedo, oscedinis quedam infirmitas qua infantium ora exulcerantur.

OSCULUM secundum Papiam datur filiis, pax amicis, basium uxori, suavium meretrici. Item «osculum est caritatis, . . . basium blanditie, suavium voluptatis». Et ponit ipse tales versus,

Basia coniugibus sed et oscula dantur amicis,
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

Osculum diminutivum est ab os, oris et mutat significationem vel melius componitur ab os, oris et cilleo, cilles, quod est movere. Osculum autem, id est parvum os, diminutivum est ab ore, sicut dicit Huguitio.

OSTENTUM Exodi iiii f (21) dicitur monstrum sive res admirationem faciens que proposita ad oculum potest ostendi. Unde et ab ostendo, ostendis dicitur. Et nota quod ostendo duplex habet supinum, scilicet ostentum et ostensum. Simi-

3 eo quod] quia C 4 foras B 6 vel ab usto B 9 orex orexis C
OSCITARE 1 ab os oris] abs oris B 2 ossitatio C 4 obscedo obscedinis B
OSCULUM 5 et *om.* D 6 libellis B 7 ab] de B
OSTENTUM 4 scilicet *om.* A

liter tendo, dis, a quo componitur, facit tensum et tentum. Ita dicit Priscianus (x, 28). Et inde participia in turus et in surus et in tus et in sus. Vel secundum Ysidorum (XI, 3, 3) ostenta dicuntur ab ostendendo «quia quicquam futurum ostendere videantur». Vide supra differentias inter portentum, monstrum, prodigium et ostentum, quas invenies ubi exponitur monstrum.

OSTENTUS, tus, tui dicitur irrisio et maxime que fit cum aliquo signo notabili quo irrisus ostenditur. Unde Hebreorum vi (6), «crucifigentes filium Dei et ostentui habentes».

OVIS «molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab oblatione dictum eo quod apud veteres in initio non tauri sed oves in sacrificio mactarentur. Ex hiis quasdam bidentes vocant, eas que inter octo dentes duos altiores habent, quas maxime gentiles in sacrificium offerebant». Ita dicit Ysidorus in xii (1,9) Ethimologiarum. Secundum Servium (*Aen.* IV, 57) dicuntur oves bidentes quasi biennes, id est duorum annorum, quia talis etatis eligebantur ad sacrificium. Sed competentius dicitur bidens a duobus dentibus qui preminent et cum quibus dicitur nasci. Et declinatur hec bidens, tis.

OVUM quasi uvum ab uva dicitur, sicut enim uva sicca est exterius et humida interius, ita et ovum. Unde Papias «ova dicta ab eo quod sint uvida». Unde et uva dicta eo quod intrinsecus humoris sit plena. «Nam humidum est quod exterius humorem habet, uvidum autem quod interius. Quidam autem putant ovum grecam habere originem nominis,

5 dis *om.* C; et *om.* C 6 et inde] unde D 7 et in tus *om.* C 8 ostendendo] ostendo D 10 quas] que C

OSTENTUS 1 que] illa que C 2 notabiliter A

OVIS 3 quidam A 5 in suis sacrificiis B 6 secundum autem servium B 11 huius tis A

OVUM 1 sic B 4 sit *om.* C; *Post* plena *add.* A: et est differentia inter humidam et uvidum

illi enim dicunt oum et oa, v littera ablata» quam nos addimus. Ova autem «quedam inani vento concipiuntur, sed non sunt generabilia nisi que fuerint concubitu masculino concepta, quorum naturam dicunt ut lignum profusum ovo non ardeat ac ne vestis quidem contra aduratur. Ammixta quoque calce glutinare fertur vitri fragmenta». Verba sunt Papie usque huc. Unde ovo, ovas, id est letari, et est proprie victorum, et est tractum a pueris qui letantur quando datur eis ovum.

P

PABULUM a pascendo dicitur, scilicet pastus vel pascua.

PACIFICA dicebatur oblatio que fiebat «pro pace ad deum vel ad homines vel quia ad bonum pacis fiebat, sicut salutaria sacrificia pro salute data vel danda vel conservanda offerebantur». Ita dicitur in Historiis (1196).

PACISCOR, pacisceris, pactus sum, pacisci multa significat; pacisci enim dicitur in pactum accipere, in pactum ponere vel dare vel promittere, in pactum petere, pactum facere, amicitiam firmare vel integrare. Unde hec pactio dicitur conventio, condictio, promissio et hoc pactum, id est placitum, conventus, scilicet inter partes conveniens scriptura. Unde dicitur pactum quasi ex pace actum. Istud sumitur de Ysidoro Ethimologiarum v (24,18).

PAGELLA dicitur pars folii libri et est diminutivum a pagina, quod dicitur a pango, gis, pegi pro iungere quia pagine sibi

7 enim *om.* D; oum *om.* B 9 fuerunt B 12 fertur] facit B; vitri] inter ABD

In marg. fol. 121v *add.* D: ozi vel oza robur interpretatur unde ozias quod interpretatur fortitudo domini et hoc ozimen ozima dicuntur intestina scilicet tripe quia in eis constat fortitudo

PACIFICA 4 dicit AD

PACISCOR 5 conventio] coniunctio A; condictio] condicio B 6 scilicet . . . conveniens *om.* C 7 hoc pactum B

invicem iunguntur. Et nota quod pagina quandoque dicitur carta, quandoque liber, quandoque scriptura. Unde dicitur «in sacra pagina scribitur hoc».

PAGUS, pagi, id est villa, dicitur a «pige grece, quod est depressum vel depressio» vel fons, «quia fontes solent esse in depressis locis». Pagi etiam «solent edificari iuxta fontes». Unde hic pagulus diminutivum et paganus, pagani, id est villanus. Et dicuntur pagani omnes qui morantur extra civitates. Unde et quicumque moratur extra civitatem dei, id est ecclesiam, paganus dicitur quia non moratur in civitate. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pige). Secundum Ysidorum (VIII, 10,1), «dicuntur pagani a pagis Atheniensium ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos et idola statuerunt, et a tali initio pagani vocabulum sortiti sunt».

PALAM, id est aperte vel manifeste, adverbium est et dicitur a palo, palas quod inferius exponitur. Et nota quod palam adverbium corripit primam sillabam. Unde Lucanus vii f (526),

Precipites fecere palam civilia bella.

Et semper acuit ultimam ad differentiam accusativi huius nominis pala, pale quod exponitur infra. Item palam pro coram prepositio est.

PALATA dicitur ficus inter palas compressa. Sicut enim dicit Magister in Historiis (1337) super ii Regum xvi a (2), «Pale dicuntur tabule inter quas ficus compinguntur». Unde et palate dicuntur ficus ibi compacte. Item dicit Ysidorus in xx (14,10) Ethimologiarum, «Pala ventilabrum vulgo dicitur a ventilandis paleis nominata». Idem in xi (1,94),

PAGUS 1 id est *om.* C; grece *om.* B 4 pagillus B 6-7 id est] idem B 9 exorti] orti C 11 vocabulum *om.* B; sortiti] vocati B
PALAM 1 id est in aperto vel aperte B 2 inferius *om.* C; et *om.* C 5 precipites *om.* D 6 accusativi *om.* C
PALATA 1 palas] palos B 5 palea C

«Pale sunt dorsi dextra levaque eminentia membra, sic dicta quia in luctando eas premimus, quod Greci palim dicunt». Huguitio (*s. v.* Palim) dicit quod palata, palate dicitur «quod fit de palis» a palus, pali sic dicta. Item palate sunt «masse que de recentibus ficubus compingi solent et siccantur ad solem inter palos». Hoc accepit a Papia, qui addit quod palate grecum est.

PALARE duas habet significationes, nam palare idem est quod manifestare, aperire. Unde palam, de quo superius dictum est, et in hac significatione est activum. Item palare idem est quod vagare, et in hac significatione est neutrum. Dicit tamen Huguitio (*s. v.* Palim) quod plus est vagari quam palare, «vagatur enim qui aliquantulum huc et illuc discurrit sed palat qui in nullo loco propriam habet sedem». Unde vagus dicitur qui aliquantulum vadit de loco ad locum sed palans qui numquam in aliquo loco certam habet mansionem. Virgilius Eneidos ix f (x, 674-5),

> Et nunc palantes video, gemitumque cadentum
> Accipio? etc.

Et dicitur palare a palim, quod est motus. Item palim idem est quod iterum et tunc componitur cum oda, quod est laus vel cantus. Et dicitur hoc palinodium, id est cantus iteratus vel iterata laus. Item palo, palas dicitur palis aptare vel palis parare et tunc dicitur a palus, pali. Unde hec palata, de quo superius dictum est. Et nota quod palare in omnibus predictis significationibus producit hanc sillabam pa, et similiter ab eo composita. Unde propalo, las, id est manifestare, ubique producit pa.

PALATUM dicitur quasi palatium quia magnum et amplum est vel quia est quasi palatium oris et lingue. Est enim pala-

9 dicitur illud quod B 10 sic *om.* A 11 compigi C 12 hoc autem B
PALARE 7 palat] palans dicitur A 9-10 mansionem *om.* C 10 f] e C 17 palata te de C
PALATUM 1 magnun est et B 2 vel *om.* BD

tium ampla domus in qua multi possunt palare, id est vagari. Vel dicitur palatum a palo, las quasi ibi lingua vagetur. Vel secundum Ysidorum Ethimologiarum xi (1,55), «Palatum dicitur a polo . . . eo quod pro sui concavitate celi habeat similitudinem» et sursum sicut celum est positum. Unde et Greci similiter palatum uranon appellant. Celum etiam dicitur uranum vel uranon.

PALEA, sicut dicit Ysidorus in xvii (3,19) Ethimologiarum, dicitur a pala eo «quod pala ventiletur ut frumenta purgentur vel a Pale, frugum inventrice, quam gentiles Cererem esse volunt. De qua Virgilius dicit,

Te quoque, magna Pales, et te, memoranda, canemus.

Vel dicitur a pabulo eo quod palea sola pascendis animalibus primum prebebatur. Cuius natura econtrario tam frigida est ut obrutas nives fluere non sinat, adeo calida ut poma maturescere compellat». Verba sunt Ysidori. Unde hoc paleare vel hoc palearium dicitur locus ubi palea reponitur. Sic etiam vocatur pellis illa que sub collo bovis fluitat ad modum palee. Vel dicuntur palearia quasi pellearia a pelle. Unde Ovidius Methamorphoseon ii g (854),

Colla toris extant, armis palearia pendent.

PALESTRA dicitur «lucta vel locus luctationis, et dicitur a palim, quod est lucta vel motus, quia ibi luctantes frequenter se moveant. Vel dicitur a Pale, dea pastorum, in cuius honore primo facta fuit, vel a palude qua ungebantur luctaturi antequam haberent oleum». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Palim). «Unde palestricus, ca, cum et hic palestrita, te qui in pa-

5 palatum *om.* C 6 sui] suo C

PALEA 1 xvii] vii C 5 et *om.* D 6 solum C 7 premebatur C 8 orbutas C 9 palere C 10 hoc *om.* B; sic etiam] sic et A, et sic etiam B 14 existant A

PALESTRA 1 luctationis] in quo luctatur B 3 movent B 4 *Post* fuit *add. in textu* A, *in marg.* D: pales dea est aut parvulorum (pabulorum D) pupillorum (*om.* D) pastorum; luctaturi] luctari C 6 hic] hec C

lestra luctatur. Et quia fortes vocantur ad luctam ideo palestrita ponitur pro forti. Unde Persius (4,39),

Quinque palestrite licet hec plantaria vellant etc.»

PALIURUS carduus est asperrimus. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,56), «Paliurus est herba asperrima et spinosa». Quod autem dicitur paliurus quasi pallio herens, ethimologia est. Virgilius in Bucolicis (5,38-9),

Pro molli viola, pro purpureo narciso
Carduus et spinis surgit paliurus acutis.

PALMA «est manus digitis expansis, sicut contractis pugnus». Ita dicit Ysidorus xi (1,69) Ethimologiarum. Unde dicitur palma quasi pansa a pando, dis, di, dere, pansum, quod est «extendere, dicere, referre, manifestare, aperire. Unde pandus, da, dum, id est curvus». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pando). Nota tamen versus differentiales, scilicet,

Inferius pandum, sursum dat cornua curvum,
Pandum convexum non curvum dicito celum.

Omne tamen pandum potest esse curvum et econverso diversis respectibus. Item a palma dicitur hec palma pro quadam arbore de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,1), «Palma dicta quia manus victricis ornatus est vel quod oppansis est ramis in modum palme hominis. Est enim arbor insigne victorie proceroque et decoro virgulto diuturnisque vestita frondibus et folia sua sine ulla successione conservans. Hanc Greci phenicem dicunt eo quod diu durat, ex nomine illius avis Arabie que multis annis vivere perhi-

7 luctum C 9 etc. *om.* B
PALIURUS 5 viola] mola ABD; naciso AB, nacisco D
PALMA 3 pansum] passum AD, pansum, pansu B 6 scilicet *om.* C 7 dat] dum C 8 connexum D 10 *Post* respectibus *add. in textu* A, *in marg.* D: alii versus pando pati pateo passum fecere supino / dicens expansum veniam peto nam sequor usum pandere pandus; item] unde C 12 nutricis ACD; vel quod] vel quia C, vel AD 13 expansis B; enim] autem C 14 et *om.* C; decore AD 14-15 diuturnisque] atque diuturnis C 16 dicunt ex eo B 17 que] quod D

betur. Que dum in multis locis nascatur non in omnibus fructus perficit maturitatem, frequenter autem in Egypto et Syria» etc. Item Ysidorus (XVII, 7, 2), «Sola hec arbor vulgo fulminari minime creditur». Item palma dicitur victoria quia palma arbore victores coronabantur. Versus (*Grec.* x, 163),

Palma manus, palma victoria, palma sit arbor,

vel sic,

Arbor et extenta manus et victoria palma.

Hoc palmetum dicitur locus in quo crescunt palme.

PALMES, palmitis dicitur ramus vitis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,9), «Palmes est vitis materia mollis qui per novella brachia emissus fructum affert». Et dicitur a palma propter fecunditatem. Item a palmite dicitur hic pampinus de quo dicit Ysidorus in eodem (10), «Pampinus est folium vitis cuius subsidio vitis a frigore et ardore defenditur atque adversus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat et umbram faciat. Et dictus est pampinus quod a palmite dependeat». Ovidius in iiii Methamorphoseon (396-7),

Pars abit in vites et que modo fila fuerunt,
Palmite mutantur, de stamine pampinus exit.

PALMUS in mensuris agrorum «iiii digitos habet», sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (15,2). Sed Isaie xl c (12), super illud locum «celos palmo ponderavit», dicit glosa, «Pugillus est contractis digitis pugnus, palmus a pollice usque ad minimum digitum extenta manus». Item super illud Ezechielis xl (5) «calamus mensure vi cubitorum et palmo», dicit glosa, «Qui rectius grece palestes, id est vi pars cubiti». Et dicitur palmus a palma quasi mensura palme, et a palmo hic palmulus diminutivum sicut a palma palmula,

26 in quo] ubi B

PALMES 2 que B 4 dicitur *om.* C 5 dicit *om.* A; pampinus *om.* D 6 subsidio] subdio C; vitis fructus A; et] vel A; ardore solis B 7 alicubi *om.* C 9 umbram] ymbrem B; est *om.* D

PALMUS 3 illum D 4 palmis AD

id est parva palma. Item, «Palmula est extrema latitudo remi vel gubernaculi qua mare impellitur». Ita dicit Ysidorus xix (2,7).

PALPARE dicitur tremere, moveri, salire, anhelare sicut qui animam trahit. Item palpare dicitur «adulari, blandiri vel manu contrectare sicut facit cecus». Unde «palpito, tas frequentativum», et hic palpo, palponis qui palpat vel adulator. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Palim). Et fere eadem verba scribuntur in Papia. Versus,

Palpat contrectat manibus, blanditur anhelat;
Palpat adulatur, salit ac tremit atque movetur.
Palpo manu tractans et palpo vocatur adulans.

Ovidius Methamorphoseon xiiii a (46),

Agmen adulantum media procedit ab aula.

PALPEBRA est sinus oculorum a palpando, id est movendo, dicta. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,39), «Palpebre sunt sinus oculorum, a palpitatione dicte, quia semper moventur. Concurrunt enim invicem, ut assiduo motu reficiant obtutum. Munite sunt autem vallo capillorum ut et apertis oculis si quid inciderit repellatur, et sompno cohibentibus tamquam involuti quiescant», etc.

PALUS, paludis dicitur «a Pale dea pastorali eo quod palus paleam, id est pabula, iumentorum nutriat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (13,18). Palus, pali dicitur a palam quia in aperto figitur. Unde hic paxillus diminutivum.

PALLIUM derivatum est a palla. Vel dicitur «pallium a pel-

10 item *om.* A; palmula *om.* D 11 qua] quia C; xix *om.* BCD
PALPARE 1 sicut *iteravit* A 3 manum BC, *om.* A; unde] item C 4-5 adulatur A 7 *Cf. Walther*[1], *no.* 13592 9 palpo *primum*] palma B; trectans C 10-11 Ovidius . . . aula *in marg.* D, *om.* B; iiii A; a *om.* C
PALPEBRA 5 munite quoque sunt B; autem] a AD 7 convenientibus A
PALUS 1 pastorali] pasto ab B 2 ita] item AD
PALLIUM 1 est *om.* C

libus, quasi pelleum, quia olim superindumenta pellicea veteres utebantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (24,1), et dicit quod «pallium est quo ministrantium scapule conteguntur ut dum ministrant expediti discurrant». Vel dicitur pallium a palim, quod est motus, quia multum movetur inferius. Et communiter ponitur pro mantello.

PANGO, gis, panxi dicitur «canere, et caret supino», sicut ait Huguitio. Unde caveatur falsitas Doctrinalis ubi scribitur,

Cum cantum signat tunc panctum pango supinat.

Dicit enim Priscianus (x, 4?), abiciunt n euphonie causa que penultimo habent a vel i, ut frango fractum, pango pactum, tango tactum etc. Nullum autem ponit supinum huius verbi pango. Item pango, gis, pepigi idem est quod pacisci et tunc facit supinum pactum. Item pango, gis, pegi dicitur impellere vel iungere, et tunc facit similiter supinum pactum. Versus (*Doctr.* 853-4),

Preteritum triplicat et sensum pango: pacisci
Dat pepigi, panxi cantare, repellere pegi.

Item secundum Huguitionem invenitur pango, gis, panxi «pro palum figere et plantare». Et forte hoc accepit a Papia qui ait «pangit palum figit» plantat.

PANIS dicitur a pan, quod est totum eo «quod omni cibo apponatur vel quod omne animal eum appetat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xx (2,15). Et ponit ibi multas species panis.

PANES PROPOSITIONIS vocabantur «xii panes azimi de simila, mundi valde, qui ponebantur super mensam, seni al-

2-3 veteres pallio utebantur C 4 quo *om.* C 5 ut] et A 6 quia] qui C
PANGO 2 ait] dicit BC 5 ambitiunt B; enim n C 6 penultimam BD; ut *om.* D 7 autem] aliud ACD 8-10 item . . . pactum *om.* AD 9 item] unde C; dicitur *om.* D 9-10 implere A 10 supinum *om.* C
PANES PROPOSITIONIS 1-2 similia C 2 semi D

trinsecus, et constabant singuli de duabus decimis ephi, quas Iosephus duos assarios vocat. Et singulis superponebatur patena aurea et super patenam pugillus thuris. Iosephus dicit phialas aureas superpositas plenas thure. In diluculo Sabbati recentes et calidi panes imponebantur mense et erant ibi immoti usque ad Sabbatum sequens. Tunc, illis sublatis et thure incenso, super altare novi cum alio thure substituebantur. Sublatos vero soli sacerdotes comedebant. Unde sacerdotales dicebantur, vel etiam ideo quia, ut ait Iosephus, dominus preceperat quod soli sacerdotes panes illos formarent et coquerent et ponerent in mensa et tollerent. Ipsi . . . tamen non observaverunt hoc. Dicebantur etiam panes propositionis quia propositi erant coram domino in memoriam sempiternam xii tribuum filiorum Israel, vel porro positi, id est longo tempore positi, scilicet per totam ebdomadam, vel in eternum per successionem ponendi». Iste expositiones ponuntur in Historiis (1171) super Exodi xxv (30).

PANIFICUS, ca, cum et hic et hec panifex in eodem sensu, scilicet qui facit panem. Et hoc panificium dicitur factio panis vel locus ubi fit panis. Et hec panificina similiter dicitur locus ubi fit panis.

PHANUM expositum est supra in f littera et ibi incipit ab f.

PHANTASIA et phantasma exposita sunt supra in f littera.

PANNUS dicitur a pan, quod est totum, eo quod ab omni homine appetitur. Inde pannosus et pannicius, cia, cium, id est vilibus pannis indutus. Persius (4,21),

Dum ne deterius sapiat pannicia Baucis.

9 sublatis] sabbatis C; et *om.* C 14 hec B 18 imponendi D 19 iste] item AB
PANIFICUS 3-4 vel . . . panis *om.* A 3 hec *om.* C
PHANUM exponitur C; ibi *om.* C
PHANTASIA similiter exposita B
PANNUS 2 pannosus, sa, sum B; pannucius D 3-4 Persius . . . Baucis *om.* B, *in marg.* D 4 ne dum A; raucis A

PAPAVER «herba est sompnifera de qua Virgilius,

Letheo perfusa papavera sompno.

Soporem enim languentibus facit. Et alia est usualis, alia agrestis ex qua fluit succus quem opion appellant». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,31), et Papias addit papaver silvaticum, id est agreste, cum aceto tritum et fronti impositum sedat dolorem. Succus vero eius, si frontem ex eo perungas, ei qui vigilias patitur sompnum cum sopore adducit. Macer De viribus herbarum (1037-40; 1054-6), ponit tres species papaveris dicens,

Dicunt vim gelidam siccamque papaveris esse.
Tres illi tribuunt species: flos unius albus,
Alterius roseus, rubeus pallensque minoris
Flos est; hanc vulgo dicunt agreste papaver.
Elixatura calida cuiuslibet harum,
Eger si foveat faciem, vel si bibat illam,
Optatum capiet, nisi mors sit proxima, sompnum.

PAPILIO, onis parvum est volatile quod gallice dicitur papeillon. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (8,8), «Papiliones avicule sunt que maxime abundant florentibus malvis queque vermiculos ex stercore suo faciunt nasci». Et addit Papias hee sunt «avicule que . . . lumine accenso conveniunt et circa volitantes ab igne proxime interire coguntur». Item papilio dicitur tentorium et sumit nomen a volatili eo quod ad modum papilionis volantis distenditur.

PAPIRIO, onis est locus in quo crescunt papiri. Hec papirus dicitur quidam iuncus. Et dicitur papirus quasi parans pir, id est ignem eo quod in cereis et lampadibus ponitur ad ardendum. Et est feminini generis, quod patet per Lucanum qui ait in iiii (136),

PAPAVER 2 letheo] *in marg.* lento *adscripsit* A 8 pungas B 9 Macer vero B 12 illi] isti C
PAPILIO 1 animal volatile A; parellon D 2 in xii eth AD 6 proximo D
PAPIRIO 1 papiri id est iunci B 2 quedam D

Conseritur bibula Memphitis cimba papiro.

Vide versus supra ubi exponitur abissus.

PAPIRIUS, ria, rium dicitur ad papirum pertinens vel de papiro existens et papireus, ea, eum idem. Vide infra ubi vasa papirea exponuntur.

PAPULA, sicut dicit Ysidorus in quarto Ethimologiarum (8, 21), «est parvissima cutis erectio, circumscripta cum rubore; et ideo papula dicta est quasi papilla». Quid sit papilla invenies supra ubi exponitur mamma. Huguitio (*s. v.* Popa) dicit quod est «carbunculus. Sunt enim papule minutissima ulcera que nascuntur alicui in cute, et dolorem afferunt et scabiem et ardorem, et dicuntur a papo, papas, quia corrodunt carnem». «Papare pertinet ad pueros». Alii dicunt quod papula dicitur a pape, quod est interiectio admirantis, quando enim quis primo videt papulam quasi admirans dicit «quid hoc est?» vel consimile.

PARABOLA, sicut ait Donatus (III, 6), «est rerum genere dissimilium comparatio». Et dicitur a para, quod est iuxta, et bole, quod est sententia, quasi similitudo sive comparatio ex dissimilibus sumpta iuxta sententiam, ut cum semen ponitur pro Evangelio, leo pro Christo. Semen est verbum dei

6 bibule D; crimba D, cincta C 7 versus *om.* C; *post* abissus *add.* *in textu* AC, *in marg.* BD: memphis civitas egypti unde (vide B) hic et hec memphitis et hoc memphite (*de quo dicit* B: hoc non est de textu sed expositio)

PAPIRIUS 1 papirus, ra, rum B 2 papirio C; papireus] pariens D; idem *om.* C

PAPULA 3 est *om.* B 5 enim] autem B 7 scabilem C 9 interiectio] coniunctio AB; *in marg. ad* interiectio *scribit* D: pars orationis est vox littera significans mentis conceptum 11 *Post* consimile *add.* *in textu* A, *post* carbunculus (*v.* 5) *in textu* BC, *in marg.* D: (et est B) carbunculus quidam (*om.* CD) est sic dictus (sic dictus *om.* B) eo (*om.* BCD) quod (qui B) in ortu suo rubeus sit (est B, fit C) ut ignis (et B) postea niger ut carbo extinctus (et ideo dictus est carbunculus B) (verba sunt ysidori in iiii eth ACD)

PARABOLA 4 similibus ABD 5 pro verbo dei in evangelio B

(*cf. Mr.* 4,13 sqq.); «vicit leo de tribu Iuda» (*Ap.* 5,5). Et quia metaphora, paradigma et parabola quandoque ponuntur pro similitudine nota differentiam. Quid sit parabola iam patet. «Metaphora», ut dicit Donatus (III, 6), «est rerum verborumque translatio». Expressius dicit Ysidorus in primo (37,2) Ethimologiarum ubi ait, «Metaphora est alicuius verbi usurpata translatio, sicut cum dicimus 'fluctuare segetes'» etc. Et dicitur a meta, quod est trans, et foros, quod est fere, quasi translatio a propria significatione ad impropriam, ut auriga navis pro gubernatore. «Paradigma», sicut ait Donatus (III, 6), «est enarratio exempli hortantis aut deterrentis; hortantis ut» de Lazaro paupere qui portatus est in sinum Abrahe, terrentis ut de divite epulone qui sepultus est in inferno. Et dicitur paradigma a para, quod est iuxta, et digma, quod est dignitas vel nomen vel decus vel gloria quasi propositio exempli, vel «exemplum dicti vel facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conveniens ei», sicut dicit Ysidorus (I, 37,34), sed ista differentialis proprietas sepe confunditur a plerisque. Item Papias dicit «parabole grece, latine proverbia vocantur eo quod in ipsis sub comparativa similitudine figure verborum et imagines veritatis ostenduntur».

PARACLITUS, id est consolator, dicitur spiritus sanctus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Item paraclitus, id est advocatus, dicitur filius qui interpellat pro nobis apud patrem. Et dicitur paraclitus a paraclisis grece, quod est consolatio vel advocatio latine.

PARADISUS «est locus in orientis partibus constitutus cuius vocabulum ex greco in latinum vertitur ortus. Porro hebraice Eden dicitur, quod in nostra lingua delicie interpre-

12 fructuate C 13 etc. *om.* C 15 gubernatore navis A 18 sinu ABD 20 vel *alterum om.* C 24 sepe *om.* C 26 figura A
PARACLITUS 1 sanctus] scilicet C
PARADISUS 1 orientibus AD; constitutus *om.* C

tatur. Quod utrumque iunctum facit ortum deliciarum. Est autem omni genere ligni et pomiferarum arborum consitus, habens etiam lignum vite. Non ibi frigus, non estus, sed perpetua aeris temperies. Ex cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat. Dividiturque in iiii nascentia flumina. Cuius loci post peccatum hominis aditus interclusus est, septus est enim undique rumphea flammea, id est muro igneo accinctus, ita ut eius cum celo pene iungatur incendium. Presidium quoque angelorum arcendis spiritibus malis super rumphee flagrantiam ordinatum est ut homines flamme, angelos vero malos angeli submoveant ne cui carni vel spiritui transgressionis aditus paradisi pateat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiv (3,2-4). Item in Historiis (1067) dicitur, «Eden hebraice, latine delicie. Ergo idem est dicere paradisum voluptatis quod paradisum in Eden, id est in deliciis. Sed a principio idem est quod ad orientem. Est enim locus amenissimus, longo terre et maris tractu a nostra habitabili secretus, adeo editus ut usque ad lunarem globum attingat. Unde et deluvii aque illuc non perveniunt. Est etiam paradisus celum empyreum. Et dicitur spiritualis quia regio spirituum est. Dicitur etiam spiritualiter paradisus vita beata vel ecclesia». Et dicitur paradisus quasi parans dei visum vel quasi paratis dans visum. Vide versus supra positos ubi exponitur abissus.

PARALISIS morbus est quo membra dissolvuntur. Et componitur a para, quod est re, et lisis, quod est solutio, quasi resolutio, et inde paraliticus. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Lisis). Secundum magistrum qui composuit Doctrinale componitur a para et lesio, et quamvis lesio primam sillabam habeat

8 dividuntque C; flumina nascentia ibidem B 11 iungantur C 20 longo et terre A 21 habitali C; secretus id est divisus adeo editus id est altus C; ut] et C 23 etiam] autem B 26 vel . . . visum *om.* C; paratis dans] paradans A

PARALISIS 1 paralisus B 2-3 quasi resolutio *om.* A 3 paraliticus et paraliticatus (paralitigatus C) BC 4 secundum autem B; qui *om.* C; composuit] compilavit B

productam, tamen breviatur in composito. Unde hoc nomen paralisis penultimam habet correptam. Unde in Doctrinali (2110) scribitur,

Precedente para breviatur lesio longa,

sed prius dictum prevalet.

PARAPSIS, dis dicitur discus. Unde Iuvenalis (3,142),

quam multa magnaque parapside cenat?

Et dicit Ysidorus in xx (4,10) Ethimologiarum, «Parapsis est quadrangulum et quadrilaterum vas, id est paribus absidis», id est lateribus. Absida grecum est et interpretatur lucida et dicitur sic latus edificii eo quod lumine accepto per arcum resplendeat. Et hec absis, absidis idem est. Item absis dicitur principium exaltationis planete in suo circulo, scilicet illa pars circuli in qua incipit elevari. Vel absis dicitur illa pars circuli in qua planeta adeo distat a sole quod amplius distare non potest. Dicitur ergo parapsis quasi pares habens absides, id est latera.

PARASCEVE «grece, latine preparatio. Sic dicebant feriam sextam quia in ea preparabant necessaria sabbato, sicut et in deserto duplex colligebatur manna». Ita dicit Magister in Historiis (1627) et preponit ibidem «Grecis ammixtis Iudei coutebantur vocabulis». Quod autem quidam dicunt quod parasceve componitur a para, quod est iuxta, et cena, ne vel a paro, paras et cena, quasi iuxta cenam vel preparatio cene, acceptet qui voluerit; ego numquam assero grecum derivari a latino.

6 tamen] tam C 7 in *iteravit* C

PARAPSIS 1 dicitur *om.* AD 2 paraside D; ceneat C 4 est *primum om.* C; et *om.* C 9-10 incipit . . . qua *om.* B 10 adeo *om.* C; distat tamen a C 11 ergo] autem B 12 id est latera *om.* A

In marg. fol. 125 *add.* D: parco peperci vel parsi parsum parsu id est condonare non multum expendere a parco parsi parsimonia parsimonie id est abstinentia scilicet mensuram refectionis non excedere

PARASCEVE 4 ammixti B 8 assero] accepto B

PARDUS bestia est varia et velocissima, de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,10), «Pardus, secundum genus panthere, est varium atque velocissimum et preceps ad sanguinem. Saltu enim ad mortem ruit». (8) «Panther autem dictus est eo quod omnium animalium sit amicus excepto dracone, sive quia sui generis societate gaudet et ad eandem similitudinem quicquid accipit reddit. Pan enim grece omne dicitur. Et est bestia minutis orbiculis superpicta . . . Et semel omnino parturit, et hec est causa, nam postquam catuli in utero matris coaluere et ad nascendum viribus pollent . . . vulvam tamquam obstantem partui unguibus lacerant . . . et ita corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum non erit acceptum sed irritum resilit. Nam dicit Plinius animalia cum acutis unguibus frequenter parere non posse, vitiantur enim intrinsecus se moventibus catulis».

PAREO, res, rui dicitur obedire, patere, apparere. Et, sicut dicit Huguitio, pro obedire caret supino, pro apparere facit paritum, sed raro et «in hac significatione componitur appareo, res, rui, apparitum».

PARIO, paris, peperi, partum vel paritum dicitur partum facere vel labore acquirere. Unde partus, parta, partum, id est acquisitus, et hic partus, tus, tui, id est actus vel passio pariendi id quod paritur, et hic et hec parens pater vel mater. Parens etiam dicitur pro consanguineo vel affini. Unde parentela, id est cognatio vel consaguinitas vel contribulitas. Antiquitus pario erat quarte coniugationis, modo autem tertie coniugationis est et facit supinum partum, tu, quod pro-

PARDUS 2 secundum *om.* B 3 volocissimum B; et *om.* B 4 enim] eius B; montem ABC 6 et] ut B; ad] secundum AD 7 reddat B; *post* reddit *add. in textu* A, *in marg.* CD: hic panther pantheris et hec panthera idem animal est; omen AC 10 et *om.* D; vescendum C 12 cicatrosis A 13 erat C 14 animalium B; cum] est B 15 viscerantur B; *Post* catulis *add. in textu* A, *in marg.* CD: coalo lis lui coalere dicitur crescere et invenitur coaleo les in eadem significatione unde coalesco cis inchoativum

PARIO 1 peperi parere partum B 4 pariendi vel id C; id quod paritur *om.* D 5 affine C 7-8 modo . . . est *om.* C

batur per parturio, turis et per partus, tus, tui. Item facit paritum, tu quod probatur per pariturus, paritura, rum. Composita vero ab eo omnia sunt quarte coniugationis et faciunt preteritum in ui et supinum in partum, ut aperio, operio. Excipiuntur comperio et repperio, que faciunt comperi et repperi. Et omnia sunt activa preter experior, quod est commune, et operior, quod est deponens pro expectare.

PARIES «nuncupatus quia semper duo sunt pares vel a latere vel a fronte. Sive enim tetragonum sive exagonum sit, qui se conspiciunt ex pari erunt. Aliter enim structura facta deformis est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (8,2).

PARIETINAS, ut ait Ysidorus Ethimologiarum xv (8,3), «dicimus parietum ruinas, sunt enim parietes stantes sine tecto et sine habitantibus». Et declinatur hec parietina, ne penultima producta secundum regulam Prisciani de nominativis in na desinentibus (IV, 5). Unde Ezechielis xxxvi a (4) debet dici «desertis parietinis», ubi quidam male legunt «parietibus».

PARIUS, a, um a Paro insula dicitur. Unde marmor parium dicitur quod apud Paron invenitur et quia Paros abundat in marmore. Ideo parius quandoque dicitur marmoreus vel ad modum marmoris planus.

PARTICIPARE dicitur partem accipere, communicare. Et ponuntur tales versus in Grecismo (XV, 28-30),

9 per *alterum om.* B; partus] partum C 12 ui divisas et C; in *alterum om.* C

PARIES 1 nuncupatur AB 3 ex pari erunt] experierunt C; fructura C 4 *Post* xv *add. in textu* AC, *in marg.* D: tetragonum dicitur quadrangulum a tetras quod est iiii et gonos (gones A, genos C) quod est angulus exagonum dicitur quod habet vi angulos ab hex (ex C) quod est sex et gonos (gones A) etc. (*om.* CD)

PARIETINAS 3 huius ne A 4 in demonstrativis in a C 5 na] a B; unde] ut B

PARIUS 2 quod] quia C 3 ideo] inde C 4 phanus C

PARRICIDA *inter* parius *et* participare *inseruit* C: parricida dicitur qui patrem occidit. Quere de hoc infra in patricida et in notula marginali.

Accusativo poteris nec non genitivo,
Quin ablativo iungere participo:
Participo rem re, participoque rei.

PARTURIO verbum est meditativum et formatur ab ultimo supino huius verbi pario «et quandoque ponitur pro suo primitivo» secundum Huguitionem (*s. v.* Pario).

PARTUS exponitur supra in expositione huius verbi pario.

PARVIPENDO, dis dicitur parum appretiari, contempnere, nullius ponderis vel valoris estimare. Et componitur a parvus, a, um et pendo, dis, quod exponitur inferius. Et nota quod parvipendo, vilipendo, floccipendo, naucipendo, nichilipendo, uncipendo idem significant.

PASCHE «vocabulum non grecum sed hebreum est. Nec a passione, quoniam paschim grece dicitur pati, sed a transitu hebreo verbo pascha appellatum est eo quod tunc ex Egypto populus dei transierit. Unde xiii Iohannis 'sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem'». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (17,11). In Historiis (1614) super Evangelium dicitur sic, «Ambrosius dicit hoc nomen pascha grecum esse et sonare passionem, nomen vero hebreum phase sonare transitum. Augustinus vero dicit hebreum esse non grecum et sonare transitum, opportune tamen concurrere in hoc nomine congruentiam utriusque lingue, qui enim patitur grece paschim dicitur. Unde passio pascha putatur, sed in sua lingua transitum sonat». Quare autem transitus dicatur hora illa exponitur in Historiis (1154) super Exodi xii (11) ubi dicitur sic super illud «'est enim Phase (id est transitus) domini' dicta est nox illa transitus quia transivit angelus per Egyptum percutiens pri-

PARTUS in . . . verbi] ubi exponitur C
PARVIPENDO 4 naucipendo] mancipendo A 5 uncipendo] vilipendo D
PASCHE 2 pascin AC, pachim D 5 ex] de C 6 patrem etc. C 7 dicitur *om.* A 8 dicit quod hoc C, dicit sic hoc D; esse] est C 11 concutere C; in hoc nomine *om.* B 15 xi ABD; super illud *om.* C 16 est *alterum*] autem C

mogenita ab homine usque ad pecus et transivit super tecta Hebreorum linita sanguine et quia aggressus est Israel iter transeundi ab Egypto». Item dicitur in Historiis (1614) super Evangelia «Pascha equivocum est ad tria, vespera enim in qua immolabatur agnus dicebatur Pascha.» Unde Matthei xxvi (2), «Scitis quia post biduum Pascha fiet» etc. Item Pascha dicitur agnus Matthei xxvi (17) «Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?» Item Pascha dicebantur panes azimi. Unde Iohannis xviii f (28), «non introierunt in pretorium ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha». Item dicit Magister in Historiis (1614) quod «declinatur Pascha, Pasche, vel Pascha, Paschatis». Sed Ysidorus (VI, 17,11) tamen dicit Pascha, Pasche, cui concordat communis usus ecclesie. Unde Ioannis xiii a (1), «Ante diem Pasche» etc. et in multis aliis locis. Illi qui dicunt hoc Pascha, tis credunt illud esse grecum. Vide supra ubi exponitur neomenia. Augustinus in sermone tertie ferie post Pascha (*Sermo* 168, *PL* 38-9, 2070), «dum sancti Pasche sollempnitatem colimus future resurrectionis speciem iam videmus».

PASTOFORIA «grece dicuntur thalami vel cubilia in quibus Levite excubabant in atriis domus domini, quorum commemoratio fit in ultima visione Danielis propthete». Ita dicit glosa i Macchabeorum iv (38). In Historiis (1362) autem super iii librum Regum dicitur sic, «In porticibus laterum erant pastoforia, id est loca separata ad comedendum in quibus sacrificantes de partibus sacrificiorum que eos contingebant vescebantur coram domino. Quidam tamen volunt quod ibi tantum venientes afforis de finibus Israel

18 texta A 19 lita C; quia *om.* C; egressus C 27 ut *om.* AD 31 communis] omnis B 32-34 in . . . neomenia *post* videmus (*v.* 36-37) *transtulit* C 32 dicunt esse hoc C 33 huius tis A 34-36 Augustinus . . . videmus *in marg.* D

In marg. fol. 125v *add.* D: pasco pascis id est dare pastum ut pastor pavit oves id est dedit pastum ovibus ponitur etiam quandoque pro depascere ut ovis pavit pastum id est depavit id est corrosit

PASTOFORIA 5 libro A 9 a foris B

comedebant et ob hoc dici pastoforia», quia scilicet ibi pascuntur forenses. Magis credo Ieronimo qui dicit pastoforia grece, latine thalami dicuntur.

PASTORALIA dicuntur pastorum loca pascendis animalibus apta Amos 1(2).

PASTINO, nas dicitur colere, plantare, fodere, fimare. Et dicitur a pasco, cis vel a pastus, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Pasco). Et proprie pertinet ad vineas plantandas. Versus,

Pastino quando fimo, vitem fodio, colo, planto.

Unde hoc pastinatum, id est vinea novella. Item pastinatum, sicut ait Ysidorus in fine Ethimologiarum (xx, 14,8), «vocant agricole ferramentum bifurcum quo semina panguntur», id est plantantur. Et videtur velle quod pastinatum a pangendo, id est plantando, dicitur. Quidam dicunt pastinare idem quod paxillare, et tunc forte a pangendo diceretur. Vide supra significationes pango. Item pastino componitur repastino. Unde repastinare dicuntur vinee veteres que refodiuntur.

PASSER dicitur a patiendo libidinem quia libidinosa avis est. Vel dicitur a parvus, a, um quia parvus sit. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (7,68), «Passeres minuta volatilia a parvitate vocata». Item a passere dicitur passerinus, na, num ad passerem pertinens et hic passerinus vel passerulus pro filio passeris.

PATER «est a quo initium nascitur generis. Itaque is paterfamilias vocatur. Pater autem dictus eo quod patratione peracta filium procreat. Patratio enim est rei venerie con-

11 magis] magister C; magis autem B; qui dicit] dicenti B
PASTINO 5 pastinatum *primum*] pastineatum D 9 quidam tamen C 11 *Post* pango *add. in textu* B: item quidam dicunt quod pastinare est opus parvulorum facientium formulas de terra molli ad modum paste et tunc dicitur a pasta te de qua fit panis
PASSER 3 pasceres C 5 vel passerulus *om.* B
PATER 2 vocatur *om.* C 3 procreat] creat A, gignit B; veneree B, venere C

summatio». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5,3). Sed Huguitio dicit quod «patir grece, pater latine» dicitur. «Quod autem dicitur pater quasi panthotir, id est servans omnia, a pan, quod est totum, et thotir, quod est servans, ethimologia est. Dicitur autem pater multis modis»: natura, similitudine, etate, doctrina, reverentia vel dignitate. Unde Grecismus (IX, 1-3),

Est pater hic cura, pater est alius genitura,
Hic pater etate, pater ille vocatur honore,
At summum regem notat ipsa creatio patrem.

Item a pater dicitur patrisso, sas, id est imitari patrem, sicut a mater matrisso.

PATERFAMILIAS «dictus eo quod omnibus in familia sua positis servis, tamquam pater filiis, paterna dilectione consulit servorumque conditionem a filiorum affectu non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur. Qui autem inique dominantur in servis hoc se nomine nequaquam reputent appellari» (*Isid. Etym.* IX, 5,7). Unde autem hoc nomen componitur et quomodo accentuetur invenies supra ubi exponitur materfamilias.

4 ix] x A, xi B 5 dicitur *om.* AD 6 dicitur *om.* C; patothir B 7 totir C, tothir D 11 hic] est B 15 matrisso sas D

In marg. fol. 126v *add.* D: patere id est aperiri manifestari manifestum esse vel diffundi unde patens et comparatur unde patenter et hec patentia item a pateo patulus la lum diffusus patens sed proprie patulum est quod semper patet ut auris naris nasus sed patens quod ad horam patet ad horam non patet ut oculus et componitur perpatulus la lum et propatulus la lum id est valde patulus et apertus item a pateo hec patina id est sartago vel scutella quia sit patens unde hec patella et patinula diminutiva item a pateo hec patera patere magnus et patens ciffus patens id est operculum calicis quia patens sit et diffusa idem patenula diminutivum item a pateo hic passus quia pateat in itinere unde passutus ta tum quia habeat magnos passus item a pateo passus sa sum nomen est et participium id est expassus extensus patens item a pateo passim id est undique vel communiter et indifferenter

PATERFAMILIAS 2 paterna] patria D 4 sed] scilicet C; qui] quia B; iniqui B 5 nequam A 6 nomen *om.* B

PATRARE dicitur «facere vel proficere, admittere vel committere, generare». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Patyr). Dicit tamen superius quod patrare est «opus venerium consummare», ut ibi,

Quid facis o latro, ne sim pater in mare patro.

Ista fuit maledicti responsio maledicta. Invenitur autem pro facere in Thobia (*Matth. Vindocin. PL* 205,938) ubi dicitur,

Patrat amore patris superi que dictat honestas etc.

Et inde patratus, id est peractus, invenitur Genesis xxxiiii g (30). Patro componitur impetro, tras, id est exorare, quod petitur optinere. Perpetro, tras, id est peragere et proprio in malo, repatro, tras, id est iterum patrare.

PATRIARCHA interpretatur princeps patrum. Et componitur a pater et archos, quod est princeps.

PATRIMONIUM dicitur hereditas patris.

PATRICIDA dicitur qui vel que patrem occidit. Et componitur a pater, tris et cedo, dis, cecidi, dere, cesum, su, quod est verberare vel incidere.

In marg. fol. 126^{v} *add.* D: paticus ca cum sodomita inhonesta et turpia patiens

PATRARE 3 superius] servius BD, serius C; venereum BC 3-4 consummare in mare id est in masculo B, *in marg.* D 5 *Cf. Walther*[2], *no.* 25027; *post* patro *add. in textu* A: id est in masculino 6 fuit] sunt B 9 que] quem A, qui B; honestas legis AB 13 perpatrare B

PATRICIDA 1 qui] ille B, ille qui C; que] illa B 2 dis *om.* C; su *om.* C 3 *Post* incidere *in textu add.* C: huguitio capitulo pario .c. parens componitur hic et hec parenticida de qui parentem occidit unde hoc parenticidium et a parenticida de abiciuntur e et n et t mutatur in r et dicitur parricida de vel componitur a patre vel a pari vel a patria scilicet qui occidit patrem vel parem vel patriam perdidit papias parricida proprie dicitur qui patrem occidit quem quidam veteres parenticidam dixerunt quoniam parricidium in quocumque intelligi possit cum sint homines hominibus pares idem parricida pro parenticida componitur a parente et cedo verbo vel ex patre vel ex pari addito r

PATRONUS dicitur defensor qui affectu paterno alios defendit. Et inde patrocinor, aris defendere. Et construitur cum dativo. Et hoc patrocinium protectio, defensio.

PATRUELIS et patruus exposita sunt supra ubi exponitur frater.

PAULISPER, id est parum vel modicum. Et componitur, ut dicit Huguitio (*s. v.* Paulus), a paulis et per. Paulis est ablativus pluralis huius nominis paulus, la, lum, quod est parvum vel modicum.

PAULOANTE et paulopost aliquibus videntur dictiones composite. Huguitioni (*s. v.* Paulus) autem videtur potius quod utrobique sint due posite pro una.

PAULO ET PAULUM, licet sint nomina, ponuntur tamen adverbialiter.

PAULOMINUS potest esse dictio composita a paulo et minus ut fiat accentus in antepenultima sillaba. Et tunc est adverbium remissivum et ponitur pro fere. Unde in Psalmo (118, 87), «Paulominus consummaverunt me in terra». Et «quandoque sunt due partes et sub duobus accentibus debent pronuntiari. Unde paulo minus minoratus est ab angelis». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Paulus) et concordat cum Grecismo (xx, 140-1) ubi dicitur,

Si paulo minus est oratio comparat ipsa
Significatque fere tibi pars paulominus una.

Comparat, id est comparationem significat, quasi diceret

PATRONUS 2 id est defendere A 3 protectio vel defensio B, protectio et defensio D
PATRUELIS 2 frater p AD
PAULISPER 3-4 parum BC
PAULOANTE 2 potius *om.* C 3 posite] dictiones C, partes posite D
PAULOMINUS 4 consum C; me *om.* D 6 angelis etc. B 10 significat quod B; tibi] ter AD 11-13 comparat . . . dictio *in marg.* D

quando componitur comparative tunc est oratio, quando ponitur pro fere tunc est dictio.

PAULULUS, la, lum et pauxillus, la, lum ambo sunt diminutiva huius nominis paulus, la, lum de quo superius dictum est. Unde paululum et pauxillum, id est aliquantulum.

PAVIMENTUM dicitur «elaboratum solum» ecclesie vel vici. Et dicitur a pavio, vis, pavivi, pavire, quod est «ferire, percutere, cedere . . . quia pavimentum semper pedibus feritur vel quia de lapidibus cesis fit. Unde . . . pavimento, tas dicitur pavimentum facere vel pavimento ornare». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pavio).

PAVO, onis nomen de sono vocis habet. Cuius caro, ut refert Beatus Augustinus xix (xx,7) De civitate dei, tam dura est ut vix putredinem sentiat nec facile coquatur quia, inquit, cum incredibile videretur, evenit ut apud Kartaginem nobis apponeretur cocta hec avis. De cuius pectore pulparum quantum visum est decerptum servari iussimus, et post tantum spatium dierum quo alia quecumque caro cocta putresceret prolatum atque oblatum nichil nostrum offendit olfactum. Itemque repositum post dies amplius quam xxxi quod erat inventum est idem, et post annum, nisi quia aliquantulum corpulentie siccioris et contractioris fuerit. Quod autem dicitur pavo quasi pavorem vehens ore ethimologia est, habet

12 quando vero B

PAULULUS 1 et] id est ABD; paxillus B 2-3 de . . . pauxillum *om.* C 3 paxillum B

PAVIMENTUM 1 ecclesie aule camere vel B

PAVO 4 incredibile hoc videretur B; videtur D; ut *om.* AB; vobis D 6 deceptum A 7 cocta *om.* C; putruisset B 8 olfatum B 10 idem et] itemque C 11 sinccioris D; *post* fuerit *add. in textu* ABC, *in marg.* D: (nota B) pulpa pulpe dicitur caro sine pinguedine sicut est (*om.* B) tumida et grossa caro que est in brachiis et cruribus et dicitur a palpo palpas quia palpitat et resilit et quia talis caro suavis est et delectabilis (ideo B) quandoque ponitur pro adulatione

enim horribilem vocem et sepe pavorem incutit audienti. Unde versus,

> Voce Sathan, pennaque cherub, cervice draconem,
> Furtivo gressu designat pavo latronem.

Et nota quod ii Paralipomenon ix f (21) invenitur hic pavus in eadem significatione. Unde hec pava dicitur femina.

PAUPER dicitur quasi parum potens vel quasi parum parans vel parum imperans, sicut parvus dicitur parum valens. Nota versus supra positos ubi exponitur mendicus.

PAXILLUS dicitur parvus palus. Diminutivum est a palus, pali.

PECTUS, a quo pectusculum diminutivum, dicitur a pecto, pectis, pexui vel pexi, pectere, pexum, pexu, quod est pectinare vel pectine ornare. Asper etiam posuit pectui in preterito sed modo non est in usu. Et dicitur pectus a pectendo quia mulieres in pectore sibi solent pectere capillos. Vel dicitur a plecto, tis, plexi quod est punire, verberare, flectere vel aliquid virgis componere eo quod sit plexum inter eminentes mamillarum partes. Quod autem dicitur pectus quasi peccati torus, ethimologia est. Unde hic et hec pectoralis et hoc pectorale ad pectus pertinens. Et hoc pectorale dicitur zona circa pectus sicut habent equi. Item a pecto, tis hic pecten, scilicet instrumentum pectendi vel texendi, plectrum cithare, inferior pubes viri vel mulieris, rastrum, quidam piscis qui plais gallice appellatur, agmen vel chorea. Unde versus (*Grec.* IX, 333-4),

14 unde *om.* C, unde versus *om.* B 15-16 *Cf. Werner,* p. 77 16 gressu] gradu C; pavo] paulo D 18 dicitur femella vel femina B

PAUPER 1 dicitur *om.* D 2 vel parum] vel quasi parum C

PECTUS 3 asper] prosper BC 4 plectendo B 5 plectere B; capillos] crines B 8 autem *om.* B 10 ad . . . pectorale *om.* C 11 tis *om.* BD 13 vel] et D; rastrum] instrumentum D 14 plaiet A, phaiet C; appellatur] vocatur B

Pecten agit telas, lendes trahit, os subit, aures
Mulcet et est pubes pecten et ordo simul.

De primo dicitur in vi (58) Methamorphoseon,

Percussi feriunt insecti pectine dentes.

De secundo dicitur in iiii (311) eiusdem,

Sepe cithariaco deducit pectine crines.

De tertio Oratius (*Serm.* II, 4,34),

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

De quarto dicitur in Theodolo (341),

Traicius vates commovit pectine manes.

De quinto Iuvenalis (6,370),

Inguina traduntur medicis cum pectine nigro.

Pro chorea ponitur in Statio (*Achill.* I,833) ubi dicitur,

Pectine amazonio quo concitat orbe Lacenas.

Pro rastro ponit Ovidius (*R. Am.* 191) dicens,

raro pectine verrit humum.

PECULIUM dicitur «pecunia de pecudibus habita», et dicitur a pecus, pecudis vel a pecunia. «Vel verius», ut dicit Huguitio (*s. v.* Pasco), «peculium est parvus census extra matrimonium positus in potestate filii vel servi. Super peculium non habet potestatem paterfamilias, sed tamen ille cuius est, et adeo proprium est peculium quod licet filio facere de eo quicquid vult preter voluntatem patris . . . Unde hic et hec peculiaris et hoc peculiare ad peculium pertinens vel proprius vel privatus vel familiaris». Vide infra proximo.

16 subdit C 19 inserti ABC 20 eiusdem] eius C 21 citheriaco D 25 trertius B 27 medicis] medius C 29 amozonio A, amoronio D 31 verrit] iunxit C

PECULIUM 1 peccuniam B 5 potestatem] potestate A, pectore C 6 quod] quia AD 9 vel privatus *om.* B

PECUNIA quasi pecudia a pecudibus dicitur quia olim «de corio pecudum nummi incidebantur et signabantur . . . vel quia omne patrimonium dicebatur apud antiquos peculium a pecudibus in quibus constabat universa eorum substantia. Unde et pecuarius vocabatur qui erat dives, modo vero pecuniosus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (18,3-4).

PECUS, dis femininum est, pecus, coris neutrum. Antiqui etiam dicebant hoc pecu, unde et hec pecua, pecuum in plurali dicebant. Ita dicit Priscianus (VI, 86). Pecus autem, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xii (1,5-6), «dicimus omne quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen hiis animalibus accommodari solet que sunt ad vescendum apta, ut oves et sues, aut in usum hominum commoda, ut equi et boves. Differt autem inter pecora et pecudes, nam veteres communiter omnia animalia pecora dixerunt, pecudes autem tantum illa que eduntur, quasi pecuedes. Generaliter autem pecus a pascendo vocatur». Secundum modernos vero pecora dicuntur maiora animalia, ut boves, equi, asini, pecudes minora, ut oves, capre et porci.

PEDAGOGUS dicitur ille qui puerum studentem sequitur et cui parvulus assignatur. Et dicitur a pedos, quod est puer, et gogos, quod est ductio, vel a pedos et ago, agis eo quod agit et ducit puerum et lascivientem refrenat etatem. Unde hoc pedagogium dicitur magisterium vel officium pedagogi circa puerum vel locus ubi puer eruditur a pedagogo.

PEDALIS dicitur ad pedem pertinens vel mensuram pedis habens, et in hac significatione ponitur Ieremie li b (13) ubi dicitur, «venit finis tuus pedalis precisionis tue», quasi di-

PECUNIA 2 significabantur A, figurabantur C 4 in] vel AD 5 pecuarius] peculiarius D; vero *om.* C
PECUS 7 usus D 10-11 pecudes A 12 vero] ut D 13 pecudes vero minora C
PEDAGOGUS 3 pedos] podos C 4 lacivientem C 6 pedagoge C
PEDALIS 1 pedem] pedes B

ceret ita «precidetur regnum tuum quod nec passus pedis de terra remanebit tibi». Et declinatur hic et hec pedalis et hoc pedale. Et componitur semipedalis, bipedalis. Unde Oratius in Sermonibus (II, 3,309),

Ad summum totus moduli bipedalis, et idem etc.

PEDES, peditis a pede dicitur vir sive mulier pedibus ambulans, pedibus pro equo utens. Hic caveatur quorundam abusus qui dicunt «nos ibimus pedes, nos venimus pedes» cum deberent dicere «nos ibimus pedites, nos venimus pedites».

PEDESTER idem est quod pedes vel pedibus ambulans. Et declinatur hic pedester, hec pedestris, hoc pedestre. Versus,

Campester, celeber, alacerque saluber, equester,
Silvester, volucer, acerque celerque pedester.
Hiis in bis quinque tenet hic er et hec is et hoc e.
Sicque sequester erit iunctumque paluster habebit.

Inveniuntur tamen predicta nomina aliter declinata ut dicatur hic et hec campestris et hoc campestre et sic de aliis, sicut patet per exempla Prisciani (VI, 41). Sequester tamen raro invenitur tertie declinationis (VI, 32), sicut dicetur infra ubi exponitur. Et similiter paluster raro invenitur, licet in Prisciano scribatur (IV, 18), sed communiter dicitur hic et hec palustris et hoc palustre.

PEDICA, quasi pedem capiens, dicitur catena vel vinculum pedum, sicut manica manuum. Item pedica est quoddam instrumentum quod absconditur in terra ad capienda animalia per pedes. Unde Ovidius in XV Methamorphoseon circa medium (473-4),

5 de terra *om.* C 8 totus] motus C; et idem *om.* C
PEDES 3 pedes *primum*] bipedes D: nos venimus pedes *om.* C
PEDESTER 2 versus *om.* A 3-6 *Cf. Doctr.* 583-7 3 saluber] pedester B 4 acerque] alacerque D; pedester] saluber B 5 is *om.* D 7 nomina] nominata B
PEDICA 3 capiendum C

Retia cum pedicis laqueosque artesque dolosas
Tollite! nec volucrem viscata fallite virga.

PEDISSEQUUS, a, um, quasi pedes sequens, dicitur famulus vel famula qui vel que sequitur pedes domini vel domine. Pedissequus vel pedissequa dicitur et scribitur ultima sillaba per q non per c. Si enim scriberetur per c diceretur pedissecus quasi pedes secans et a seco, secas et non a sequor sequeris componeretur. In omnibus antiquis et correctis bibliis scribitur per q iii Regum xx c (14) et Hester ii c (9).

PEIERO, ras dicitur periurare, periuriam committere et componitur a per et iuro, iuras sed subtracta r et mutata u in e correptam. Dicitur peiero pro periuro, sicut supra dictum est ubi exponitur deiero. Quidam dicunt quod peierare est facere contra assertionem simplicis verbi, periurare autem contra prestitum iuramentum. Unde Grecismus (xv, 31-3),

Peierat affirmans sed periurat sacra frangens,
Abiurat patriam numquam rediturus ad illam,
Adiurat vel coniurat querens dubium quid.

PELEX, pelicis dicitur concubina a pelliciendo, id est decipiendo, dicta eo quod pelliciat, id est decipiat lecatorem et subtrahitur ibi unum l, unde per simplex l scribitur pelex. Unde et pelicatus, tus, tui, id est concubinatus, scilicet peccatum cum pelice. Vel dicitur pelex a pello, pellis quia adveniente legitima uxore pellitur a domo vel quia propter eam uxor pellitur. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Liceo).

PELLICANUS est «avis Egyptia, habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen assumpsit, nam Canopus Egyptus

6 retia] bestia C; pedibus ABC; laqueos D
PEDISSEQUUS 3 sillaba *om.* C 5 pedem C; et a] et ita a B; et *alterum om.* D 7 et in hester C
PEIERO 1 dicitur] id est C 2 et *alterum om.* D 3 peiero peieras pro periuro ras B 4 quidam autem B, quidam tamen C
PELEX 3 unde . . . simplex l *om.* C; et scribitur C 4 et] hic BC, *om.* D 5 vel] unde C 6 a] de BC
PELLICANUS 2 sumpsit B

dicitur. Fertur autem, si verum sit, occidere filios suos eosque per triduum lugere, deinde se ipsam vulnerare et aspersione sui sanguinis vivificare pullos suos». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,26). Secundum Papiam pellicanus est avis parva que solitudine delectatur. Est et aliud pellicanorum genus in Nilo pene cignis simile nisi quia paulo maiores sunt, quos quidam onocrotalos vocant. Item pellicanorum duo genera dicuntur: unum in aquis est et esca eius pisces sunt, et unum in solitudine et esca eius venenata animalia, hoc est serpentes et cocodrilli et lacerte. Et dicit Huguitio (*s. v.* Canabus) quod secundum quod dicitur a Canopus, Canopi, quod est Egyptus, corripit penultimam. Vel componitur a pelle et canus, a, um eo quod canam habeat pellem. Et tunc producit penultimam. Credo quod communis usus ecclesie gallicane eam semper corripit.

PELLICIO, pellicis, pellexi vel pellicui, cere, lectum vel licitum dicitur decipere. Unde pelliciens participium, id est decipiens. Et pellax, cis idem est quod fallax, omnis generis. Unde pellaciter, id est fallaciter vel fraudulenter et hec pellacia, id est fraudulentia vel fallacia. Componitur autem pellicio a per et licio, cis, cui vel lexi, licitum vel lectum, quod est trahere sed non est in usu. Ita dicit Huguitio. Secundum Priscianum (x, 3) composita a licio tantum in xi faciunt preteritum preter elicio, elicui, elicitum, ne si elexi diceremus necessario participium electus fieret et esset dubitatio significationis, licet antiqui pellicui et allicui dixerint.

3 filios] pullos B 4 ipsum C; conspersione C 6 *Post* secundum *add. in textu* C: hoc dicitur pellicanus quasi pellicavus a pello et cavo as quia si cavat id est perforat pellem suam ut sanguinem effundat et secundum hoc semper corripit hanc sillabam ca secundum 7 que *om.* A; in solitudine AD; delectatus AB; et] autem C 9 idem ACD 12 codrolli D 13 a *om.* AD 14-15 Vel... pellem *om.* C

PELLICIO 3 est *om.* C 4 pelliciter B, pellicaciter C 8 exi ABD 9 elicui] elicitui D; elexi] elixi ACD 10 diceretur C 11 pelliciti et alliciti C; dixerunt B; *post* dixerint *add. in textu* AC, *in marg.* D: elicere idem est quod extrahere educere extra vocare

PELLIS, id est cutis, dicitur a pellendo quia pellit corporis iniurias ipsum exterius tegendo.

PELTA a pellendo dicitur, scilicet «scutum brevissimum in modum medie lune». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (12,4). Vide versus differentiales supra positos ubi exponitur clipeus.

PELVIS dicitur quasi pedum lavandorum vas.

PENETRALE, lis et hoc penetral, penetralis dicitur «secreta camera, secretus, id est interior, locus in domo vel in templo ubi dabantur oracula . . . Et ponitur quandoque pro domo». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pene). Et dicitur penetrale vel penetral a penetrando. Ysidorus autem Ethimologiarum xv (4,4) sic ait, «Penetralia secreta sunt oraculorum; et penetralia dicta sunt ab eo quod est penitus, hoc est pene intus». Quod dicatur hoc penetrale, multa occurrunt exempla. Unde Lucanus in secundo (127-8),

> Ante ipsum penetrale dee semperque calentes
> Mactavere focos.

Idem in v (146),

> Impulit. Illa pavens aditi penetrale remoti.

Ovidius in primo Methamorphoseon (287),

> Tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris.

PELLIS 2 protegendo B
In marg. fol. 128[v] *add.* D: pene adverbium remissivum id est fere unde penitus ta penitum id est secretus interior intimus unde et dicitur penitus quasi pene intus vel potius quasi pan intus id est totus intus et comparatur unde penite peniterius penitissime et hii penates tium domus interiores proprie vel domestici et privati dii domibus presidentes quos antiqui in domibus colebant et eorum ymagines in domibus habebant unde et dicti penates quasi penes nos nati et est ethimologia item a penitus penetro penetras quasi pertransire vel perforare
PENETRALE 1 penetral id est penetralis D 2 id est] et D, *om.* BC 5 xv] xvi B 7 penitus et hoc BD 10 canentes B 12 v] vi D 15 testaque C; cumque] cum D

Idem xi (593),

Mons cavus ignavi domus et penetralia sompni.

Et in dativo et ablativo pluralibus facit penetralibus non penetrabilibus. Unde Virgilius Eneidos vi a (VII, 59),

Laurus erat tecti medio in penetralibus altis.

Unde patet quod in Psalmo (104,30) debet dici «in penetralibus regum ipsorum» non «in penetrabilibus» ut quidam dicunt et male. Et similiter Amos iii d (9) et vi f (10) et Matthei xxiiii d (26) debet legi penetralibus. Et nota quod a penetro, tras dicitur hic et hec penetrabilis et hoc penetrabile et hic et hec penetralis et hoc penetrale. Et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Pene), penetrabile est quod penetrat vel quod aptum est penetrare. Penetrale autem quod penetratur vel aptum est penetrari. Tamen quandoque ponitur unum pro reliquo. Vide supra ubi exponitur docilis.

PENITENTIA dicitur «quasi punitentia eo quod homo in se punit quod male admisit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum vi g (19,71). Vel dicitur a peniteo, tes. Quod autem dicitur penitentia quasi pena tenax ethimologia est.

PENITEO, tes, tui dicitur a pena «quia», sicut ait Huguitio (*s. v.* Pena), pena «agit ut peniteamus. Unde penitere dicitur quasi penam tenere et est ethimologia. Et construitur peniteo cum genitivo, ut peniteo peccati . . . Et hoc utimur, sed impersonali raro utimur nisi in divina pagina», cuius constructio patet per hos versus (*Grec.* XVI, 31-2),

18 fecit B 22 reguum C; ipsorum et non C 25-26 et hec . . . penetrale *om.* C 27 quod *alterum om.* D 28 aptum natum est BC; penetrare] penetrari D 28-29 penetrale . . . penetrari *om.* D 29 aptum natum est BC 30 reliquo] alio B; vide ergo supra B

In marg. fol. 129 *add.* D: hic penis nis priapus virile membrum dicitur a pendeo pendes quia pendeat et suspensus feratur unde penis dictus est a penetro penetras quod eius officium est contra iacturam humani generis item a pendeo hec penis penis id est cauda equina quia pendeat et feratur suspensa

PENITENTIA 1 punientia O 3 dicitur *om.* C

PENITEO 1 tui penitere B

Penitet et tedet, miseret, pudet et piget, ista
Accusativis iunguntur cum genitivis,

ut penitet me peccati. Penitemini antiqua est grammatica. Forte antiqui dicebant peniteor, peniteris. Penitudo idem est quod penitentia.

PENNA a pendendo dicitur quia auxilio pennarum aves volant et in aere pendent.

PENTACONTARCHUS appellatur princeps super quinquaginta et dicitur a pentacon, quod est l, et archos, quod est princeps. In multis libris falso exponitur in glosa i Machabeorum iii g (55), sed hec est vera expositio et credo quod glosa vitio scriptorum in multis libris corrupta sit. Vide versus infra positos ubi exponitur tribunus.

PENTAPOLIS, sicut scribitur in Papia, regio est in confinio Arabie et Palestine sita, dicta a quinque civitatibus impiorum que celesti igne consumpte sunt, id est Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim et Bale. Ipsa est Segor terra, amplius ab Ierosolimis, olim uberrima, nunc autem deserta atque exusta nam pro scelere incolarum de celo descendit ignis qui regionem illam in cinerem dissolvit cuius umbra quedam et species in favillis et in arboribus ipsis etiam adhuc videtur. Nascuntur enim poma virentia sub tanta specie viriditatis

10 quia antiqui forte B

In marg. fol. 129 *add.* D: hic et hec pensilis et hoc pensile id est levis dicitur a pendeo unde pensiliter id est leviter et pensilitas id est levitas perpensilis id est valde levis hoc pensum id est deliberatio congregatio concilium quia dum aliquid deliberamus pendemus et in pendulo et dubio sumus hinc penso pensas id est cogitare deliberare vel ponderare

PENTACONTARCHUS 2 est *alterum om.* C; *post* princeps *add. in textu* B: et tunc est simplicis figure 3 multis autem B 4 vitiorum B 5 libris] locis B

PENTAPOLIS 2-3 impiorum *om.* C 3 igne et sulphure sunt consumpte B; id est] ut B; Sodoma et C 4 Adama *om.* C; Sobim C 5 ab] a B; autem] est C 6 qui] que C 9 enim in illis arboribus poma B; sub] cum B

ut edendi desiderium gignant ac resolvuntur in cinerem fumumque exhalant quasi adhuc ardeant.

PENTECOSTE supra exponitur ubi exponitur neomenia cum aliis festivitatibus legalibus. Et dicitur pentecoste a penta, quod est quinque, et coste, quod est decem, quasi quinquies decem, id est quinquaginta quia quinquaginta dies sunt inter Pascha et Pentecosten, utroque tamen die incluso. Et nota quod declinatur hic pentecoste, huius tes. Invenitur etiam hoc pentecosten indeclinabile.

PENULA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (24,14), «pallium est cum fimbriis longis». Glosa autem ii Timothei iiii (13) dicit sic, «penula vestis erat consularis qua induebantur consules ingredientes curiam». De qua si queritur unde Paulo acciderit, respondeo «Romanos hanc habuisse consuetudinem quando monarchiam totius mundi sibi acquirebant ut, quecumque gentes cum pace et coronis eis occurrissent, darent eis libertatem in tantum ut fratres eorum dicerentur civesque Romani appellarentur. Dabantque potestatem edificandi curiam et habendi consules, sicut et ipsi habebant. Pater igitur Pauli de Giscalo, oppido Iude, ubi natus fuerat translatus est in Tarsum Cilicie. Quodam autem tempore, venientibus Romanis per Ciliciam, occurrit eis ipse cum aliis Tarsensibus utpote nobilis, exceperuntque eos cum pace. Tunc Romani concesserunt eis predicta ibique pater Pauli penulam accepit, post cuius mortem, ob recordationem eius, hanc vestem sibi Paulus retinuit». Vel penula dicitur hoc volumen legis. Unde Ieronimus (*Gloss. Ord.* II *Tm.* 4,13) ait «volumen hebreum replico quod Paulus iuxta quosdam penulam vocat». Versus (*Brito Metricus* 1558,1561),

PENTECOSTE 1 exponitur *alterum om.* B; noemenia D 3-4 quasi quinquies decem *om.* D 6 hic] hoc B

PENULA *Praeposuit in textu* B, *post* longis (*v.* 2) C, *in marg.* AD: (item C) penula dicitur vilis capa quasi (vilis vel A) pene nulla (ulla A) unde (*om.* AD) iuvenalis in primo (5, 79) iupiter et multo stillaret penula nimbo (limbo A) 5 acciderit] contigerit B 9 Romani] Romam C 16 cuius] eius C

Est Aimo testis quod fertur penula vestis.
Ieronimus fatur quod sic liber intitulatur.

Secundum quod ponitur pro veste, dicitur a pendeo, des quasi pendula quia longe fimbrie ab ea dependent. Vel dicitur a Penis quia Peni populi ea maxime utuntur et forte eam primo invenerunt.

PENURIA dicitur «inopia, egestas, paupertas et proprie que est in penore», id est in cellario, sicut enim dicit Huguitio (*s. v.* Peno), «peno grece, latine dicitur nutrio. Unde hic penus, peni et hec penus, peni et hic penus, penus, penui et hec penus, nus, nui et hoc penum, peni et hoc penu indeclinabile et hoc penus, penoris, omnia in eodem sensu scilicet cellarium quia in eo reponuntur ea quibus homines nutriuntur». Unde penuria dicitur a penu secundum Huguitionem, quod non videtur esse verum quia penus semper corripit primam sillabam. Unde Virgilius Eneidos i g (704),

Cura penum struere et flammis adolere penates.

Penuria autem semper eam producit. Unde Virgilius Eneidos vi a (VII, 112-13),

Consumptis hic forte aliis ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.

Unde melius dicitur penuria quam penurgia a pena et urgeo, es vel a pena et uro, uris quasi pena urgens vel urens.

PEPO, onis «idem est quod melo, melonis». Ita dicit Huguitio. Et est grecum, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (10,16). Unde et Papias ait pepo grecum est, unde et origo eius Latinis incerta est. Est autem nature nimium frigidioris. Difficile autem digeritur propter naturalem rigorem. Ideo autem a nonnullis cum aceto consumitur, et,

21 quod] quis A 23 secundum] vel AD 25 populi sunt A
PENURIA 1 que *om.* D 5 hec penus nus nui et *om.* C 11 cura] circa AC; statuere C 12 unde *om.* B 15 exigua A; degit A 16 quam] quasi C
PEPO 3 xviii D 6 autem *om.* B; a *om.* AD

cum aliquid calidi aut cepe aut pulegii permiscent, mingitur et egeritur. Item in Aurora (*Numeri*, 215-16) scribitur sic,

> Ollarum carnes, peponum fercula, porros,
> Cepas pro manna turba gulosa petit,

et sequitur (223-6),

> Pepones signant quedam mala dulcia, tanquam
> Otia sunt, sompnus, gaudia, blanda quies.
> Porri vel cepe mala signant aspera, tanquam
> Sunt rixe, sanguis, furta, rapina, dolus.

PERA secundum Papiam pellis est caprina a collo pendens, precincta usque ad lumbos. Est autem habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Hec et melotis vocatur. Item pera dicitur sportella vel mantica. Communiter autem pera dicitur sacculus ille quem portant peregrini sub ascella, et pendet a collo. Et dicitur a peri, quod est circum, quia circa collum suspensa portatur. Sed Magister in Historiis (1312) super i Regum xvii (40) dicit, «quod est vas in quo mulgetur vel panis portatur». Gallici appellant peram pastoralem panetariam, scilicet reticulum in quo pastores portant panem.

PERAGRARE dicitur circuire, perambulare, inquirendo pervagari, pererrare, pervadere, agrum girare. Et dicitur a peri, quod est circum, et ager, qui enim peragrat agros girat. Vel componitur a per et agro, agras, quod non est in usu. Item peragrare est «sine certa mansione huc et illuc ire. Unde ... peregre adverbium, id est ad peregrinandum ... significat de loco, per locum et in loco», sicut ait Huguitio (*s. v.* Ager). Unde peregrinus, na, num. Item a peragro, peragrans, peragraturus et peragratus participia dicuntur.

7 polegii CD; permiscetur D; permingitur D 9 porcos C 10 mamma AB 13-14 sunt ... tanquam *om.* C 13 sunt] seu B 15 sanguinis C

PERA 2 precincta *om.* C; proprie *om.* C 5 quem] quam B; assella B 9 appellant eam peram B 10 scilicet panetiere reticulum illud in quo pastores panem suam portant B; panem suum D

PERAGRARE 1 circumire C 2 pervadere] persuadere B 3-4 vel ... usu *om.* C 5 mansionem B 6 significant ABC 8 peragras AD

PERCUSSURA «proprii numismatis» i Machabeorum xv a (6) appellatur fabricatio proprie monete, in qua superscriptio fit multis percussionibus. Percussura idem est quod percussio.

PERCUTERE in ore gladii idem est quod percutere in gladio, et est quidam modus loquendi. Vel ponitur ibi os pro vastatione vel devoratione.

PERDIX «de voce nomen habet, avis dolosa atque immunda, nam masculus in masculum insurgit et obliviscitur sexum libido preceps. Adeo autem fraudulenta est ut alteri ova diripiens foveat, sed fraus fructum non habet. Denique dum pulli proprie vocem genitricis audierint naturali quodam instinctu hanc que fovet relinquunt et ad eandem que genuit revertuntur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,63). Dicitur autem perdix a perdo, perdis, quod est emittere, delere, destruere. Dicit enim Huguitio (*s. v.* Do) quod «si masculus nidum sue coniugis invenit, destruit et ova absorbet. Vel dicitur a perdendo quia alteri ova perdat et foveat, vel quia destruat nidum. Vel dicitur a Perdice, nepote Dedali, qui, secundum fabulas, in illam avem dicitur fuisse mutatus». Et nota quod pro ave declinatur hec perdix. Unde Ovidius Methamorphoseon viii (237),

Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix.

Nec te moveat quod dicit glosa Ieremie xvii (11) super illum textum «perdix fovit que non peperit» ubi dicit «perdicem quoque pugnacem dicunt et immundum, ut palma sit victoris polluere victum». Cum sit enim epicenon, id est uno genere, scilicet feminino, designans masculum et feminam,

PERCUSSURA 2 superscriptio] supercussio A
PERCUTERE 2 loquendi apud hebreos B; os *om.* C
PERDIX 4 fructura C 6 hanc] eam B; relinquent C 10-11 et alterius ova rapiendo absorbet B 11 et foveat *om.* B 12 vel quia dicitur C 16 perspexit D 18 dicit] dicitur C 20 pollere C; epitecon C 21 scilicet] in C 21 masculinum et femininum D

per adiectiva masculina designat perdicis vitium, quod scilicet masculus insurgit in masculum.

PERENDIE, id est post cras, adverbium temporis, et dicitur perendie respectu futuri temporis, sicut nudius tertius respectu preteriti. Et componitur «a perempta et una die» quia dies crastina perimitur cum dicitur perendie, id est post cras, sicut postridie, id est post tertium diem. Item a perendie dicitur «perendino, perendinas, id est morari per unum diem . . . Et ponitur quandoque simpliciter pro morari. Et transitive positum invenitur pro prolongare. Vel componitur perendie a perenni et die, et inde perendinare, id est unum diem vel plures in otium trahere». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Dyam).

PERGO, pergis, perrexi, pergere dicitur ire. Et componitur a per et rego. Unde dicitur pergere quasi perfecte se regere. Vel componitur a pede et rego. Unde pergere quasi pedem regere.

PERGERE ire dicitur, incipere ire vel preparare se ad pergendum Genesis xlviii a (1).

PERIBOLUS dicitur murus exterior qui cingebat «gazophilacia cantorum custodientium altare». Ita exponitur in glosa Ezechielis xlii b (7). Item in i Machabeorum xiiii g (48) dicit glosa, «Peribolus grece dicitur murus atrii domus domini qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu, sicut ait Beatus Ieronimus in expositione Ezechielis prophete libro xiii. In loco ergo celebri atrii domus domini ponebantur tabule eree in quibus confirmatum fuerat per scripturam

PERENDIE 2 temporis *om.* BD; nudus C 3 pempta A 5 postriduo A 6 morari] moram facere C
PERGO 1 dicitur ire *om.* C 2 regere] gerere C
PERGERE 1 properare D 2 xviii C
PERIBOLUS 1 dicebatur D 3 ii mac C 6 beatus *om.* C; prophete *om.* C

sacerdotium Simonis et filiorum eius». Et componitur peribolus a peri, quod est circum et ambulo, las quia in circuitu ambulat, id est circuit, templum. Huguitio (*s. v.* Pery) dicit quod «hic peribolus et hoc peribolum dicitur deambulatorium, deambulacrum, spatiatorium, perambulatorium».

PERICHELIDES, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xix (31, 19), «sunt apud feminas crurum ornamenta quibus gressus earum ornantur». Huguitio (*s.v.* Chelon) autem dicit quod perichelis dicitur «ornamentum mulierum circa brachia vel potius circa crura quo gressus eorum ornantur». Et componitur a peri, quod est circum, et chelon, quod est curvum. Unde chelon grece dicitur brachium sive crus propter curvitatem. Unde chele dicuntur brachia scorpionis propter curvitatem. Et hec chelis dicitur cithara quia in modum brachiorum est curvata. Item chele, chelarum signum quod libra dicitur quia ex pedibus virginis et brachiis scorpionis efficitur. Et nota quod declinatur hec perichelis, huius perichelidis. Unde Oratius in libro Epistularum (I, 17,55-6),

> Sepe refert meretricis acumina, sepe catellam,
> Sepe perichelidem raptam sibi flentis, ubi mox etc.

Antiqui solebant scribere periscelides.

PERIPSIMA est purgamentum ferri vel pomi et quicquid de aliqua materia, ut purgatior reddatur, abicitur, ut limatura eris, purgamentum tritici cum ventilatur et huiusmodi et quelibet domorum quisquilia. Et dicitur a peri, quod est circum, et simus, sima, simum, quod est curvum vel a semus, a, um, quod est imperfectum et seco, secas quia circumcirca

PERICHELIDES 2 egressus C 3-5 Huguitio . . . ornantur *om.* B 4 perichelides C 7 sive crus *om.* C; crus] crux B 8-9 unde chele . . . curvitatem *om.* BC 10 item a chele C; chelarum dicuntur signum A 11 virginis] et virgis B 12 perichelis declinatur hec perichelis B 15 ubi] uti B 16 pericelides C

PERIPSIMA 1 perisima D 5 a *om.* B 6 quod est *om.* B; et] vel BCD

res secatur et diminuitur. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Pery) dicitur hoc peripsima, huius peripsimatis. Versus,

> Quod purgas de re dic esse peripsima vere,
> Ut suber pomi quisquiliasque domi,

id est purgamenta vel sordes. Suber dicitur cortex. Unde Theodolus (110),

> Mutat flebiliter rigidum pro corpore suber.

Vide supra ubi exponitur cortex.

PERITUS, ta, tum dicitur doctus, instructus, sapiens, et comparatur. Unde hec peritia, id est discretio. Et dicitur peritus a perio, peris, perivi, perire, peritum, quod est docere, instruere, probare, a quo quidam composita esse dixerunt aperio et comperio et similia. Sed melius componitur a pario, paris, sicut supra dictum est ubi exponitur pario.

PERIZOMA, tis est «quedam vestis hominum antiquissima, id est succinctorium femorale, quo tantum genitalia conteguntur. Alii dicunt quod sit tunica foliis consuta qualem dominus fecit Ade post lapsum». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pery). Tamen Genesis iii (21) scribitur, «Fecit quoque dominus deus Ade et uxori eius tunicas pelliceas», id est de pellibus mortuorum animalium ut signum sue mortalitatis secum ferrent. In Historiis (1073) autem dicitur, «sic fecerunt sibi perizomata, id est succinctoria, quasi braccas breves ut campestria, nec sine causa de foliis ficuum, quia de succo eorum si teratur caro hominis, inuncta sentit pruriginem ibi, ut per hoc ostensum sit quia pruriginem voluptatis iam in carne senserant . . . Et hinc quidam dicunt ficum arborem fuisse prohibitam». Et nota quod perizoma dicitur a peri, quod est

8 huius *om.* B 9 purgat D 13 rigidis A; cortice C

PERITUS 2 hec *om.* C 3 peririe B; docere] docte ABC 5 et *primum om.* C

PERIZOMA 1 periozoma AB 2 succinctorum AD 4 ade et uxori eius post B 5 iii *om.* C 6 eius] sue C 7 secum *om.* B 9 quasi] id est B, in C 9-10 ut . . . causa *om.* B 11 terantur O 13 hinc] huic D

circum, et soma, quod est corpus. Et secundum hoc deberet dici perisoma, perisomatis, sed pro s sepe ponitur z, ut hic, et dicitur perizoma, sicut patet in libris correctis.

PERNICIES, perniciei dicitur mors vel interitus. Unde perniciosus, sa, sum dicitur mortifer, letalis, pernicie plenus. Et hic et hec et hoc pernix, cis, id est perniciosus, destructor. Et corripit hanc sillabam ni in obliquis, quam econtrario producit pernix, id est velox, quod dicitur a pernitor, perniteris, a quo et pernicies, id est velocitas, dicitur. Versus,

> Pro pernice citum, pro pernice dico nocivum;
> Pernitor primum, perneco dat reliquum.

Perneco, cas dicitur strangulare, occidere, perficere, necare. Et componitur a per et neco, cas, quod est occidere, strangulare. Versus,

> A neco dic avi ferro, necui reliqua vi.
> Sic in compositis sensum variare valebis,
> Ac ut preterita poteris duplicare supina
> Ut dicas nectum per singula sive necatum.

PERPENDICULUM instrumentum est cementariorum quod alio nomine dicitur amussis, id est plumbatum, quod ipsi dimittunt ad perpendendam equalitatem muri. Unde hic et hec perpendicularis et hoc lare. Illa linea dicitur perpendicularis que sursum recte dirigitur. Item perpendiculum dicitur illud unde lebetes feruntur et suspenduntur. Pro instrumento cementariorum dicitur perpendiculum a perpendo, dis, quod est intelligere, considerare, animadvertere, percipere, estimare, librare, metiri. Istas significationes potes colligere ex Papia et Derivationibus Huguitionis. Et compo-

15 zoma B 16 perisoma tis per s sed pro s ponitur z C

PERNICIES 3 et hoc *om.* C 6 dicitur *om.* C 9 perficere] perfecte B 12 *Cf. Doctr.* 706.

PERPENDICULUM 4-5 lare unde et perpendicularis linea dicitur illa que sursum recto dirigitur B 5 sursum vel insum inferius recte A, sursum vel iussum recte C 6 illud *om.* C 6-7 instrumento autem B 7 dicitur instrumentum perpendiculum A 8 advertere *iteravit* AD 9 et istas B 10 colligere] habere B

nitur a per et pendo cuius significationes invenies supra ubi exponitur impendo. Pro sustentaculo lebetum dicitur perpendiculum a perpendeo, des quia lebetes in eo perpendent.

PERPERAM adverbium, id est perverse, iniuste, non recte.

PERPETRARE supra expositum est ubi exponitur patro.

PERPETUUM cui principium, sed fine carebit.
Vide versus supra ubi exponitur eternum.

PERSEVERARE dicitur persistere, in proposito permanere. Unde participia et hec perseverantia. Et componitur perseverare a per et severo, as, quod non est in usu. Vide infra ubi exponitur severus. Et ponit Papias differentiam inter perseverantiam et pertinaciam dicens quia perseverantia in virtute est, pertinacia vero in vitio.

PERSTRINGO, gis, perstrinxi, gere, ictum dicitur perfecte stringere, leviter stringere, leviter tangere, summatim dicere.

PERTUSUS, sa, sum dicitur percussus, verberatus, concisus, confractus, perforatus et sic sumitur Aggei I (6). Et dicitur a pertundo, dis, pertudi, pertundere, pertusum, quod componitur a per et tundo. Vide infra ubi exponitur tundo.

13 perpendo BD; pendent D
In marg. fol. 131 *add.* D: perpera id est perversitas unde perperus ra rum id est perversus pravus unde perpere adverbium id est perverse male a quo por perperam perniciter velociter
PERPERAM et non B
PERPETRARE patro tras A
PERSEVERARE 2-3 perseverare *om.* D 4 exponitur hic non severus B
PERSTRINGO 1 perstrinxi perstrui C 1-2 dicitur perfecte stringere] id est A 2 leviter tangere *om.* C
PERTUSUS 1 percussus *om.* C 3 quod] et A 4 tundo] tundere C
In marg. fol. 128 *add.* D: pes pedis unde hec peda id est vestigium humanum et hoc pedum di id est baculus pastorum recurvus et hic pedor doris id est pedum fetor et hinc pluraliter hec pedora id est pedum vel aurium sordes item a pedor hic pedex icis id est culus quia fetet et componitur cum verto et dicitur hic verpus pi medius

PESSIMO, pessimas dicitur pessimum facere, deteriorare, pessime tractare. Unde dicitur Ecclesiastici xxxviii d (22), «et huic nichil proderis et te ipsum pessimabis».

PESSULUM dicitur sera lignea qua hostium pellitur cum seratur. Et dicitur a pello, lis, unde pessulum quasi pulsulum vel quasi pellens sum. Vel dicitur a pulsus, pulsa, pulsum quia pellitur et repellitur. Unde dicitur pessulum quasi pulsum sum.

PESTIS dicitur quidam morbus quando membra dissolvuntur et putrescunt. Et dicitur a pesti grece, quod est humor latine. Vel dicitur pestis quasi pastis a pascendo «quia veluti incendium depascit dum descendit per totum corpus. Et gignitur ex corrupto aere. Eadem dicitur et contagium vel contagio a contingendo quia quem contigerit polluit, vel quia contactu unius descendit per omnes. Ipsa etiam inguinaria dicitur ab inguinum passione. Eadem et lues a labe vel luctu vel luendo dicta quia tam acuta est ut non habeat spatium temporis quo vel vita speretur vel mors, sed repentinus morbus simul cum morte venit». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pesti) et accepit ab Ysidoro Ethimologiarum iiii (6,17-18). Et ibidem exponit Ysidorus pestilentia dicens, «Pesti-

digitus quasi vertens id est purgans vel tergens podicem percussit enim deus iudeos in podice et obprobrium sempiternum dedit illis nam singulis annis in crucifixione domini emittunt sanguinem per posteriora quem cum medio digito reponendo verrunt podicem et inde dictus est verpus quasi verrens podicem unde adhuc ille digitus in obprobrium ostenditur iudeis quem si alicui iudeo ostenderis numquam postea diliget te et hinc est quod verpus ponitur pro iudeo a pedor pedo pedis pedorem id est fetorem emittere unde hic pedo pedonis qui pedit vel bumbat pedo componitur oppedo oppedis oppedi id est contra pedentem pedere et quia qui contra pedentem pedit quodam modo ei contradicit ideo oppedere ponitur pro contradicere item quia oppedit quod pedens facit et ipse facit ideo ponitur pro consentire

PESSIMO 1 detolerare C

PESSULUM 2 pulsulum] pulisulum A

PESTIS 4 per *om.* B 6 quem] que A; contingit C 7 contractu D 9 luctu] lutum B; vel *alterum*] a B 12-13 ab . . . et *om.* B

lentia est contagium, quod dum unum apprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto aere et in visceribus penetrando innititur. . . Dicitur autem pestilentia quasi pastulentia eo quod veluti incendium depascat et toto corpore descendat» etc. Et dicit Papias quod tres sunt modi pestilentie, aut ex terra aut ex aqua aut ex aere. Huguitio dicit quod «pestilentia idem est quod pestis, sed proprie pestis est nomen ipsius morbi, pestilentia vero id quod ex se efficit». In Grecismo (x, 103-5) ponuntur tales versus,

De fructu sterili clades poterit bene dici,
Dicitur ac strages occisio facta per hostes,
Que venit ex pastu corruptio sit tibi pestis.

Et a peste et lentos, quod est plenum, dicitur hic et hec et hoc pestilens, id est peste plenus, et comparatur pestilentior. Et pestilentus, ta, tum idem quod pestilens.

PIACULUM dicitur culpa, peccatum, scelus, mors, ut «Eva intulit piaculum», id est culpam vel mortem. Item piaculum dicitur illud quod piat, id est cordis ablutio, peccati et culpe piatio vel remedium, ut «Maria contulit piaculum», id est vitam et vite remedium. Unde Papias ait, piaculum dicitur peccatum, rursus et sacrum quia purgat peccatum. Unde quidam sacrificia piacula dicunt. Item Ysidorus Ethimologiarum v (26,26), «Piaculum dictum pro eo quod expiari potest; commissa sunt enim que erant quoquo ordine expianda». Et dicitur a pio, pias, quod est purgare vel mundare, et descendit a pius, pia, pium, quod est religiosus, misericors, benignus, propitius. Et comparatur per suppletionem: pius, magis pius, piissimus. Versus,

Regula grammatice prohibet certissima legis
Ne quis ius vel uus comparet absque magis,

14 apprehendit C 15 autem] etiam B 16 immittitur B 17 quasi pastulentia *om.* B 20 pestis *om.* BC 24 ac strages] astrages D 27-28 pestilens pestilentior pestilentissimus B 28 idem est quod B
PIACULUM 2 vel *om.* B 9 enim] ei B 10 vel *om.* BD 11 religiosus *om.* B 12 et benignus et B 14 *Cf. Walther*[1], *no.* 16549a

ut egregius, fatuus et similia.

PICTACIUM a pingo, pingis dicitur epistula brevis et modica. Item pictacium dicitur cedula de membrana excisa. Unde hec pictaciuncula, id est membranula. Item pictacium dicitur illa corii particula que solee repeciate insuta est. Et dicitur a pingo, gis, sicut enim partes picture distincte in pavimento, sic apparent pictacia in calciamento. Unde pictaciatus, id est repeciatus.

PIGARGUS «quedam avis» est, ut dicit Huguitio (*s. v.* Pige). Et dicitur a pige, quod est «depressum vel depressio», quia forte parva avis est et inter animalia comestibilia numeratur Deuteronomii xiiii a (4-5), «Hoc est animal quod comedere debetis: bovem et ovem et capram, cervum, capream, bubalum, tragelaphum, pigargum». Nec aspiratur ibi prima sillaba. Quidam legunt ibi phigargum sed male, sicut patet in novis bibliis et antiquis correctis.

PIGER, gra, grum dicitur tardus vel lentus. Et dicitur a pigeo, ges, gui, gere, quod est pudere, penitere, gravare, offendere, quod secundum vulgare Gallicorum dicitur pesare. Ita dicebatur antiquitus sed modo est verbum defectivum impersonale piget, pigebat, piguit, et construitur cum accusativo et genitivo. Dicitur autem piger a pigendo quia semper eum pigeat quod oporteat eum aliquid facere. Ysidorus autem dicit in x (212) Ethimologiarum quod «piger dicitur quasi pedibus eger. Est enim tardus ad incedendum» ac si haberet ulcera in pedibus. Alii dicunt quod dicitur piger quasi pene eger vel quasi penitus eger, videtur enim quod

16 fatuus] arduus B

PICTACIUM 1-2 putatium *utrobique* D 3 pitaciuncula D; putatium D 5 picture] pincture B, punire D

PIGARGUS 3 nominatur vel numeratur C 4 animal *om.* C 5-6 capream et bubalum C 7 quidam enim B; legunt] dicunt C; ibi *om.* C; philargum BC

PIGER 3 dicitur] est C; pensare B 4 modo *om.* D 8 in *om.* B 9 enim] autem C 11 quasi pene eger *om.* C; enim] etiam C

nec etiam possit manum ad os levare. Et comparatur piger, pigrior, pigerrimus. Et inde dicitur hec pigredo, id est pigritia. Vel dicitur a pigreo, pigres, pigrui, pigrere, quod est esse vel fieri pigrum. Et inde pigresco, pigrescis inchoativum et pigritor, pigritaris idem est quod pigrere.

PIGMENTUM est confectio ex vino et melle et diversis speciebus, suavis et odorifera. Et dicitur pigmentum a pila quasi piligmentum. Unde dicit Ysidorus in iiii (11,4) Ethimologiarum, «Pila a pinsendis seminibus, id est terendis, dicitur. Hinc et pigmenta eo quod in pila et pilo agantur quasi piligmenta. Est enim pila vas concavum et medicorum usui aptum in quo proprie tipsane fieri et pigmenta concidi solent». Pigmentum vulgariter dicitur claretum. Unde pigmentarius, a, um ad pigmentum pertinens. Et hic pgimentarius qui facit vel vendit pigmentum.

PIGMEI populi sunt statura cubitali quos Greci a cubito Pigmeos vocant. Hii montana Indie tenent quibus vicinus est oceanus. Ita dicit Papias. Huguitio dicit quod Pigmea est «regio. Unde Pigmeus, ea, eum. Et, ut dicit Beatus Augustinus Pigmei tantum semicubitales sunt qui tertio anno perfecte sunt etatis, septimo senescunt et dicuntur pugnare cum gruibus et armati ferri ab ipsis gruibus».

PIGNUS, noris per o dicitur filius vel amor vel indicium vel signum amoris vel confederatio et confirmatio amoris. Unde pignoro, ras confederare, confirmare amorem inter aliquos. Hoc pignus, neris per e dicitur vadium quod pro re aliqua

12 etiam *om.* C 13 hec *om.* B 15 inde dicitur pigreseo B 16 est *om.* B

PIGMENTUM 1 pigmentum idem est quod confectio B 2 pigmentum *om.* C 3 pilimentum CD 6 pilimenta D 8 solent vel contundi B 10 *Post* pigmentum *add. in textu* B: et secundum glosam iiii regum xx pigmenta dicuntur odoramenta

PIGMEI 3 occeanus scilicet magnum mare B; Huguitio vero dicit B 5 tantum *om.* C

PIGNUS 2 confederatio] consideratio D

datur et inde pignero, neras, id est pigneri obligare. Unde quidam versificator ait,

Pignora pro natis, dic pignera pro vadiatis.

Item Grecismus (XI, 106),

Pignora natorum dicuntur, pignera rerum.

Sed huiusmodi proprietates frequenter a pluribus confunduntur et ponunt unum pro reliquo. Ysidorus in v (25,22) Ethimologiarum assignat differentiam inter pignus et fiduciam et ypothecam dicens, «Pignus est quod propter rem creditam obligatur, cuius rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor, ceterum dominium penes debitorem est. Fiducia est cum res aliqua sumende mutue pecunie gratia vel mancipatur vel in iure conceditur. Ypotheca est cum res commodatur sine depositione pigneris, pacto vel conventione sola interveniente». Grecismus (XI, 107),

Quod datur in pignus non mobile dic ypothecam,

sicut est domus vel ager vel villa. Sic dicunt moderni. Pigneratus, id est pigneri obligatus, dicitur a pignerando, de quo supra dictum est.

PILA, pile dicitur vas concavum in quo frumentum vel aliud teritur. Et dicitur a pilo, las, quod est pilo contundere. Dicit enim Ysidorus Ethimologiarum XV (6,4), «Pistrinum dicitur quasi pilistrinum quia pilo granum antea tundebatur. Unde et apud veteres non molitores sed pistores dicti, quasi fissores a findendis granis frumenti, mole enim usus non erat, sed granum pilo findebant». Vel dicitur pila a pinso, pinsis, pinsui, pinsere, pistum, tu, quod est panem facere, pastam deducere et terere, a pinsendis scilicet seminibus,

10 frequenter *om.* D 13-14 creditam] debitam C 16 fiducia est *om.* C, est *om.* D; sumende et mutue B 18 accomodatur C; pignoris B 20 dic] dicit D 21 est *om.* C; sic] sicut B

PILA 3-4 XV . . . quia *om.* B 4 quia] quod A 5 et *om.* AD 6 enim *om.* D 7 findebatur D; pila *om.* C

quia ibi semina pinsuntur, id est teruntur. Versus (*Grec.* XII, 394-6),

Pila subest ponti, pila ludus, pila taberna,
Pila terit pultes et pila geruntur in hostes;
Quod terit est pilus, pilus est in fronte capillus.

Quidam errantes solent dicere,

Est pila pes pontis etc.

cum pila pro columpna producat primam sillabam. Unde Virgilius Eneidos viii f (IX, 711-12),

Saxea pila cadit magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt.

Item Oratius in Sermonibus (I, 4,71),

Nulla taberna meos habeat nec pila libellos,

pilam ponit pro ponte, partem pro toto.

PILUM, pili vel pilus, pili dicitur instrumentum quo aliquid in pila vel in mortario teritur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi b (1,28), «pilum dicitur a pila ubi pigmentum contunditur». Secundum modernos dicitur hic pilus. Unde versus differentialis (*Grec.* XII, 396),

Quod terit est pilus, pilus est in fronte capillus.

Unde pilo, pilas, id est pilo tundere. Vide supra ubi exponitur oppilo. Item hoc pilum dicitur telum unde Lucanus in principio (1,7),

Signa, pares aquilas et pila minantia pilis.

A pilus, pili pro instrumento terendi dicitur hic pistillus. Unde Virgilius in Moreto (12),

Sed gravior lentos ibat pistillus in orbes.

Secundum Huguitionem (*s. v.* Pinso) dicitur hoc pistillum

13 terit *iteravit* D; et] sed BD 15 solebant B 18 viii *om.* D 19 saxa D; cudit C 20 construitam D; iacincter C
PILUM 3 dicitur *om.* D; ubi] unde AD 8 oppilio A, opilio B 10 gigna C 12 mornero A, morero D 14 pistillum et sequitur A, pistillum et hoc pistillum sequitur B, pistillum et hec pistilla D

et hoc pistellum; sequitur enim eos qui dicunt hoc pilum, pili et dicit quod pilum dicitur a pinsenso, id est terendo.

PILUS pro capillo dicitur a pelle quasi pelus quia ex pelle procedit.

PILOSI, sicut innuit glosa Isaie xiii (21), monstra sunt ad similitudinem hominum vel demones incubones secundum lxx vel satiri vel silvestres homines. Ysidorus autem Ethimologiarum viii g (11,103-4), sic ait, «Pilosi qui grece Panite, latine Incubi appellantur sive Inuii ab ineundo passim cum animalibus. Unde et Incubi dicuntur ab incubando, hoc est stuprando. Sepe enim improbi existunt etiam mulieribus et earum peragunt concubitum, quos demones Galli Dusios nuncupant quia assidue hanc immunditiam peragunt. Quem autem vulgo Incubonem vocant, hunc Romani Fannum ficarium dicunt». Item Papias Pilosi a Grecis Panites, a Latinis vero Incubi vocantur, quorum forma ab humana effigie incipit sed bestiali extremitate terminatur.

PINCERNA dicitur vini dispensator vel potius propinator, qui porrigit ex officio poculum domino suo. Unde Ieronimus in glosa super Genesis xl a (1) «pincernam pro quo nos posuimus principem vinariorum in hebreo scriptum habet masech ... quem nos possumus more vulgato vocare pincernam; nec vile putetur officium, cum apud reges barbaros usque hodie maxime dignitatis sit regi poculum porrexisse».

16 dicit] dicitur A

PILUS 1 pilus autem B; pelus] pellis C; *add. in marg.* D: a pilus hic pilax pilacis catus murilegus quia pilis maxime habundet vel quia eius pilus est pretiosus unde in vita beati sansonis legitur quod celerarius fecit venenum et probavit per pilacem esse mortiferum

PILOSI 2 incubonos C 3 lxx] septuaginta scilicet interpretes sacre scripture B 5 latini B 8 disios C 9 nuncupantur C; quem] quod D 10 faminum B 11 dicunt] vocant B

In marg. fol. 133 *add.* D: pin grece latine altum unde pinna a pinna dicitur pinnosus pinnosa pinnosum id est altus et superbus unde pinnositas id est altitudo vel superbia

PINCERNA 1 vel potius] sive C 2-3 Ieronimus] *cf. Lib. Heb. Quaest. PL* 23, 997 3 xl] xv D 5 posuimus ABD 6 barones A

Et dicitur pincerna quasi penus cernens, id est cellarium, quia semper habet oculum ad vinum suo tempore propinandum. Vide supra ubi exponitur penuria et invenies satis de penu.

PINNACULUM, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Pin), dicitur «cuiuslibet domus fastigium». Et dicitur a pinna. Est autem pinna «summitas cuiuslibet rei sed proprie templorum et murorum. Unde etiam pinna dicitur quod supereminet in dorso piscis. Unde hec pinnula diminutivum», scilicet illud quod supereminet in dorso piscis. Non ergo pennula, sicut quidam male legunt, sed pinnula in Levitico (11,9) dicitur illud per quod piscis in altum levatur. Unde scribitur in Aurora (*Lv.* 609-10),

Lex iubet ut pisces quos tollit pinnula, munit
Squamula, pro gustu sumat hebrea tribus.

Et sequitur ibidem (613-14),

Pinnati pisces, quos pinna levat super undas,
Ille sunt anime que cor ad alta levant.

Item Ysidorus Ethimologiarum xi (1,46) dicit quod «pinnula est summa pars auris, ab acumine dicta. Pinnum enim antiqui acutum dicebant, unde et bipennis et pinna».

PIRA est que in modum are ex lignis construi solet ut ardeat. Pir enim ignis dicitur, sed pira est ipsa lignorum strues, id est congeries, cum ardet. Rogus est cum ardere ceperit, bustum vero iam exustum vocatur. Ita dicit Papias. Secundum Huguitionem (*s. v.* Pir) pira est rogus, scilicet «congeries lignorum in igne, sed rogus est dum non accensus est, pira ex quo ardet, bustum cum arserit». Idem in alio loco (*s.v.*

8 penu B 9 ad vinum *om.* D
PINNACULUM 4 superminet D 5-6 unde . . . piscis *om.* C 5 scilicet] secundum D; illud] id B 6 non est ergo C 6 pennula] pimula A, pinnula D 8 unde et B 10 piscis C 13 quosquos A 14 corda C
PIRA 1 in modum are] immoderate B 3 est *alterum om.* C 4 adustum B 5 huguitionem autem B; scilicet] id est B

Rogo) rogus est «ignis pro mortuo, sed proprie rogus est compositio lignorum, pira quando corpus crematur, . . . sepulchrum ubi ossa conduntur, tumulus congestio terre . . . qui et sine ossibus potest esse, monumentum vero cuiuslibet rei memoria que movet mentem». Pira corripit primam sillabam. Unde Ovidius Methamorphoseon ix c (230-1),

> Arboribus cesis quas ardua gesserat Oete
> Inque piram structis etc.

Idem xiiii a (78-81),

> Excipit Enean illic animoque domoque
> Non bene discidium Frigii latura mariti
> Sidonis inque pira sacri sub imagine facta
> Incubuit ferro deceptaque decipit omnes.

PIRAMIS dicitur quedam alta structura et quadrata que fiebat antiquitus super sepulchrum mortuorum. Tali autem edificio consurgit ut a lato incipiat et in angusto finiatur, sicut ignis. Unde dicitur a pir, quod est ignis, et idos, quod est forma, quasi habens formam ignis. Et declinatur hec piramis, huius dis. Lucanus viii g (696-7),

> Cum Ptolomeorum manes serieque pudenda
> Piramides claudant etc.

PISCIS quasi pascis a pascendo dicitur eo quod sit pastus hominis.

PISCINA appellatur «aqua collecta non habens pisces. Unde piscina dicitur quasi piscibus plena per contrarium». Hoc habetur ex Historiis (1579) et ex Papia.

PISTICUS, ca, cum dicitur fidelis. Unde nardum pisticum dicitur fidele, id est purum et non adulteratum ammixtione aliarum rerum. Vide supra ubi exponitur nardus.

8 sed *om.* B 11 esse] dici A 17 Eneam CD; illuc C 18 dissidium B; frugii C; lacina D 19 sindonis B

PIRAMIS 2 sepulchra B 5 formam] forma A 7 prolomeorum A; que] quia D

PISCINA 2 piscibus] piscina C

PISTOR dicitur ille qui facit panem, a pinso, sis, sui, pistum, tu, quod est panem facere, pastam deducere et terere. Unde pasto, tas frequentativum et pistrio, pistris, pistrivi, pistrire, id est panem facere vel pastam deducere. Et hic pistrio idem quod pistor, et hec pistrix, cis que facit panem, et pistorius, a, um ad pistorem pertinens et hoc pistrinum locus in quo pistritur.

PIX «grecum nomen est quam illi pissa vocant. Alii volunt ex pino picem vocari». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,72).

PHARISEI fuerunt quidam Iudeorum heretici dicti a phares, quod est divisio. Unde Ysidorus Ethimologiarum viii (4,3), «Pharisei ex hebreo in latinum interpretantur divisi eo quod traditionum et observationum, quas Iudei deutereses vocant, iustitiam preferant. Unde et divisi vocantur a populo quasi per iustitiam». Deutheresis interpretatur nova divisio a deuteron, quod est novum, et heresis, quod est divisio. Deuteresis autem, id est novitas, simplex dictio est et dicitur a deuteron, quod est novum. Item dicitur in Historiis (1552-4) super Evangelia quod «erant in Iudea tres secte Iudeorum a communi reliquorum vita et opinione distantes, Pharisei scilicet, Saducei, Essei. Pharisei cultu austero et victu perpauco utebantur, traditiones suas statuentes, quibus traditiones Moysi determinabant. Pictacia cartarum in fronte gerebant et in sinistro brachio circumligata, quibus decalogus inscriptus erat quia dixerat dominus 'hoc habebis quasi quid appensum inter oculos tuos et in

PISTOR 1 sui sere BC 2 et terere *om.* B; unde] et inde B 3 pistrui B 4 pistrio onis A 5 pistrix] pistris D; huius cis A; cis mulier que B; pistorius] pistrius C

PIX 1 pissana D

PHARISEI 4 contradictionum D; deutherenses C 6-9 Deutheresis ... novum *in marg.* D, *om.* B 6 deutherensis C 9 dicitur *alterum om.* B 12 saducei et essei B; cultu] cum C 13-14 suas ... traditiones *om.* B 14 pitacia D 17 hoc habebis] hec hebreis B

manu tua', et hec dicebantur philacteria a philaxe, quod est servare, et thorat, quod sonat legem. Isti etiam maiores fimbrias aliis, ferentes spinas, eis alligabant, quibus puncti in deambulatione memores mandatorum dei fierent. Hii universa deo deputabant et marmene, id est fato, agere quidem que iusta sunt vel negligere, nec in arbitrio hominum plurimum esse dicunt. Tamen in singulis iuvare marmenen, quam ex motibus superiorum fieri putant. Prepositis suis et natu maioribus numquam contrarium respondebant. Iudicium dei futurum dicentes animam omnem incorruptam esse, solas bonorum animas in alia transire corpora usque ad resurrectionem et iudicium, malorum autem eternis retrudi carceribus. Et quia a communi hominum habita erant divisi, ideo Pharisei dicebantur. Saducei marmenen negant, deum inspectorem omnium dicentes et in arbitrio hominum esse ut vel bonum vel malum gerant. Animarum generaliter vel supplicia negabant vel honores, nam et resurrectionem futuram negabant. Animas mori cum corporibus putantes nec angelos esse dicebant. Solos v libros Moysi recipiebant hiisque contenti erant. Hii severi nimis erant nec etiam inter se sociales, ob quam severitatem Saduceos, id est iustos se nominabant. Essei vero in omnibus monasticam agebant vitam, nuptias fastidientes, non quia coniugia et hominum successionem censerent puniendam sed cavendam intemperantiam feminarum, nullam earum fidem viro servare putantes. Omnia habebant communia, pro probro oleum ducentes. Squalorem decus putabant dummodo in veste candida semper essent. Nulla eis certa civitas, sed in singulis domicilia habebant. Ante solis ortum nichil prophanum loquentes, solem ut oriatur orantes, post usque ad sextam horam operantes, loti corpus aquis, simul et cum silentio

18 philasteria C; phalaxe ACD 19 thorax ABD 22 marmenen ABD 23 nec *om.* C 24 esse *om.* C; marmenei D 25 postpositis A 27 omnem] communem A 29 eternis *om.* B 32 inspectores B 34 vel *primum*] secundum B 37 hiisque] hiis ACD; hii . . . erant *om.* CD 38 sociales erant ob B 39 vero] fere C 42 nullamque B 43-44 dicentes A 46-47 loquentes *om.* C 47 sectam D

edebant. Iuramentum habebant pro periurio, secte sue neminem adhibentes nisi sub anni probatione. Recepto aliquo secum post annum, duobus aliis annis mores eius probabant. Deprehensum in peccatis a se pellebant ut herbas more pecudis decerpens usque ad obitum peniteret. Cum decem simul sederent nullus novem invitis loquebatur. Spuere in mediam vel in dextram partem sui vitantes adeo sabbatum observabant quod nec in eadem die alvum purgabant. Dolabrum ferebant ligneum quo in loco secretissimo fodiebant terram ad alvum purgandam, demissa veste se diligenter contegentes ne splendori divino facerent iniuriam, ob id etiam statim foveam reimplentes. Vivebant quam longissime ob victus simplicitatem. Mortem pro iustitia immortalitate iudicabant meliorem. Animas omnes a principio creatas pro temporibus incorporari, bonas exutas a corpore ultra oceanum degere, ubi sit eis reposita perfruitio, ad orientem malis procellas et hiberna loca delegantes. Erant in eis qui futura predicerent. Quidam coniugibus, sed moderate, utebantur. Nam si omnino abstinendum arbitrarentur, genus humanum deficeret».

PHASE expositum est supra ubi exponitur neomenia.

PHIALA secundum Papiam et Ysidorum incipit ab f littera et non a ph et ideo exponitur supra inter dictiones incipientes ab f.

PHILACTERIUM dicitur membranula vel brevitellus in quo scripta erat lex et conservabatur. Et huiusmodi philacteria Pharisei deferebant ante pectus vel ante frontem ut sic religiosi viderentur. Et dicitur philacterium a philaxe, quod est servare et thorat, quod est lex. Vide supra ubi exponitur Pharisei.

53 pertineret C 55 dexteram B 62 a] in C 64 ubi] ut B; fit A; perfuitio D 65 procelosa C 66 sed] se D
PHIALA 3 f littera B
PHILACTERIUM 5 thorax B

PHILOSOPHIA interpretatur amor sapientie. Et secundum Ysidorum (II, 24,1) diffinitur sic, «Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio cum studio bene vivendi coniuncta». Idem (II, 24,9), «Philosophia est ars artium et disciplina disciplinarum». Alii dicunt sic (*ibid.*), «Philosophia est divinarum humanarumque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis scientia».

PHILOSOPHUS interpretatur amator sapientie. Et componitur a philos, quod est amor, et sophia, quod est sapientia, quem diffinit Ysidorus in viii (6,1) Ethimologiarum dicens, «Philosophus est qui divinarum et humanarum scientiam habet et omnem bene vivendi tramitem tenet».

PHITON, onis incantator vel divinator dicitur. Et hec phitonissa incantatrix vel divinatrix. Et dicuntur Phitones, sicut dicit Papias, a Phitio Apolline eo quod is auctor fuit divinandi. Phitius autem Apollo dicitur a phitone, immense molis serpente cuius non magis venena quam magnitudo terrebat. Hunc Apollo, sagittarum ictibus sternens, nominis quoque spolia reportavit ut Phitius vocaretur. Unde et ad hoc insignis victorie sacra celebranda constituit que Phitia vel Phitea appellavit. Unde Ovidius in primo Methamorphoseon (445-7),

Neve operis famam possit delere vetustas
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Phitea perdomite serpentis nomine dictos.

Et a Phitone dicitur phitonicus, ca, cum. Item super illud i Regum xxviii b (7), «Querite mihi mulierem habentem phitonem», dicitur in Historiis (1320), «phitonem quidam tradunt artem suscitandi mortuos quam Phitius adinvenit

PHILOSOPHIA 5 sic] quod B
PHILOSOPHUS 1 amator] amor C, interpretator D 4 qui] quidam D; humanarum rerum CD 5 et *om.* D
PHITON 3 dicit] ait C; Phitio] phiton B 7 portavit C 8 insignis in victorie A 13 ductos C

quasi diceret 'Querite mihi mulierem peritam illius artis'. Quod congruit hebreo in quo legitur mulierem baladoph, balad enim interpretatur domina, oph est nomen artis illius». Vide supra ubi exponitur ariolus et ibi invenies species divinationum.

PHITONICUS spiritus dicitur divinatorius vel spiritus divinationis.

PLACET, id est placitum est, impersonale est, ut ait Huguitio (*s. v.* Placo). Et dicitur a placeo, ces. Unde et placidus, da, dum, id est mitis, mansuetus quasi placori datus. Et placitus, ta, tum quod placet et placuit et hoc placitum dicitur a placendo quia nemini placet, scilicet pro lite. Unde placito, tas et placitor, placitaris, id est litigare. Invenitur etiam placitum pro placentia vel condictio. Item a placeo hec placenta, te, id est libum eo quod placeat. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (2,17-18), «Placente sunt que fiunt de farre. Que alii liba dicunt eo quod libeant et placeant. Dulcia sunt genera pistorii operis, a sapore dicta, melle enim asperso sumuntur». Ita dicit Ysidorus. Unde quidam,

Dant oleum, simila, mel, pinguedoque placentas.

Item a placeo hic placor, coris, id est tranquillitas, mitigatio, placentia. Ecclesiastici iiii c (13), «complectentur placorem eius», id est placebunt ei vel eius placitum consequentur.

PLAGA, id est vulnus, vibex, nomen est prime impositionis, ut dicit Ysidorus in v (27,14) Ethimologiarum, sed secundum ethimologiam plaga dicitur quasi flaga quia cum quodam flatu et strepitu et flagris plage corpori imprimuntur. Et nota quod plaga quandoque dicitur «circulus vel pars

PLACET 3 quasi placori datus *om.* B 7 conditio C 12 aspero C 13 quidam dicunt C 14 similam B 15 transquillitas CD 16 complectuntur B 17 ei *om.* C; eius *om.* C; consequuntur ACD

PLAGA 2-3 sed secundum ethimologiam *om.* A 3-4 quodam *om.* C 4 imponuntur vel imprimuntur A 5 dicitur *om.* A; vel media pars A

celi, eadem et clima, et simpliciter pro patria vel vico aliquo accipitur». Ita dicit Huguitio. Item plaga dicitur «rete vel potius funis retis. Proprie quidem plage sunt funes illi quibus retia tenduntur circa infimam et summam partem . . . Ovidius Methamorphoseon ii e (499),

Nexilibusque plagis silvas Erimantidos ambit.»

Idem in vii versus finem (767-8),

Illa levi velox superabat retia saltu
Summaque transibat positarum lina plagarum.

Grecismus (x, 74-5) ita dicit,

Vulnera sunt plage, regio plaga, sit plaga rete;
Primum producas, cetera corripias.

Item a plaga pro vulnere dicitur hic plagiarius qui quascumque plagas aliis infert. Et nota quod secundum Papiam plagiator et plagiarius in eodem sensu dicuntur, scilicet venditor hominum vel seductor vel deceptor, scilicet qui seducit servos alienos et pueros, vel mancipiorum vel pecorum alienorum distractor. Et dicitur plagiator a plagio, id est obliquo, quia non recta via graditur sed pelliciendo dolis. Plagius enim plagia, plagium dicitur obliquum a plaga quia plage faciunt hominem obliquari. Plagius etiam dicitur qui facit vel curat plagam quasi plagas agens.

PLANGO, gis, planxi, gere, planctum, tu est cum lacrimis pectus aut faciem tundere. Vide supra ubi exponitur lugeo. Ibi invenies versus differentiales. Unde hic planctus, id est tunsio pectoris aut faciei cum lacrimarum effusione.

6 eadem *om.* D 8 funis] finis C 13 superaddat B 14 lima A 16 plaga *primum*] plage ABC; sit] vel B, sed C 19 secundum *om.* C 22 et] vel B 24 sed] scilicet C; dolum A 27 plagas] plagam C
In marg. fol. 135^{v} *add.* D: planos grece latine dicitur error vel vagatio unde hic planete et hic planunta te planeta id est errans planunta id est errorem incutiens dicuntur ergo planete quedam stelle id est errantes quia singulis diebus movent ortum et occasum suum hec dicuntur planunte id est errorem incutientes quia sic variando ortum et occasum suum hominibus incutiunt errorem et faciunt

PLANTA quasi plana dicitur pars pedis humani inferior. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,113), «Plante a planitie nuncupate quia non rotunde, ut in quadrupedibus, ne stare non possit bipes homo, sed plane atque longiores formate sunt ut stabile corpus efficerent. Sunt autem plante anteriores partes que etiam de multis ossibus constant. Calx prima pars plante et a calco nomen illi impositum quod terram calcamus; hinc et calcaneus. Solum inferior pars pedis, dicta quia eo terre vestigia imprimimus». Vide infra ubi exponitur solum. Item planta, sicut ait Huguitio (*s. v.* Platos), «dicitur olus quod plantatur et ramus arboris qui inseritur». Ysidorus vero dicit in xvii (6,12) quod «plante sunt de arboribus; plantaria vero ex seminibus nata sunt cum radicibus et a terra propria transferuntur».

PLASTES, id est formator vel figulus, dicitur a plasmo, mas, quod est formare. Et dicunt quod plasmare derivatur a plasmo grece, quod est formare latine. Et inde hoc plasma, tis, scilicet factura, formatura, quod est formatum vel forma, et aliquando ponitur pro quodam electuario quod format vocem. Unde in principio Persii (1,17-18) dicitur,

> Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur
> Mobile coluerit etc.

Et nota quod secundum Ieronimum (*Com. in Zach. PL* 25,

eos errare unde secundum quosdam non debent dici planete id est errantes sed planunte errorem incutientes planete enim non errant immo eundem motum et eandem movendi legem habent nunc quam ab initio sue conditionis habuerunt sed errare videntur mortalibus cum ita varient ortus et occasus per diversa loca unde potius debent dici planunte id est errare facientes quam planete id est errantes non enim ipsi errant sed nos circa eorum motus faciunt errare item planeta dicitur phebus erratica et planeta dicitur vestis quedam laxa circa horas quia hiis errantibus vagatur planeta pro stella masculini generis in aliis significationibus femini

PLANTA 1 humani *om.* C 4 non *om.* B 7 et *om.* D 8 pedis *om.* C 10 item] ita D 11 quod] quia D

PLASTES 4 scilicet] id est D; formatura] formatur C 6 in *om.* A 8 colluit A

1578) declinatur hic plastes, huius plaste. Unde Isaie xliiii (9), «Plaste idoli omnes nichil sunt». Huguitio (*s.v.* Plasma) autem dicit hic plastes, huius plastis et hoc videtur habere ex Prisciano (VI, 59).

PLATANUS arbor quedam est «a latitudine foliorum dicta vel quia ipsa arbor patula sit et ampla, nam platos Greci latum vocant. Expressit autem scriptura huius arboris nomen et formam dicens (*Ecli.* 24,19) 'quasi platanus exaltata sum . . . in plateis'. Est autem tenerrimis foliis ac mollibus et vitium similibus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,37).

PLATEA dicitur lata via et spatiosa et dicitur a platos, quod est latum, cuius accentus patet per versum illum,

Ut placet, est platea seu platea sive platea.

Communiter tamen in prosa producitur media.

PLAUDO, dis, plausi, dere, sum, plausu, id est manus repercutere, manus ex letitia claudere et simul iungere, manibus sonum facere, gaudere. Et ponitur sepe pro percutere vel iungere. Unde hic plausus dicitur manuum repercussio, exultatio manuum.

PLEBS dicitur populus ignobilis sive vulgus. Et dicitur plebs a pluralitate quia plures sunt ignobiles quam nobiles. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (4,6) sed per alia verba.

PLECTA, te, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Plecto), dicitur «quilibet nexus ex virgulis vel papiro vel carecto factus» ubi crescunt canne, «unde cophinos faciebant. Unde hec plectula

10 Isaie] ysidori ethimologiarum D 12 hic *om.* C; huius *om.* BC
PLATANUS 2 quia] quod BC 5 tenerrima B; ac] et B 6 vitium] nucibus B
PLATEA 1 et spatiosa *om.* D 2 illum] hunc BC 3 sive] seu A 4 tamen] autem C
PLAUDO 4 hic *om.* C
PLEBS 2 quam nobiles *om.* B
PLECTA 1 huius te AD; dicitur] est B 2 ubi] unde C 3 canne *om.* A

diminutivum». Et dicitur plecta a «plecto, tis, plexi, tere, plexum, quod est punire, verberare, flectere vel ex virgis aliquid componere». Et secundum Huguitionem duplex habet preteritum, scilicet plexui vel plexi. Sed hoc non habet a Prisciano (x, 47) qui ait, «flecto facit flexi et plecto plexi antique . . . Nunc enim plector et amplector dicimus. Sed plector passivum esse Terentius ostendit in Formione (220),

Ego plectar pendens.»

Item in Doctrinali (895-6) scribitur,

Ante to c veniens in xi to mutat et in xum
Datque xui pecto pariter xi, sic quoque necto.

Ista duo tamen secundum Priscianum (VII, 29) faciunt preteritum in xi vel in xui. Glosa iii Regum vii e (29) sic exponit, «Tabule ex quibus bases facte sunt quadrate fuerunt, in quibus rotunde erant formule que coronule sive plecte appellabantur». Erant circuli quidam.

PLECTENS participium est descendens a plecto, tis. Vide supra proximo. Unde Iohannis xix a (2), «plectentes coronam», id est inflectendo vel connectendo facientes. «Illas spinas», sicut dicitur in Historiis (1628), «asserunt marinos iuncos fuisse, quorum acies non minus spina dura est et penetrativa. Unde poeta (*Ovid.*, *Met.* IV, 299),

et acuta cuspide iunci.

Credibile autem est aculeos corone cruorem de capite extraxisse. Etiam flagellis cuor dorsi extractus est et sanguineus sudor omnes partes corporis tinxit, ut non tantum manus et pedes et latus dicamus aspersa sanguine sed tota veste tinctum ascendisse de Bosra». Item super illud Luce xxii d (44),

5 flectere] plectere B 7 vel] et C 8 flecto] plecto B; flexi] plexi B 9 enim] autem B 10 foremone A 14 xui] sui AB 15-16 preteritum *om.* C 16 vel] et C 18 erant] fuerunt B

PLECTENS 2 xix] ix C 2-3 coronam de spinis C 3 vel] et B 4 dicitur] dicit A, *om.* D 6 unde et B 9 etiam] et BC 11 dicamus fuisse conspersa B 12 d *om.* C

«factus est sudor eius quasi gutte sanguinis» etc. dicitur in Historiis (1623), «Prima effusio sanguinis Christi in circumcisione, secunda in sudore, tertia in flagellatione, quarta in crucifixione, quinta in mortui lanceatione: prima in exemplum ut circumcidamus membra nostra, secunda in signum quod sanguine suo irrigaret terram et fecundaret, tertia et quarta ad remedium, quinta ad sacramentum. Inde est quod officium misse quinquepartitum est . . . Sed quia in sola cruce etiam fuit quinaria effusio sanguinis, ideo et solus canon subdividitur in quinque partes. Prima est usque 'qui pridie', secunda usque ad 'memento', tertia usque ad 'preceptis', quarta usque ad embolismum».

PLIAS, adis quoddam signum est. Et dicitur a polis, quod est pluralitas, quia plures stelle sunt in ipso, scilicet septem. Sed non apparent nisi sex. Vide supra ubi exponitur arturus cum aliis signis.

PLUMA «quasi piluma» dicitur a pilus, pili, «nam sicut pili in quadrupedum corpore ita pluma in avibus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,8). Item in Historiis (1175) super Exodum dicitur quod «pluma lingua quadam dicitur acus». Et inde dicitur hic plumarius, id est operarius qui operatur cum pluma, id est cum acu, et inde plumarius, ria, rium dicitur opus acu pictum.

PLUMBUM a pila dicitur. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (22,1), «Plumbum dictum est eo quod ex eo primum pilis factis maris altitudo temptata est. Huius duo genera sunt, nigrum et candidum, sed melius est candidum», et subdit, «Inveniuntur in aurariis metallis aqua missa calculi nigri et graves, et dum aurum colligitur cum eo remanent,

13 etc et B 14 sanguis A 16 lance actione D; prima est A 21 etiam *om.* C 22 prima est *om.* C
PLUMA 6 id est] scilicet B 7 punctum B
PLUMBUM 1 dicit *om.* C 4 est *om.* CD 5 inveniuntur et in variïs C 6 gravies C

postea resoluti conflantur et in plumbum album resolvuntur. Inde et eadem gravitas plumbi que auri est». Et sequitur (22,2) quod plumbi «origo duplex est, aut enim ex sola vena procedit aut cum argento nascitur mixtisque venis conflatur. Huius primus in fornacibus liquor stannum est, secundus argentum, quod remanet, superaddita vena rursusque conflata, fit nigrum plumbum» etc.

PLUVIA supra exponitur ubi exponitur imber.

POCULUM «a potando nominatum est. Est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (5,1). Poculum autem et potio differunt quia poculum dicitur vas, potio autem quod in calice est. Poculum etiam quandoque invenitur pro potu.

PODERIS est sacerdotalis linea, corpori penitus astricta, eadem que talaris; unde et poderis appellatur. Hec subucula dicitur, descendens usque ad pedes; unde et nuncupata, podas enim grece pedes vocant, quam vulgo camisiam vocant. Ita dicit Papias. Vide supra aliam expositionem ubi exponitur ephoth. Nota quod Greci dicunt pos, podos, quod nos dicimus pes, pedis. Unde poderis dicitur quasi pedibus herens.

POETA dicitur fictor, inventor et proprie carminis. Et dicitur a poio, pois, quod est fingo, gis. Unde hec poetissa, uxor poete vel que fingit. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum viii (7,3), «poete latine vates» dicuntur. Vide infra ubi exponitur vaticinari.

10 vena] vera A 11 liquor] loquor C 12 quod] quid AD

POCULUM 1 est *primum om.* B 5 invenitur] ponitur C

PODERIS 1 sacerdotalis tunica lignea B 4 podas] podos C 5 ita dicit Papias *om.* D

POETA 2 poio . . . gis] *in marg. supra iteravit* D: poio pois poivi poitum id est fingo fingis fingere; hec *om.* C 4 dicuntur] sunt C

POLENTA multas habet significationes. Dicit enim Magister in Historiis (1263) super illud Iosue v (11), «comederunt azimos panes et polentam eiusdem anni», «est autem polenta grana tosta et manibus confricata ad modum grani pilo tunsi. Unde dicitur polenta quasi pilenta. Quidam tamen tradunt polentam esse pultes de purgatissima farina factas, et dictam polentam a polline, quod est purgatissima farina». Hoc pollen, pollinis secundum Huguitionem (*s. v.* Polleo) dicitur «tenuis flos farine vel illa tenuissima farina que volat in molendino a mola, . . . et inde hec polenta, polente genus leguminis vel farina subtilis de fabis vel de tritico vel de ordeo, et quidam cibus inde factus dicitur polenta». Unde Ovidius Methamorphoseon v f (449-50),

> Prodit anus divamque videt limphamque roganti
> Dulce dedit, testa quod coxerat ante polenta.

Item Persius (3,55),

> Invigilat, siliquis et grandi pasta polenta,

id est farina mixta aqua. Priscianus (VI, 66) ita dicit, «hec pollis, huius pollinis, sic Carisius declinavit. Probus tamen et Cesar hoc pollen, huius pollinis declinaverunt». «Amolum flos farine, tenuissimum, pro levitate de mola egestum. Unde et appellatum quasi a mola. Simila. Pollines». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (2,19).

POLIANDRUM dicitur a polis, quod est pluralitas, et andros, quod est vir, et secundum hoc proprie dicitur cimiterium propter multitudinem hominum ibi sepultorum. Vel componitur poliandrum a polio, polis et antrum et tunc dicitur poliandrum tumulus terre vel sepulchrum vel cimiterium,

POLENTA 1 enim *om.* D 8 hoc] hec C; huius pollinis D; pollinis dicitur secundum C 9 que volat] quam vocat B 12 et . . . polenta *om.* C 18-23 Priscianus . . . Eth. xx *in marg.* D, *om.* B 18 hic hec C 19 carsius C 20 hoc] hec C 20-21 amola A 21 egestum] eiectum C 22 simillima AD

POLIANDRUM 2 est *om.* D 5-6 cimiterium propter multitudinem iam dictam et dicitur B

et dicitur sic quasi politum antrum quia sepulchra mortuorum poliuntur. Ista expositio ex abundanti ponitur hic.

POLICTORES, sicut dicit Papias, «humatores sunt ossium sive cadaverum sepultores». Et est nomen compositum a polis, quod est pluralitas, et lictor, quasi plurium lictores. Vide supra ubi exponitur lictor.

POLIENDUS, da, dum plures habet significationes, sicut et verbum a quo descendit, scilicet polio, polis, polii vel polivi, polire, quod est «sculpere vel planare vel ordinare». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Polio). Unde politus, ta, tum.

POLIMITUS, ta, tum, id est plurium guttarum vel colorum, dicitur a polis, quod est pluralitas, et mitos, quod est gutta quasi pluribus guttis vel coloribus tinctum. Unde polimita dicitur vestis pluribus coloribus tincta. Versus (*Brito Metricus* 1239-42),

Est, mihi crede, mitos filum, sed fabula mitos;
De mitos examitum, de mitos mitologia;
Sed tamen evita ne te fallat calamita,
Nam mitos guttam sonat, hinc vestis polimita.

Unde polimitarius, ria, rium a variis coloribus distinctum. Unde opus polimitarium dicitur diversis coloribus vel picturis distinctum. Et hic polimitarius qui cum acu vel manu pingit. Ieronimus (*Lib. Heb. Quaest. in Gen.*, *PL* 23,944-5) dicit in glosa Genesis xxxvii a (3), «Pro tunica varia Aquila interpretatus est astrologon, id est talarem, Simachus manicatam sive quod ad talos usque descenderet, vel manibus artificis mira varietate distinctam sive quod haberet manicas.

POLICTORES 1 politores B; polinctores ezechielis xxxix sicut C 2-3 sepultores videlicet qui funem morientium curant dicti quasi pollictorum unatores a polingo gis linxi vel est nomen C
POLIENDUS 2 polii] polui B
POLIMITUS 3 coloribus *om.* C 10 unde] item a polimita C; a] id est BC 13 Ieronimus] ideo B 14 dicitur B; glosa super gen C 15 astrologon] astragaleion *Hier.* 16 descenderit AD 17 distincta BD, disticta A

Antiqui enim magis colobiis, id est vestibus sine manicis utebantur». Mitologia est fabulosa locutio vel fabularum narratio. Calamita dicitur rana morans in calamis, plures guttas vel colores habens. Item calamita dicitur quidam lapis qui attrahit ferrum, sicut adamas.

POLLEX, licis dicitur grossior digitus qui inter ceteros pollet virtute et potestate. Et dicitur a polleo, les, quod est resplendere, florere, valere, excellere.

POLLICEOR, ceris, pollicitus sum, ceri dicitur spondere, promittere. Et, sicut dicit Papias, promittimus rogati, pollicemur ultro. Item promittimus verbo, pollicemur scriptura. Et componitur polliceor a post et liceor, ceris. Nota quod liceo, ces, cui, cere dicitur licitum esse. Unde Paulus (*I Cor.* 6,12), «Omnia michi licent». Sed raro invenitur personale in ista significatione sed dicitur licet, licuit, licebat, verbum defectivum. Item liceo, lices verbum est activum contrarias habens significationes, in voce enim activa significat passionem ab alio illatam, scilicet appretiari, in passivo vero significat actionem, scilicet appretiare, et construitur cum genitivo vel cum ablativo significante pretium, ut «liceo a te tribus obolis vel trium obolorum» et similiter «liceor te oboli vel obolo». Unde Persius (5,191),

Et centum Grecos curto centusse licetur.

Centussis dicitur pretium centum assium vel centum asses et componitur a centum et as, assis. Est autem as pondus constans ex xii unciis et ponitur pro obolo. Item Grecismus (XVI, 29),

Non licet asse mihi qui me non asse licetur.

19 nota mitologia B 19-22 mitologia ... adamas *post* polimita (*v.* 9) C, *in marg.* D 19 est] dicitur BC 20 enarratio C; nota etiam quod calamita B; in calamis] inter calamos B

POLLICEOR 2 et *om.* C 4 polliceor ceris B 5 licitum dicitur licitum A; gloriosus dei apostolus paulus B 7 licet *om.* A 8 item ... activum *om.* C 9 vocem A 12 liceor a te C 16-18 centussis ... obolo *in marg.* D, *om.* B

Item a polliceor dicitur pollicitor, taris verbum frequentativum, scilicet frequenter polliceri vel promittere. Unde hec pollicitatio, id est frequens promissio.

POMARIUM est locus «ubi poma ponuntur», pometum «ubi poma nascuntur», «pomerium locus proximus muri». Ita dicit Papias. Et nota quod hec pomus dicitur arbor, hoc pomum fructus. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,22), poma generaliter dicuntur fructus cum cortice molliore sicut nuces dicuntur fructus cum cortice duriore.

POMPATICE, id est superbe vel pompose a pompa. Est autem pompa idem quod laus, magnificentia, gloria, processio que solet fieri victoribus in triumpho vel obsequium funeris. Et pompe dicuntur ludorum imagines. Istas significationes partim habes ex Papia, partim ab Ysidori Ethimologiarum xviii (2,2), et dicit ibidem Ysidorus quod «dicitur pompa a pompen grece, quod est publice ostentari».

PONDO indeclinabile, neutri generis, idem est quod pondus et dicitur a pendendo eo quod in statera pendeat. Unde et pensum dicitur. Pondus dicitur honus vel gravitas vel quod trutinatur et mensuratur. Et similiter dicitur a pendeo, des «eo quod libratum in statera pendeat. Abusive autem pondus libra una est. Unde etiam dispondius dictus est quasi duo pondera». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,3).

POPULUS est humane multitudinis cetus qui consensu et concordia sociatur. Vel populus est collectio tantum nobilium civitatis, sed plebs est collectio tantum ignobilium. Et dicitur populus a polis, quod est civitas. Item populus est

POMARIUM 1 locus *om.* CD; ubi] in quo B 2 proximus muri] iuxta muros dictum quasi post murum C 4 sicut dicit *om.* B; sicut] sic AD 5 fructus *om.* D

POMPATICE 5 habens CD 6 et *om.* B 7 pompen] pompan B

PONDO 2 pendendo] pendo D 3 pondus dicitur *om.* D; pondus] spondus C 5 pendeat] penderat A; abusive autem *om.* B 6 est *primum om.* A; etiam dispondius *om.* B; dispondus C

POPULUS 2 vel] item B, unde C 3 tantum *om.* C

quedam arbor dicta a polis, quod est pluralitas, eo quod ex eius radice multitudo nascatur. Versus differentialis (*Grec.* XII, 13),

Populus est arbor, populus collectio gentis.

Nota differentiam populi, plebis et vulgi. Nam populus, ut dictum est, est collectio nobilium civitatis, plebs ignobilium. Unde et a pluralitate dicitur quia plures sunt ignobiles quam nobiles. Vel dicitur a pleo, ples, quod non est in usu, quia plebs replet. «Vulgus autem dicitur passim inhabitans multitudo, et dicitur a volendo quia unusquisque facit quod vult». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (4,6).

PORCUS dicitur quasi puro carens vel quasi purus per contrarium vel quasi puri vel puritatis custos similiter per contrarium. Vel secundum Ysidorum porcus dicitur «quasi spurcus», id est immundus. «Ingurgitat enim se ceno, immergit luto, illidit limo». Ita dicitur in xii (1,25) Ethimologiarum. Supra, ubi exponitur lutum, invenies differentiam inter limum, cenum et lutum.

PORPHIRIO pro quo lxx interpretes pellicanum transtulerunt avis quedam est que in lege comedi prohibetur. De qua scribitur in Aurora (*Lv.* 719-20),

Porphirio morsu bibit, omne gurgite victum
Tingit et ad rostrum fert alimenta pede etc.

PORRO idem est quod «certe vel valde vel longe vel sed, et secundum hoc non dirivatur». Item porro idem est quod consequenter, et secundum hoc dirivatur a porrum, porri. Porri enim consequenter «plantantur, unum post aliud. Et

6 multitudo talium arborum frequenter nascatur B; nascitur D 8 *Post* gentis *versum alterum add.* B: arbor popellus non grandis turba popellus 11 et *om.* D 13 autem] etiam D; dicitur *om.* C 14 volando D

PORCUS 1 carens vel quasi pene orcus id est infernus vel B 4 inurgitat C 7 et *om.* AD

PORPHIRIO 4 turtum D

PORRO 2 hoc *om.* C 4 unum scilicet post B

ideo a porro nomine dicitur porro adverbium ordinis, id est consequenter». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rego).

PORRUM, porri in singulari, sed porri, rorum pluraliter declinatur, et est etheroclitum in genere. Unde in Doctrinali (377) scribitur,

Dat rastrum rastros porrumque facit tibi porros.

Dicunt tamen aliqui quod declinatur in plurali porri vel porra sed in nullo sollempni auctore me recolo legisse porra. Macer De viribus herbarum (509-547) dicit quod Ypocras in multis medicaminibus utebatur porro. Unde dicit,

Illius succum solum dedit ille bibendum 509
Egrotis qui reiciunt spumantque cruorem. 510
Reddit fecundas mansum persepe puellas. 519
Cum vino porrum datur hiis quos leserit anguis 530
Quodlibet aut animal fundens letale venenum;
Nec minus hiis prodest, si vulneribus superaddas,
Si velut emplastrum ponas cum melle subactum.
Commixtus porri succus lacti muliebri
Et bibitus tussim fertur sedare vetustam;
Et vitiis variis pulmonum subvenit idem.
Auris compescit cum capre felle dolorem. 537
Eius iungatur succo pars tertia mellis, 540
Et sic per nares tepidum fundendo vel aures
Immensum capitis poterit sedare dolorem.
Cum vino bibat hunc, lumborum quem dolor angit.
Dicunt utilius tali nichil esse dolori.
Fracturas solidat cito, duritiasque relaxat
Appositum vulnusque recens cito cum sale claudit.
Si crudum fuerit sumptum levat ebrietatem. etc. 547

Dicitur autem porrum a porrigo, gis, eo quod porrigatur, id est longe extendatur. Porrigere componitur a porro, quod est longe, et rego, gis quasi longe regere. Item porrum dicitur quedam infirmitas in manibus et pedibus ad similitudinem porrorum.

PORRUM 1 in *iteravit* D 8 medicationibus C 9 solis B 11 reddet A 12 leserat BC 15 emplaustrum B 17 et bibitus] ebibitus D 25 solvat C 26 vulnusque] manusque C 27 levatque C 31 et pedibus *om.* A

PORTA «dicitur qua potest aliquid vel importari vel exportari. Proprie autem porta aut urbis aut castrorum vocatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,22). Vel dicitur porta a portato aratro, antiquitus enim, quando designabantur muri civitatis, trahebatur aratrum in giro et fiebat aratiuncula ubi muri debebant edificari, ubi autem debebant esse porte sustollebatur et portabatur aratrum. Unde porta dicitur ab aratro portato. Et a porta dicitur portarius vel portitor, id est custos porte.

PORTA SPECIOSA Actuum iii (2) dicebatur «a speciali quodam ornamento quod apposuit ei Alexander Hyrcanus. Ibidem etiam posuit Herodes aquilam auream» etc. Ita dicitur in Historiis (1658).

PORTENDO, dis, di, dere idem est quod porro, id est longe, tendere, significare, destinare, longe post futurum preostendere. Et componitur a porro, quod est longe, et tendo, dis. Unde portendens participium, id est preostendens vel prefigurans. Unde Zacharie iii (8), «viri portendentes sunt», glosa «id est positi in signum futurorum». Et a portendo dicitur hoc portentum, id est monstrum. Vide supra ubi exponitur monstrum. Et dicit Papias quod portentum et portentuosum differunt, nam portenta sunt que transfigurantur sicut fertur in Umbria mulierem peperisse serpentem, portentuosa vero levem sumunt mutationem, exempli causa cum sex digitis nati sunt.

PORTICUS dicitur domus que preest foribus quasi aperticus eo quod sit aperta. Vide versus supra ubi exponitur abissus. Iuvenalis in v (14,66),

Ne perfusa luto sit porticus etc.

PORTA 1 vel *primum om.* C 3 ita] item A; vel *om.* A
PORTA SPECIOSA 3 ibique C
PORTENDO 2 signare B; destinare *om.* A 6 id est *om.* A; et *om.* D 9 portuosum A; portanta C 10 umbra AC 12 cum pueri sex C

PORTICUS SALOMONIS «dicebatur in qua solebat Salomon stare ad orandum» in qua, die dedicationis, erexit columpnam eream super quam oravit flexis genibus, cum tamen Iudei soleant stare cum orant». Ita dicitur in Historiis (1593).

PORTUS dicitur «locus ab accessu ventorum remotus, in quo hiemant naves. Et portus dicitur a portandis commerciis. Hunc veteres a baiulandis mercibus baias vocabant, illa declinatione a baia, baias ut a familia, familias». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiiii (8,40).

POSTERUS, ra, rum, id est sequens, dicitur a post. Et inde hec posteritas, id est generatio subsequens. De qua dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5,26) posteritas «gradus substitutionis est, quasi postera etas». A nepote autem incipit, sicut ibidem dicitur.

POSTICUM dicitur a post. Est autem latens ingressus a parte posteriori. Unde Oratius in libro Epistularum in fine quinte epistule (1,5,30-1),

> Tu quotus esse velis rescribe et rebus omissis
> Atria servantem postico falle clientem.

Et hic postis idem. Unde Ysidorus Ethimologiarum xv (7,9), «Postes et antes quasi post et ante stantes, vel quia ante ad eos accedimus prius quam domum ingrediamur; postes eo quod post hostium stent». Pluraliter hii antes, antium, antibus dicuntur lapides et materie que claudunt vineas eo quod ante sint. Item antes dicuntur extremi ordines vinearum eo quod ante stent. Hec habes ex Papia et Huguitionem (*s. v.* Post). Item hec postica idem est quod posti-

PORTICUS SALOMONIS 2 ad adorandum B, ad adorandam D 3-4 solebant C
PORTUS 1 dicitur] dictus BD 3 veteres *om.* B; mercibus et baias C 4 familias] familiam D
POSTERUS 1 sequens et dicitur C
POSTICUM 6 pistico C 10 postes eo quod *om.* B 10-14 pluraliter ... Huguitionem *in marg.* D, *om.* B 11 lapides et *om.* C 13 hec] hoc D 14-15 hoc posticum A

cum et, salva pace Huguitionis, mediam sillabam producit, sicut et antica. Unde in Doctrinali scribitur (2058),

> Est urtica simul et que post format et ante.

Item in Grecismo (x, 58-9),

> Est antica domus ingressus ab anteriori
> Parte, sed est postica latens a posteriori.

Item quidam versificator dixit sic,

> Fallitur anticam qui me non dixerit esse,
> At nova sum vere; solve quid esse potest.

Item posticus, ca, cum dicitur ulterior et posterior. Unde Persius circa principium (1,62),

> Occipiti ceco, postice occurrite sanne!

«Item a postis dicitur hic posticulus et hic postellus et hec posterula . . . diminutuiva». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Post).

PRANDIUM dicitur quasi paratum, ab apparatu edendi, quasi paredium. Unde prandeo, des, prandi vel pransus sum, scilicet prandium facere, hora tertia comedere. Qui-

17 urtica] antica AB 20 postica] portica D 22 dixerat ante C 23 sum] sunt B; quid] quod B 27 postallus C 28 diminutam C

In marg. fol. 234[v] *add.* C: postliminium papias postliminium cum auro limine ab hoste alinatum quid fuerit si ad idem limen revertatur postliminium cum post captivitatem quis revertitur ad iura que amisit sic ieronimus methaforice dicit se per occupationes distractum tamquam captivatum ad suum opus redire quod dimiserat scilicet ad explanandum prophetas

In marg. fol. 133[v] *add.* D: hic et hec potis et hoc pote id est possibilis vel potens et comparatur tior simus et hec comparatio est tantum secundum vocem quia significatio mutatur potior enim et potissimus id est melior et optimus et nota quod pos potis invenitur pro potis unde cato hoc per bibe quod possis si tu vis vivere sanus

In marg. fol. 138[v] *add.* D: pragma idem est quod causa unde pragmatica scientia idem est quod constitutio super aliqua re promulgata ponitur tamen in illa decretali si princeps voluerit titulo de rerum permutatione pro confirmatione sine scriptura facta ab imperatore cum cause cognitione super tali permutatione

PRANDIUM 1 paratum] apparatum B 2-3 pransus sum dere scilicet A 3 scilicet] id est C

dam ponunt pransi in preterito, sed male, sicut patet per Priscianum (xvii, 82). Doctrinale (736),

Pransus sum; iunge neutropassiva secunde.

Tamen a Prisciano non habet nisi prandi. Communiter tamen dicitur prandi vel pransus sum. «Facit autem supinum pransum et, quamvis sit neutrum, habet tamen participium preteriti, scilicet pransus, ut ceno cenatus, iuro iuratus, careo cassus, pateo passus, titubo titubatus». Ita dicit Priscianus (ix, 48). Item pranso, pransas et pransito, tas frequentativum. Et nota quod pransus accipitur active, id est qui prandit, et tunc descendit a prandeo. Item accipitur «passive pransus, id est comestus, consumptus et tunc», sicut ait Huguitio (*s. v.* Paro), «descendit a passivo huius verbi quod invenitur in tertia persona, scilicet prandetur, prandebatur, prandentur, prandebantur, pransus est vel fuit». Priscianus in minori volumine (xviii, 132) dicit, «prandetur olus». Vide versus supra ubi exponitur cenaculum.

PRAVICORS, pravicordis, media in nominativo correpta, dicitur pravus corde vel pravi cordis. Unde Ecclesiastici iii f (28), «Cor ingrediens duas vias non habebit successus, et pravicors in illis scandalizabitur». Hoc est littera antiquorum et correctorum librorum. Rabanus tamen dicit ibi pravicordius. Et nota quod pravicors componitur a pravus, a, um et cor, dis et est omnis generis, sicut concors, secors, vecors, unicors, mundicors, misericors.

PRECO, preconis dicitur qui aliquid annuntiat. Preco etiam dicitur «mercator quia quodam preconatu invitat ad merces

4 in preterito *om.* B 5-8 Doctrinale ... pransus sum *post* Priscianus (*v.* 12) C, *in marg.* D, *om.* B 5 doctrinali A 6 secunde] scite AD 13 et *om.* B 14 prandeo des C 17 quod et D; quod] et A 19 minori] maiori C

PRAVICORS 3 bonos successus B 7 huius dis A; consors AD 8 unicors] amicors C

suas emendas. Unde hic preconatus dicitur talis annuntiatio et hoc preconium similiter. Et dicitur preconium laus vel annuntiatio laudis, et ponitur simpliciter quandoque pro annuntiatione et proprie in bono». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Cano). Et dicitur preco a precino, precinis, precinui, quod est ante canere vel valde vel pre aliis canere.

PRECORDIA «sunt loca cordis vicina quibus sensus percipitur. Et dicta precordia eo quod ibi sit principium cordis et cogitationibus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,119).

PRECOQUUS, qua, quum dicitur pre aliis coctum, prematurum, pre calore solis coctum. Unde precoqua ficus vel uva dicitur que ante alias a sole decoquitur et ad maturitatem pervenit. Et precox, precocis in eadem significatione invenitur. Et dicitur a precoquo, precoquis, precoxi, precoquere, precoctum, quod est pre aliis vel supra vel plus vel ante coquere.

PREDA secundum Gregorium est cum aliena violenter rapiuntur. Secundum Huguitionem preda est «de vicinis et confederatis, rapina de hostibus, vel preda de tota patria, rapina de parte . . . Et inde predo, predonis, id est raptor, et predor, predaris rapere». Communiter preda dicitur spolium vel rapina.

PREDESTINARE dicitur preparare, preordinare, premittere, ante vel ab eterno destinare, previdere, prescire. Presciuntur autem boni et mali, predestinantur autem tantum boni secundum quod communiter accipitur. In sacra scriptura predestinare est preordinare vel preparare gratiam in presenti

PRECO 4 preconium *primum om.* C 5 quandoque *om.* C 7 precinii B, *om.* C 8 vel *primum om.* D
PRECORDIA 1 cordi B 1-2 precipitur C
PRECOQUUS 1 costum D 3 que] quia C 4 prevenit BD precocis] precoxis D 6 precoctum tu A
PREDESTINARE 3 et] vel B

et gloriam in futuro. Et componitur predestinare a pre et destino, nas, quod est legare, mittere, deputare, ascribere, significare. Unde Ovidius Methamorphoseon xi a (xv, 3-4),

Destinat imperio clarum prenuntia veri
Fama Numam.

Destinare autem componitur a de et teneo, nes interposita s.

PREDIUM dicitur possessio, villa, ager, sed proprie allodium. Et dicitur allodium hereditas quam vendere et donare possum. Ita est mea propria. Ita dicit Huguitio. Ysidorus autem in xv (13,5) Ethimologiarum ubi agit de agris dicit sic, «Predium est quod ex omnibus patrifamilias magis previdetur, id est apparet, quasi previdium; vel quod antiqui agros quos bello ceperant ut prede nomine habebant», quasi diceret predium a preda dicitur ager bello acquisitus. Vel predium ager vel possessio que est ante edem sive domum. Unde dicitur predium quasi preedium, id est ante edem situm. Et inde dicitur hic praes, praedis qui multa habet predia. Moderni scribunt et legunt pres, predis. Priscianus tamen dicit (v, 42), «In aes diptongum unum masculinum praes praedis», sed modo non scribuntur huiusmodi diptongi. Secundum Huguitionem (*s. v.* Preda) pres dicitur «medius vel mediator vel fideiussor . . . Quod autem dicitur pres quasi pre aliis dives ethimologia est». Et inde dicitur preditus, ta, tum quasi prediis datus vel pre aliis ditatus. Vel dicitur preditus a predo, predis, quod est pre aliis dare, honorare, prerogare, ornare. Et componitur a pre et do, das.

PREFULGORUS, ra, rum dicitur preclarus, prefulgidus. Unde in Psalmo (17,13), «Prefulgore in conspectu nubes eius tran-

6 futivo D 8 signare B 9 in opio D 10 Fama Numam] famam numam AC, fanumam B, fama numiam D

PREDIUM 2-3 donare . . . propria] donare quis potest quia est sua propria B 5 patrifamilis A, patrefamilias D 7 ut] et C 8 predium dicitur ager C 9-10 sive . . . edem *om.* D 10 pre endium B 12 aes] es ACD 13 diptongon A, diptungum D 14 huiusmodi] huius D

PREFULGORUS 2-3 transierunt etc. B

sierunt». Et sic est una dictio. Aliqui tamen exponunt pre fulgore ut sint due dictiones.

PREPUTIUM dicitur «anterior pellis priapi que preputatur, id est preciditur, Iudeis. Unde preputiatus, ta, tum dicitur habens preputium precisum, sicut Iudei qui dicuntur preputiati. Unde preputio, as, id est preputium facere, pellem illam resecare». Et dicitur preputium a preputo, tas, quod est precidere. Et est compositum a pre et puto, tas, quod est opinari, scindere, purgare, virgam exuere, supervacua resecare. «Preputium etiam quandoque dicitur ipse priapus ... Unde preputiatus dicitur magnum habens priapum». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Puto). Preputiatus tamen potest dici a preputium, tii, sicut a galea galeatus, et tunc preputiatus dicitur qui habet preputium non putatum, sicut gentiles et omnes alii a Iudeis, qui propter hoc a Iudeis immundi reputantur. Item preputia dicuntur primi fructus quia immundi dicebantur sicut preputiati. Unde preceptum fuit filiis Israelis Levitici xix (23 *sqq.*) «sed cum intrarent terram promissionis, ut auferrent preputia arborum quas plantarent, quod quasi exponendo subditur 'poma que germinant immunda erunt vobis'. Hoc tamen non est in hebreo. Et videtur velle, dicens, quod fructus primorum trium annorum immundus esset et abiciendus, fructus quarti anni sanctus domino et communis pauperibus, sed in quinto anno et deinceps domini

3-4 pre fulgore *om.* C

In marg. fol. 139 *add.* D: prendo prendis prendi prensum dicitur tantum in divina pagina tota die laboratur et nichil prendidit sed non regulare nam nullum verbum tertie coniugationis habet finalem geminationem in preterito nisi sit compositum a do prendo non est compositum a do immo est simplex et est aliud verbum eiusdem significationis similiter simplex scilicet prehendo prehendis prehensum habet ergo preteritum sine geminatione utrimque componitur apprendo comprendo comprehendo

PREPUTIUM 2 preciditur] prescinditur BD 3 precisum] preciqum C, *om.* B 4 id est *om.* D; pellem] pelliculam B 6 precidere] precindere A, prescindere B 9 priapum] preputium C 14 item] ita B 16 sed *om.* B 17 afferunt C

sui essent et esibiles». Ita dicit Magister in Historiis (1212). Item illud i Machabeorum i (16), «fecerunt sibi preputia» etc. sic exponitur in Historiis (1504), «id est non circumcidebant parvulos suos, vel quia ritu preputiatorum vivebant. Quidam tamen volunt quod quedam velamina fecerunt circumcisioni sue ne in denudatione Grecis essent dissimiles», et subditur ibidem causa huius flagitii.

PRERUPTUS, ta, tum dicitur ante ruptus vel ab anteriori parte ruptus a prerumpo, pis. Item preruptus secundum Papiam dicitur in alto positus, preceps, excelsus. Et tunc dicitur preruptus quasi preraptus quia pre aliis in altum rapitur.

PRESAGIUM dicitur divinatio, futurorum prescientia vel annuntiatio. Unde Ovidius in ii (549-50) Methamorphoseon,

> Auditaque vie causa 'Non utile carpis'
> Inquit 'iter: nec sperne mee presagia lingue!'

Item Lucanus in i g (673),

> Terruerant satis hec pavidam presagia plebem.

Et dicitur a presagio, gis, gii vel givi, presagire, quod est divinare vel predivinare. Unde presagus, ga, gum dicitur prescius futurorum. Unde Ovidius in ii (124-5) Methamorphoseon,

> Imposuitque come radios presagaque luctus
> Pectore sollicito repetens suspiria dixit etc.

Presagire componitur a pre et sagio, gis, quod est ingeniose agere vel divinare. Item presago, as dicitur presagium facere.

24 item] super BD 25 id est] vel B 28 in denudatione] in de innudatione B 29 *Post* flagitii *add. in textu* B, *in marg.* D: (item B) preputia dicitur (dicuntur D) secundum quosdam capita i reg (reguum B) g quia preputium summitas rei vocatur

PRERUPTUS 1 dicitur *om.* AB; ab *om.* B 3 tunc *om.* D 4 altum] altis C

PRESAGIUM 2 matham B 3 non in utile D 6 terruerunt AB 8 divinare] communicare C 11 presagiaque A 13 presagire] presagium AC; pre et sagio] presagio D; sagio] sago C 14 item a AD; presago] presagio O

PRESBITER «grece, latine senior interpretatur; non pro etate vel decrepita senectute sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt presbiteri nominantur. Ideo autem et presbiteri sacerdotes vocantur quia sacrum dant, sicut episcopi qui, licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec crismate frontem signant nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum apostolorum designat. Unde et apud veteres idem episcopi et presbiteri fuerunt quia illud nomen dignitatis est, hoc etatis». Ita dicit Ysidorus in vii (12,20-1) Ethimologiarum. Huguitio (*s. v.* Habeo) autem dicit quod presbiter dicitur «quasi prebens iter», et sic est latinum. Sed de malis presbiteris dicitur in Aurora (*Dn.* 543-58; 561-74),

Canities etiam mentiri novit, et albam 543
  Non semper retinet alba senecta fidem.
Albi temporibus, nigri sunt moribus; equant 545
  Tempora cana nivem, corda dolosa picem.
Inde potest ipsis irasci moribus etas,
  Que stupet in senio non senuisse senes.
Hos gradus insignit sed vita premit, nec honori
  Summo respondet infima vita senum. 550
Ambo presbiteri, sed non prebent iter ulli;
  Ambo Iudei, sed sine lege dei;
Cumque regant alios, tamen a dulcedine morum
  Ieiunus remanet tantus honoris apex.
Ore docent. Sed quid? Cum vite lingua repugnet! 555
  Nec redimit mores aurea lingua malos.
Verbis frondescunt, sed non est fructus in actu;
  Ore pluunt aliis, sunt sine rore sibi. 558
Cum doceant alios, se non hortantur, ad instar 561
  Candele spargunt in sua dampna iubar:
Proficit hoc aliis, soli sibi deficit; isti
  Proficiunt aliis deficiuntque sibi.

PRESBITER 3 quam] quod B; acceperant C; autem et *om.* B 4 sacrum] sacra B 7 quod] quia AD; debere B, debetur C; episcopi sicut lectio C; actus CD 8 designant A 9 est hoc] non D, est hoc est A 11 autem *om.* C 11-12 dicitur . . . presbiteris *om.* D 12 dicitur] scribitur C 17 cana nivem] caninem D 19 non] nec C 20 sed] nec A 22 sed] si A 26 repugnat B 29 fluunt BD; sunt] sed C

Vis tibi depingi brevius premissa? Sequuntur
  Utres seu ventres, dolia sive dolos.
Curant non aras sed aras, non vera sed era,
  Non equum sed equos, non inopes sed opes
Herent seu vanis seu vinis sive venenis:
  Querunt vana, colunt vina, venena vomunt.
Libras, non libros, relegunt parentque monetis
  Non monitis; pretio, non prece, quemque iuvant.
Non alleluia ructare sed allia norunt;
  Plus in salmone quam Salomone legunt.

Secundum hoc presbiter melius dicitur quasi pre aliis bibens ter quam aliis prebens iter. Quidam imperiti male scribunt et proferunt hoc nomen presbiter. Scribunt enim et proferunt prespiter, p ponentes loco b, barbarismi vitio servientes.

PRESERTIM, id est precipue, adverbium est teste Prisciano (XV, 19). Et dicitur a presertu sicut «tractim a tractu et carptim a carptu». Presertu est ultimum supinum huius verbi presero, preseris, quod est ante serere, pre aliis serere. Item presertim, id est preterea, coniunctio est causalis, sicut dicit Donatus (*Ars Gram.* II, 15). Papias ponit multas significationes huius vocabuli presertim dicens, presertim preterea, maxime, precipue, prime etc.

PRESES, presidis dicitur qui presidet in aliquo loco. Unde Ysidorus Ethimologiarum IX (3,28), «Presides dicti sunt qui alicuius loci tutelam presidialiter tenent». Et dicitur preses a presideo, des, quod est super alios sedere, preesse et defendere, et est preses communis generis.

36 non *alterum*] nec C 37 non . . . opes *om.* C 39 vomunt] volunt B, vomuntur C, vomunt vel vorant D 40 parcuntque C 41 non *alterum*] nec C 42 norunt] volunt A, norant D 44 hoc] hec B; melius *om.* B 45 quam] et non B 46-47 et proferunt *om.* BC 47 presbiter B; vitio] video A

PRESERTIM 2 tractim] tractum C 3 presertim autem est B 6 Papias autem ponit B 7 vocabuli] verbi C 8 primo B

PRESES 3 preses *om.* C 4-5 preesse aliis et eos defendere B

PRESENS dicitur «quasi pre sensibus, id est ante sensus, positum vel presto sensibus, sicut oculo vel alii sensui». Et componitur a pre et sensus quia «est alicui v sensuum subiectum». Et dicit Huguitio (*s. v.* Sentio) quod «presens quandoque dicitur prosper et benignus et propitius quia que nobis propitia sunt quasi presentia sunt... Et a presens dicitur presento, tas . . . Invenitur etiam ad presens, id est in presenti, et sunt due partes».

PRESCINDO, dis, prescidi, dere, prescisum, id est ante vel pre aliis scindere, et corripit hanc sillabam sci in preterito. Unde in i Regum xxiiii (5), «prescidit horam clamidis Saul», quamvis precidit sine s posset ibi dici et tunc media esset producta, et tunc componeretur a pre et cedo, dis, sed antiquorum librorum veritas contradicit, et scribit prescidit cum s, et tunc componitur a pre et scindo, dis nec mirum quia, sicut ait Remigius, scindo dis proprie pertinet ad mollia, sicut ad pannos. Unde scissor pannorum dicitur et numquam cesor. Cedo autem dis dicitur de duris, sicut de lignis et lapidibus. Unde cesor lignorum et lapidum dicitur et numquam scissor. Istam differentiam tangit Grecismus (IX, 256-7) dicens,

Pannorum tibi sit scissor vitisque putator,
Vulneris incisor, sicut doctus docet auctor.

Unde per totam bibliam, ubicumque fit mentio de scissione vestium, ponitur ibi verbum scindendi et numquam cedendi. Idem dico de participiis, unde dicitur vestis scissa vel conscissa, et numquam cesa vel concisa. Et nota quod scindo,

PRESENS 1 quasi] qui C 3 pre quod est ante et B; v] quandoque B, vque D 5 et *primum om.* C; benignus et pronus et A 6 que *om.* C; quasi] quia C

PRESCINDO 1 prescissum D 3 in *om.* D; i] ii C; xxiii D; dicitur prescidit CD 5 componitur B; dis cecidi C 5-7 sed . . . scindo dis *in marg.* D 7 quia *om.* A 8 remigium D 9 sicut] ut C 15 incisor nobis sicut docet B; auctor remigius scilicet unde et per C, auctor remigius unde D 16 unde et per B 18 dicitur *om.* C 18-19 conscissa] concissa C 19 concisa] concesa D

dis cum omnibus compositis corripit hanc sillabam sci in preterito, sicut ait Priscianus (VIII, 14). Unde versus,

> Sto, bibo, do, findo, fero, scindo, cetera nullo
> Corripienda modo si sint disillaba dico,

supple in preterito. Lucanus in iii a (61),

> Aut scidit et medias fecit sibi littora terras.

Item Ovidius in principio Methamorphoseon (22),

> Nam celo terras et terris abscidit undas.

Invenitur etiam abscidi media producta, et tunc componitur ab abs et cedo, cedis. Unde Ovidius Methamorphoseon xii d (362),

> Abscidit iugulo pectusque humerumque sinistrum.

PRESIDIUM dicitur auxilium, defensio et proprie que datur a maioribus. Et dicitur a presideo, des, quod est super alios sedere, preesse et defendere. Item presidium dicitur profugium, scilicet locus munitus ad quem quis profugit ut se defendat ab hostibus.

PRESTO, prestas, prestavi, prestare, prestatum, tu, id est «commodare vel mutuare. Simplex est et activum». Item presto, tas, prestiti, prestare, prestitum, prestitu dicitur «ante stare, preesse et precellere». Et componitur a pre et sto, stas et similiter «prestare, id est exhibere, dare et tribuere». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Stasis). Et dicit quod «omnia composita a sto, stas faciunt preteritum in stiti et supinum in stitum et rato in statum, ut constatum». Priscianus (IX, 38) tamen dicit quod «ab eo composita vetustissimi varie protule-

20 sillabam *om.* C 24 iii] quarto A 28 etiam *om.* C; etiam abscido dis abscidi A; etiam abscido dis media C

PRESIDIUM 1 datur] dantur B 4 moratus vel munitus A

In marg. fol. 140^v *add.* D: pressim id est strictim adverbium hoc premium premii dicitur a premo quia per premium solent premere alios vel componitur a pre et emo quasi pre aliis emptum vel a pre et munio quasi pro munio id est pro officio dato predabundus id est habilis ad predandum vel similis predanti

PRESTO (1) 1 tu *om.* A 2 vel *om.* BC; et *om.* C 5 et *primum om.* B

runt: asto astitum et astatum, presto prestitum et prestatum». Unde ii Machabeorum ix f (16), «pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis prestaturum». Sed secundum modernos prestiturum melius diceretur. Et similiter prestitum et astitum et sic de aliis. Versus differentiales de Grecismo (xv, 209-10),

Prestolo, prevaleo, presum, presto quoque dono;
Prestoque sepe solet accommodo significare.

Item a presto dicitur prestans, id est ante stans, excellens et comparatur prestantior, prestantissimus. Prestantior dicitur preclarior, excellentior et potior. Et similiter expone participia et nomina verbalia a presto descendentia et hec prestantia, tie et prestabilis, etc.

PRESTO, id est in presenti loco vel presentialiter aut in presentia, adverbium est temporis vel loci. Et dicitur presto quasi pre, id est ante, sto vel in presentia sto. Versus,

Quinimmo presto pueris adverbia dico;
Eligit hoc tempus, signat id atque locum.

Vide infra ubi exponitur quinimmo.

PRESTOLOR, aris deponens est et est idem quod expectare. Et dicunt quod proprie prestolatur ille qui premissus est. Unde componitur a pre et stolos, quod est missio. Versus differentialis qui scribitur in Grecismo (xv, 225),

Prestolor expecto, prestolor querere dico.

Frequenter in hiis que dirivantur a greco non multum curatur a grammaticis utrum brevis aut longa sillaba ponatur nisi positione aut diptongo aut regula producatur. Unde quidam dicebat,

12 sed] et C 13 diceret C 16 prestolo] presto BD; presum] dicas B; presum quoque prestoque dono C 22 huius tie A
PRESTO (2) 2 temporis vel qualitatis vel B
PRESTOLOR 2 dicunt proprie quasi prestolatur A 4 differentialis *om.* B 6 frequenter autem B 7 aut] vel B 8-10 quidam . . . moriaris] quidam monachus vite sancte cum videret dyabolum exspectantem

Quid prestolaris? Prestolor quod moriaris.

Posset etiam dici quod prestolor in utraque significatione simplex sit et causa differentie variatur accentus.

PRETORIUM dicitur locus in quo pretor residet. Et dicitur a pretor, pretoris. Est autem pretor idem quod prepositus, sed proprie prepositus est in ecclesia, pretor in civitate. Unde Papias, pretor dicitur quasi princeps et preceptor sit civitatis. In Grecismo (IX, 104-5) autem scribitur sic,

Castrorum pretor, prefectus dicitur urbis,
Ecclesiarum prepositus sit sive scolarum.

Item Ysidorus Ethimologiarum ix (4,16), «Pretores, idem qui et prefecti, quasi preceptores». Vel dicitur pretor quasi pre aliis torquens vel quia preest tormentis. Unde pretorius, a, um ad pretorem pertinens et hec pretura dignitas pretoris. Item a pretorium dicitur hoc pretoriolum, id est parva domus in navi. Unde Ezechielis xxvii (6), ubi nostra translatio habet «pretoriola de insulis Italie», alia translatio habet «cellaria». Unde versus,

Sunt pretoriola navis cellaria dicta.

PREVARICO, cas, quod melius prevaricor, caris dicitur, idem est quod transgredi vel infringere. Et est compositum a pre et varico, cas vel potius varicor, varicaris, quod est transire vel ambulare vel divertere vel deflectere vel curvare vel clau-

mortem eius ut auferret animam illius quesivit ab eo quid prestolaris et dyabolus prestolor quod moriaris alii dicunt mediam sillabam breve esse dicentes dyabolum respondisse sic ego prestolor ut moriaris B 10 *Cf. Walther*[2], *no.* 25134.

PRETORIUM 1 residet] sedet B 2 Est] et est AD 3 *Post* civitate *add. in textu* C, *post* civitatis A, *in marg.* D: Priscianus dicit ubi agit de speciebus verborum quod pretor dicitur a preeundo 4 dicitur quod quasi C 5 scribitur *om.* C 7 sive] ve B 9 preceptores] prepositores BCD; et vel dicitur A 13 xxiiii C 15 versus dicit B 16 *Cf. Alex. Nequam fol.* 120, *v.* 15, Dic pretoriola, lector, cellaria navis

PREVARICO 4 vel *primum om.* B

dicare. Et dicitur a varico hec varica, ce, vel secundum Priscianum (v, 39) hec varix, cis. Vena est intercutanea que, si leditur vel itinere vel percussione, reddit hominem curvum et inflatum, et ex lesione facit poplites et coxas turgescere. Unde varus, ra, rum et varicosus, sa, sum, id est curvus. Unde Persius in fine penultime Satire (5,189),

Dixeris hec inter varicosos centuriones.

Item dicit Constantinus in Pantegni libro viii, varices sunt vene in cruribus plene et nimium grosse, nascentes de humoribus melancolicis in has venas descendentibus et eas implentibus. Plurimum autem hiis nascuntur qui laborant in pedibus et erecti stant. Descendunt enim humores in has venas que sunt in cruribus, et propter hoc in marmariis plurimum nascuntur et in agro laborantibus et similibus. Significationes earum quia vene torte sunt et grosse, viriditati et nigredini pertinentes. Et a prevaricor dicitur hic prevaricator, id est transgressor, quia pre aliis varicat, id est claudicat et deflectit, a lege etc.

PRIAPUS fuit iuvenis quidam de Lapsaco, civitate Hellesponti. Unde depulsus est propter magnitudinem virilis membri et habitus est pro deo a feminis. Et dicitur deus ortorum propter fecunditatem eorum, quia ortus numquam est sine fructu. Unde Ovidius in libro Fastorum (1, 415),

At ruber ortorum deus et tutela Priapus.

Vide supra ubi exponitur Beelphegor. Item dicitur deus furum et deus avium. Et ab illo dicitur priapus, virile membrum. Vel secundum Huguitionem (*s. v.* Priaste) a priaste,

5 varico] varica ce B, varica CD; varica huius ce A 6 hec] hic B; huius cis A 7 vel in itinere D 10 penultimo AC, ultime D 12 constantinus in libro medicine qui dicitur pantegni B 17 marinariis AB 19 quia] que C; et *primum om.* C 21 quia] qui C 22 deflectit se a B; etc. *om.* B

PRIAPUS 2 magnitatem D 3 et habitus . . . feminis *om.* C 7 beephegor C 9 priaste] *in marg.* D: priaste grece latine dicitur emere vel redimere unde hic priamus quasi emptus vel redemptus

quod est redimere, «quia iacturam humani generis redimit». Unde hic «priapismus dicitur pudendorum passio vel extensio».

PRIDEM, id est antea, preterito tempore «adverbium temporis est. Et comparatur prior, primum, unde prime adverbium et primitus. Primo enim et primum nomina sunt et ponuntur quandoque adverbialiter. Et prime componitur apprime, id est valde, vel sunt due partes posite pro una, et tunc retineatur d et dicatur ad prime, et semper media debet produci». Ita dicit Huguitio, sed primo dictum teneas. Dicit enim Priscianus in tractatu de adverbio (III, 13), quod etiam prime dicitur ostendit Terentius qui compositum ab eo in Andria (60-1) protulit,

nam id arbitror
In vita apprime esse utile.

PRIDIE, id est primo vel priori die, adverbium est temporis. Dies enim componitur cum primus vel prior et dicitur pridie et «inde pridianus, a, um; et cum quot et dicitur cotidie, quod vitio scriptorum scribitur per c, et inde dicitur cotidianus, na, num; et cum hoc et dicitur hodie, unde hodiernus, na, num; et cum bis et dicitur hoc biduum, et inde biduanus, na, num; et cum tris, quod est tres, et dicitur hoc triduum, unde triduanus, na, num et tridie adverbium quod componitur postridie, id est post tres dies, vel sint due partes posite pro una». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Dyam), sed secundum Priscianum est dictio composita. Dicit enim sic

11 priapimus D

PRIDEM 2 est *om.* B; comparatur pridem prior BC 3 et *primum*] id est C 4 quandoque] aliquando A 5 sunt] sint BC 6 retineant B 7 debet] dicitur D 9-10 et quod etiam D, quod autem etiam AC 10 prime] primo B

PRIDIE 2-3 pridie quasi precedenti die dicitur et pridie et inde pridianus B 3 pridianus] priapinus A, priadinus D 4 scriptoris B 5 et cum *om.* B 5-6 et cum . . . num et *om.* C 5 hoc] hec A; et *alterum*] etiam et B 6 hoc *om.* B 8 quod] et B 9 sint] sunt A 11 est *om.* C

(xv, 14), «A quinte declinationis nominibus composita producunt e, ut pridie, hodie, postridie». Et nota quod pridie more prepositionis accusativo iungitur. Sic dicit Priscianus et exemplificat (xiv, 38), «pridie Kalendas Ianuarii, pridie Nonas, pridie Idus». Unde ii Machabeorum ultimo g (15, 36-7), «decreverunt nullo modo diem istum absque celebratione pertransire, habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quod dicitur voce siriaca pridie Mardochei diem», non die, sicut quidam legunt et male. Est enim sensus «pridie diem Mardochei», id est in die precedente illum diem celebrem quem Iudei observabant, xiiii die mensis Adar, id est Martii, ob liberationem quam fecerat eis Mardocheus, sicut habetur Hester ultimo g (16).

PRIMA AZIMORUM «est xiiii die mensis quando agnus immolatur et luna plenissima est et fermentum abicitur». Ita dicit Papias.

PRIMARIUS lapis dicitur qui primus in fundamento ponitur. Item primarius, ria, rium idem est quod primus.

PRIMAS, primatis dicitur primus in populo. Et tunc est communis generis. Unde hic primatus, tus, tui, id est preminentia. Et quandoque ponitur pro dominio vel excellentia potestatis. Item primas dicitur qui quandam habet dignitatem in quibusdam ecclesiis, cuius dignitas dicitur hec primatia, tie vel hic primatus, tus, tui. Et tunc primas est masculini generis tantum.

PRIMITIE, sicut ait Papias, frugum sunt initia que diis delibantur. Secundum Huguitionem (*s. v.* Pridem) «primitie

12-13 producit A 13 ut *om.* BCD; hodie *om.* D 14 sic] sicut BC 16 nonas maii pridie B; ii] primo ABD; g *om.* A 17 nullo] mille D 18 autem] ante D 19 cyriaca B 20 diem non diem AD 21 id est *om.* D 23 quam] quem B 24 sicut] sic D; g *om.* B

PRIMA AZIMORUM 1 mensis primi BC

PRIMARIUS 1 ponitur] mittitur D

PRIMAS 4 dignitatem] potestatem B 6 tie *om.* A

proprie sunt que primo de frugibus percipiuntur vel que deo primo offeruntur. Unde primitius, tia, tium, id est precipuus vel inter alios primus. Unde Ovidius Methamorphoseon xii b (271-2),

> Ecce rapit mediis flagrantem Rethus ab aris
> Primitium torrem. »

In Historiis (?) super xxiiii Exodi dicitur sic, primitie sunt primi fructus et offerebantur in Pascha, in Pentecoste et in Scenophegia. Primitia etiam dicitur quadragesmia vel lx pars vel quicquid inter xl et lx dare volebant. Et hoc in liquidis et aridis, de gregibus et de ceteris animalibus, unum de deducentis, ut in Ezechieli habetur. Nota quod hoc nomen primitie, tiarum tantum in plurali invenitur in usu.

PRIMITUS, id est primo vel in principio, adverbium est ordinis.

PRIMOGENITA dicuntur iura primogeniture. Unde super illud Genesis xxv g (34), «comedit et bibit . . . parvipendens quod primogenita vendidisset», dicitur in Historiis (1111), «Erant autem primogenita dignitates quas habuerunt primogeniti in cognationibus suis usque ad Aaron. Habebat enim primogenitus vestem specialem qua induebatur tantum in sacrificio offerendo et recepturus finalem benedictionem a patre. Ipse in sollempnitatibus, in conviviis benedicebat minoribus et in hiis duplicem ciborum portionem recipiebat. Tradunt etiam quod in divisione hereditatis similiter duplum reciperet». Et nota quod primogenitus dicitur primus natus et post quem est alius vel alii. Sic Esau dicitur primogenitus Isaac. Item primogenitus dicitur ante quem nullus nec post quem alius. Et sic Christus dicitur primogenitus Beate

PRIMITIE 3 proprie *om.* D; percipiunt C; vel om. C 7 rebus C 8 primitium] principium C, pruniceum *Ovid.* 11 cenophagia C

PRIMOGENITA 1 iura] ius ACD 2 g *om.* B 4 habebant B 5 cognitationibus ABC 8 ipse] item C; ipse autem in B; in *alterum*] et B, et in C; conviis C 12 alii et sic B 13 nullus] ullus C 14-15 beate marie virginis A

Virginis. Primogenita mors dicitur superbia que fuit prima causa apostasie.

PRIMOR, primoris dicitur «maior et dignior in populo vel primus in ordine». Unde primordulus, la, lum, id est aliquantulum primor. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pridem). Et est primor tantum masculini generis. Papias sic exponit primores sunt «primarii, primi viri, electi». Oratius in Sermonibus (II, 1,69),

> Primores populi arripuit populumque tributim,

id est per tribus.

PRINCEPS dicitur quasi primus capiens. Unde Ysidorus Ethimologiarum ix (3,21), «Princeps dictus a capiendi significatione eo quod primus capiat, sicut municeps ab eo quod munia capiat». Item princeps invenitur pro primus. Unde Virgilius (*Aen.* IX, 535),

> Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

PRINCEPS COCORUM grece dicitur archimachiros et dicitur ab archos, quod est princeps, et machera, quod est macellum. Iuvenalis in iii (9,109),

> Finxerunt pariter librarius archimachirus.

PRINCEPS MUNDI dicitur diabolus quia principatur mundanis hominibus quibus quasi suis pecoribus dominatur.

PRINUS «grece, lentiscus latine». Prino sectio. Ita dicit Papias. In Dirivationibus Huguitionis scribitur sic, prinus arbor est, scilicet ilex ut dicunt, et est Grecum.

PRIMOR 2 primordialus C; id est *om.* BC 4-5 prinores C 5 viri] vero C, *om.* AD 7 tributim] tributum B, tribunum C 8 per] pro C

PRINCEPS 2 Ethimologiarum *om.* B 3 quod] qui BC 6 turmus vel nus A

PRINCEPS COCORUM 1 archimaros A, athiros B, archimarchiros D 2 marchera D 4 fixerunt C

PRINCEPS MUNDI 2 quasi quis suis B

PRINUS 1 prino sectio *om.* C 2 scribitur sic *om.* C

PRISCUS dicitur antiquus, et pristinus idem. Ambo dicuntur a pridem.

PRIVIGNUS dicitur qui ex priori viro genitus est. Et dicitur sic quasi privigenus, id est ex priori viro genitus vel quasi privatus igne, id est amore, quia parum diligitur a noverca. Et hec privigna dicitur filia prioris viri, sed hec expositio non pertinet ad presens opusculum.

PROBATICA PISCINA, sicut dicitur in Historiis (1579) super Iohannis v a (2), dicitur a «probaton, quod est ovis, quia Nathinei in ea hostias lavabant. Solet autem et collecta aqua pisces non habens piscina vocari». Huguitio autem dicit sic «probaton grece, ovis latine, unde probaticus, ca, cum, id est pecualis. Hinc est dicta probatica piscina, id est bestialis, quia cadavera bestiarum ibi lavabantur». In idem reddit cum primo dicto.

PROBLEMA, matis, quod latine dicitur «propositio, questio est difficilis habens aliquid quod disputatione solvendum sit . . . Et videtur dici problema a pro et lema, quod est vorago, quia proponitur ut vorat et decipiat». Ita dicit Huguitio, et accepit de Papia et Ysidoro.

PROCAX, procacis, omnis generis, dicitur avidus petitor, importunus ad petendum, imprundenter et inverecunde pe-

PRISCUS 1 dicitur] id est C; antiquus vel antiquatus et idem ambo autem B
PRIVIGNUS 2 quasi *primum*] quod D 2 genitus est vel A
In marg. fol. 142ᵛ *add.* D: privo privare fraudare alienare subtrahere removere vel privatum facere privatus alienatus ab aliquibus rebus vel honore et dignitate a privo privus priva privum et privatus vel et componitur hoc privilegium id est lex privata et singularis ad unum pertinet vel ad paucos
PROBATICA PISCINA 1-2 super *om.* D 2 dicitur *om.* B 6 peculiar C; est *primum om.* C 7 laudabantur B 8 dictio C
PROBLEMA 1 problenma B 3 sit] est C; problenma B; lenma B 5 de] ab BC
PROCAX 1 dicitur *om.* D

tens, et pertinet ad meretrices. Et comparatur. Unde procaciter, procacius, procacissime adverbia et hec procacitas, tatis, id est intemperantia vel inverecundia vel impudentia petendi. Et dicitur procax a procus, proci, quod est precator coniugis et nuptiarum. Et dicitur a precando quia frequenter solet precari et petere eam donis quam vult. Unde procor, procaris dicitur proci officium exercere, instanter petere.

PROCELLA dicitur «ab eo quod percellat, id est percutiat, et evellat. Est enim vis venti cum pluvia. Procelle enim aut de fluminibus aut de ventis fiunt». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (11,22). Papias autem dicit sic procella tempestas, pluvia, repentinus impetus venti, estus, vis marina, fluctus. Et sequitur procelle «non minus sunt terrarum quam celi; tempestates autem fluctuum sunt». Quod autem dicitur procella quasi procul a cella ethimologia est.

PROCERES, ut ait Papias, «sunt principes civitatis quasi procedes eo quod ante omnes honore procedant. Item capita trabium que eminent extra parietes proceres dicuntur» eo quod primo procedant. Unde, facta translatione ad quosdam nobiles et primores, proceres dicuntur quia cetere multitudini preminent. Et declinatur hic procer, huius proceris, sed raro in singulari invenitur nisi quod Iuvenalis (8,26) dixit,

Agnosco procerem.

Grecismus ponit tales versus differentiales (IX, 190-3),

A gravitate baro fertur quod monstrat origo
Eius, nam grece bares id quod grave signat.
At proceres vere tu dicas a probitate,
Sunt proceres vere qui procul a carie.

3 comparatur] componitur C 3-4 procaciter et procacius B 4 huius tatis A 5 temperantia D; verecundia AD 6 a] ad D 8 precor precaris A

PROCELLA 1 precellat ABD; id est] et B 7 quam] qua A

PROCERES 2 ante *om.* C 3 proceres] proces D 6 huius *om.* B 7 sed] et B 13 proceres] procebes A

Ysidorus autem Ethimologiarum ix (4,17) dicit idem quod Papias supra dixit et addit (31), «baria dicitur grave». Unde baro quasi gravis, id est fortis, cui contrarius est levis, id est infirmus.

PROCONSUL dicitur qui vice consulis fungitur. Unde Ysidorus ix (3,8) Ethimologiarum, «Proconsules subiecti erant consulibus et dicti proconsules eo quod vice consulis fungerentur. (6-7) Consules autem appellati a consulendo ... Nam cum Romani regum superbam dominationem non ferrent annua imperia binosque consules sibi fecerunt ... Igitur appellati consules sunt vel a consulendo civibus vel a regendo cuncta consilio. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt ut nec insolens diu maneret et moderatior cito succurreret. Ideo autem duo pares quia unus rem civilem, alter rem militarem administrabat. (9) Exconsules autem dicti quia iam a consulatu exierint, sive discesserint peracto vicis sue anno».

PROCLIVUS, va, vum et hic et hec proclivis et hoc ve idem significant. Dicitur enim proclivus vel proclivis idem quod inclinatus et differt ab acclivo quia proclivum est in ascensu, sed acclivum in descensu. Item differt a declivo quia declivum est deorsum inclinatum vel planum quasi deorsum acclivo. Proclivum autem procurvum est in anteriorem partem quasi preceps et ponitur quandoque pro intento et sedulo et perito, quandoque pro facili. Et componitur a pro et clivus, clivi, quod supra expositum est. Vide versus supra positos ubi exponitur imbecillis.

PRODIGIUM dicitur «monstrum ad vastandum paratum».

15 in ix C 17 id est] et C

PROCONSUL 3 consulum A 4 appellati sunt C 8 tamen *om.* D 9-10 moderatio ABD 10 succederet AD; duos AD 11 ministrabat A 12 exierunt C, discesserunt C

PROCLIVUS 1 ve *om.* C 2 enim] autem B 4 sed] vel D 7 quandoque vero B 9 expositum est] exponitur C 10 positos] expositos AD; exponitur] ponitur B

Ita dicit Huguitio (*s. v.* Ago). Et dicitur a prodigo, gis, quod est vastare vel dilapidare. Unde prodigus, ga, gum, id est consumens. Secundum Papiam prodigium appellatum est quasi prorro dictum eo quod porro dicat, porro significet et aliquid futurum esse protendat. Vel dicere possumus prodigium quasi a digito quia prefigurat remotum et futurum. Vide supra ubi exponitur monstrum.

PRODIRE dicitur devenire, in antea ire. Et componitur a pro et eo, is et interponitur d causa euphonie vel ne videantur due dictiones.

PRODUCO, cis dicitur procul ducere, absentare, extendere, prolongare, vel in conspectum vel in apertum vel extra ducere. Unde hic et hec productilis et hoc le. Opus illud dicitur productile et non est fusile sed productum tunsionibus malleorum.

PROFANUS, na, num quasi procul a fano, id est a templo, dicitur sacrilegus, execratus. Profanum etiam dicitur quicquid non est sacrum. Unde, sicut ait Huguitio (*s. v.* Fonos), profani dicuntur omnes «laici et illiterati quasi procul a fano scientie». Unde Ezechielis xlviii c (15) super illum textum, «profana urbis erunt» etc. dicit glosa, «Profana urbis, laica scilicet, que passim populo habitare liceat, non quod immunda sint aut aliqua in habitatione terre sancte contaminata putentur, sed quia omnibus preter sacerdotes habitare

PRODIGIUM 4 est *om.* C 6 pretendat B 6-7 possumus dicere quod prodigium dicitur quasi B 7 figurat B

PRODUCO 2 apertum] aspectu B 3 opus autem B 4 et] quod BC; tensionibus B

In marg. fol. 143 *add.* D: proheres est qui putat se heredem esse cum non sit

In marg. fol. 143^{v} *add.* D: profiteri est reddere et solvere debitum unde luce secundo et ibant omnes ut profiterentur singuli in civitatem suam et in eodem ascendit ioseph in iudeam civitatem david que vocatur bethleem ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante

PROFANUS 1 templo paganorum B 2 etiam *om.* B 5 xxviii C 7 scilicet *om.* C; passim *om.* C

permissum sit». Item a profanus profano, profanas, id est execrare, contaminare, violare.

PROFUNDUS dicitur quasi procul a fundo habens superficiem.

PROGRESSIOR, id est longior vel prolixior, dicitur a progredior, progrederis, quod est procul vel in antea gradi.

PROPHETA, quasi prefator a predicendo futura, dicitur a profor, profaris, quod est procul ab intentione fari, scilicet aliud verbo proferre et aliud corde. Vel dicitur a pro vel procul et phonos, quod est sonus quasi longe provisa pronuntians. Unde hec prophetissa et propheticus, ca, cum et propheto, tas et prophetizo, zas. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (8,1), «Quos gentilitas vates appellavit, hos nostri prophetas vocant quasi prefatores quia porro fantur et de futuris vera predicunt. Qui autem a nobis prophete in veteri testamento videntes appellabantur quia videbant ea que ceteri non videbant et prespiciebant que in misterio abscondita erant».

PROPHETARE multis modis dicitur; prophetare enim est futura predicere, ut Isaie vii e (14), «Ecce virgo concipiet» etc. Item prophetare dicitur preterita narrare, ut Genesis i (1), «In principio creavit deus» etc. Item prophetare dicitur alibi facta absens nuntiare. Unde iiii Regum v g (26) dicebat Eliseus, «Nonne cor meum in presenti erat quando reversus est homo de curru suo in adventum tuum». Item prophetare

10 sit] est A 11 execrare] extrahere A

In marg. fol. 143^{v} *add.* D: hic et hec profuga profuge qui de uno exercitu fugit ad alium ieremie xxxix d

PROFUNDUS 1 quasi *om.* B

PROGRESSIOR 1 progressio D

PROPHETA 1 predicando C; vel a D 3 proferre *om.* B; aliud in corde habere BC; pro vel *om.* D 5 hec *om.* C 6-7 Ethimologiarum *om.* C 7 vii quondam quos B 9 et de futuris *om.* D 11 prospiciebant C; mysteris B

PROPHETARE 2 ut] unde C 4 deus celum et terram etc. C; dicitur] est B 7 est *om.* A; cursu D

est prophetias recitare. Unde i Paralipomenon xxv a (1), «David et magistratus exercitus segregaverunt in ministerium filios Asaph et Eman et Iditun qui prophetarent in citharis» etc. Item prophetare est laudes deo canere, Numerorum xi e (29), «Quis tribuat ut omnis populus prophetet» etc. Item prophetare est docere. Unde primo ad Corinthios xiiii a (1), «emulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis», et Actuum xiii a (1), «Erant in ecclesia que erat Antiochie prophete et doctores». Item prophetare est proloqui vel prolocutoris officium exercere. Unde Exodi vii a (1), «Aaron frater tuus erit propheta tuus», id est prolocutor. Item prophetare dicitur prefigurare. Sic Iosue dicitur propheta quia Christum prefigurabat. Unde Ieronimus in prologo super Iosue «decrevimus dum spiritus hos regit artus prophetarum explanationi incumbere».

PROPHETIA est prescientia futurorum. Item (*Papias*) «prophetia est rerum latentium preteritarum vel presentium vel futurarum, ex divina inspiratione manifestatio». Dico autem, ex divina inspiratione quia illi qui aut demonum instinctu aut aliis modis latentia dicunt, licet prophete dici possint, tamen inter divinarum scripturarum non numerantur auctores. Latentium dico quia si quis iam cognita dicat, licet futura sint, tamen propheta non est, sicut nos cum resurrectionem predicamus, prophete non sumus. Prophetie autem tria sunt tempora: presens, preteritum et futurum. De presenti, sicut i ad Corinthios xiiii f (24), «Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis aut idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt». Per hoc quod dicitur «occulta cordis manifesta

8 i] in C 9 segregarunt C 10 propharent D 11 laus C 15 erat] erant AD 16 postloqui C 17 a *om.* C 19 sic] sicut A 21 regerit D 22 incombere C; *post* incumbere *add.* B: item prophetare est more arrepticiorum aliena referre unde regum xviii dicitur quod saul prophetabat in medio domus sue

PROPHETIA 2 vel *primum om.* A 4 demonium instructu C 8 nos *om.* B 11 xiii A 14-15 per . . . fiunt *om.* A 14 quod *om.* B

fiunt» ostenditur quod prophetie spiritus non predicit hic quod futurum est, sed ostendit quod est. Prophetia autem est non quod predicit futura sed quod ostendit. De preterito est prophetia, ut Genesis i (1), «In principio creavit deus celum et terram». De illo enim tempore dixit homo quando non erat homo. De futuro autem est prophetia, sicut Isaie vii (14), «Ecce virgo concipiet». Omnia ista scribuntur in Papia. Ysidorus autem in vii (8,33-6) Ethimologiarum ponit vii genera prophetie dicens, «Primum genus prophetie dicitur extasis, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus vas illud submissum de celo in stupore mentis, cum variis animalibus (Actuum x b). Secundum genus est visio, sicut Isaie vi a, 'Vidi dominum sedentem super solium excelsum'. Tertium genus est sompnium sicut Iacob subnixam in celo scalam dormiens vidit (Genesis xxviii d). Quartum genus est per nubem, sicut ab Moysen et ad Iob post plagam loquitur». De Moyse habetur Exodi xix c (9), «veniam ad te in caligine nubis ut audiat me populus loquentem ad te». De Iob habetur Iob xxxviii a et xl a. «Quintum genus est vox de celo, sicut ad Abraham sonuit dicens (Genesis xxii) 'Ne extendas manum tuam super puerum', et ad Saulum (Actuum ix) 'Saule, Saule, quid me persequeris?' Sextum genus est accepta parabola, sicut apud Salomonem in Proverbiis et apud Balaam cum evocaretur a Balac (Numerorum xxiii f) 'assumpta parabola ait' etc. Septimum genus est repletio sancti spiritus, sicut pene apud omnes prophetas».

PROLIXUS, a, um dicitur productus et longus et componitur a pro et lixa, lixe, quod est «mercennarius, garcio qui sequitur curiam et portat aquam in castris exercitus». Et dicitur a lixen, quod est aqua. Unde a longis lixarum pas-

15 hic *om.* C 16 ostendit occulta A 18 ut] ait AD, cum ait C 19 terram etc. B 27 vide C; sedentem *om.* C 28 est *om.* B 31 dicens loquitur C 33 Iob autem habetur B 39 f *om.* C 40 replectio D

PROLIXUS 2 quod] que B 3 exercitus *om.* A

sibus tractum est hoc nomen prolixus. Unde hec prolixitas. Et comparatur prolixus. Ita dicit Huguitio (*s.v.* Luxos).

PROMISCUUM VULGUS dicitur ex utroque sexu permixtum. Et declinatur promiscuus, cua, cuum. Et dicitur a promisceo, ces, quod est procul vel ante vel pro aliquo miscere. Item promiscuum genus, quod grece epicenon, id est supra commune, dicitur, est cum sub uno articulo utriusque sexus animal denotatur.

PROMULGO, gas dicitur pronuntiare, manifestare. Unde participialia et verbalia nomina dirivantur. Et dicitur promulgare quasi promptum et manifestum multis agere.

PROMPTUARIUM dicitur cellarium, de quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (5,6), «Promptuarium dictum eo quod inde necessaria victui promuntur, id est proferuntur». Unde hic promus, promi dicitur custos promptuarii. Unde quidam dicebat,

Gaudeat ista domus quoniam bonus est ibi promus.

Et dicuntur ista a promo, promis, prompsi, promere, promptum, tu, quod est manifestare, expedire, ore dicere, extrahere, proferre. Unde promptus, ta, tum, id est paratus et expeditus ad aliquid agendum vel dicendum. Unde promptulus diminutivum, id est aliquantulum promptus. Item inter cellarium et promptuarium assignatur talis differentia, quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero longi temporis.

5 hec *om.* C
PROMISCUUM VULGUS 5 communem A 6 denotatur ut mustela vulnus C
PROMULGO 1-2 participia C 3 promptum] prompter B
In marg. fol. 144 *add.* D: provulgo dicitur a promo promis quod est propencius extensius propudor id est confusio forte manifestare prolixe cumulate copiose
PROMPTUARIUM 1 proptuarium D 2 proumptuarium D 3 prompte promuntur B; id est *om.* C 5 dicebant B 6 ibi] sibi ABD; primus B 9 ferre D; id est *om.* D 13 quod] quia D; est *om.* C 13-14 vero est longi B

PRONUBA dicta Iuno est quia nubentibus preest quasi prenuba, et generaliter pronuba dicitur que nubenti assistit. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum ix g (7,8), «Pronuba dicta eo quod nubentibus preest, queque nubentem viro coniungit. Ipsa est et paranympha quasi iuxta nympham. Nam nympha dicitur sponsa in nuptiis a nympha, quod est aqua, pro lavationis officio». Invenitur etiam hic pronubus sicut et hic paranymphus. Unde Iudicum xiiii g (20) dicitur quod «uxor Sampsonis accepit maritum unum de amicis eius et pronubis», id est paranymphis sibi astantibus. Versus,

Pronuba curtatur, cui pronubus associatur.

PROPAGO, gas dicitur extendere, protendere. Unde hec propago, id est progenies, linea originis, extensio, flagellum vitis extensum sub terra. Versus differentialis (*Serlo* 2, 93),

Vitem propago, bibet inde futura propago.

Vide infra ubi exponitur vitis.

PROPITIATORIUM erat «tabula aurea eiusdem longitudinis et latitudinis cuius et archa, ut archam tegere sufficeret. De spissitudine eius non legitur. Hoc dicebatur oraculum quia dominus de illo loco responsa dabat. Responsum autem divinum dicitur oraculum quia orantibus datur. Dicebatur etiam propitiatorium quia exinde loquens dominus propitiabatur populo vel quia die propitiationis dicebant gloriam domini semper ibi descendere. Ex utraque vero parte oraculi, scilicet in duobus angulis anterioribus, positi sunt duo cherubin aurei et productiles, non scilicet fusiles sed tunsionibus malleorum producti». Ita scribitur in Historiis (1170) super Exodum (25). In glosa autem ad Hebreos ix (5) dicitur quod dicebatur «propitiatorium sive oraculum» quia ibi

PRONUBA 4 eo quod] est quia B 7 sic AD 8 et *om.* D
PROPAGO 1 unde et hec C 2 id est] hec A 4 vitis CD
PROPITIATORIUM 3 spissatudine vero eius D; hoc] hec BC; oraculum responsorum D 4 loco *om.* A 6 etiam] et C 9 sunt] erant B 12 Exodum] eodem D

apparebat angelus domini loquens Moysi quando dominus propitiaturus era populo. Vide infra proximo.

PROPITIUS, tia, tium dicitur bonus, benignus, mitis, misericors, prosper, placatus. Et dicitur a prope. Unde propitior, aris dicitur esse vel fieri propitium. Unde hec propitiatio, id est placatio, misericordia et hoc propitiatorium, id est locus propitiandi quasi proptiationis oratorium. Ita ethimologizat Papias. Propitiationis festum expositum est supra ubi exponitur neomenia.

PROPINO, nas dicitur potum miscere, amministrare. Unde Ovidius (*A.A.* I, 587),

Vide procurator nimium ne vina propinet.

Et dicitur a propina. Hec propina, ne dicitur locus iuxta publica balnea ubi, post balnea, homines reficiuntur a fame et siti. Et dicitur propina quasi procul a pina, id est fame. Ysidorus in xv (2,42) Ethimologiarum ubi agit de edificiis publicis sic ait, «Propina grecus sermo est que apud nos corrupte popina dicitur. Est autem locus iuxta publica balnea ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur. Unde et propina et propinare dicitur. Pina enim grece famem significat eo quod hic locus famem tollat».

PROPUGNO, nas dicitur procul vel pro alio pugnare vel valde pugnare. Unde hoc propugnaculum, de quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,20), «Propugnacula sunt pinne murorum, sic dicta quia ex hiis propugnatur». Quid sit pinna querе supra ubi exponitur pinnaculum.

14 apparet C 15 populo *om.* C

PROPITIUS 2 placatus condescendens et compatiens hominum afflictionibus et dicitur B 4 placatio] placatiorum C

PROPINO 1 aut ministrare A 2 ovidius metamorphoseon D 3 vide] inde BC, *om.* D; propinator B; propinet] propines A 4 dicitur *primum om.* C; propina *primum*] propino C; huius ne A; ne *om.* B 7 in *om.* C 8 propina] popina ABD; que] qui BCD 9 popina] propina O; autem] enim B 10 fama C 12 in loco illo fames recedat B

PROSELITUS, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum vii g (14, 10), dicitur «advena et incircumcisus qui miscebatur populo dei». Secundum Papiam proselitus dicitur advena et peregrinus transiens de una lege ad alteram, «adventicius, de quo in Psalmo (93,6), 'Viduam et pupillos interfecerunt et proselitum occiderunt'». Alia est translatio quam nostra. Quod autem dicitur proselitus quasi procul a solo situs, ethimologia est. Communiter autem dicuntur proseliti de gentibus ad ritum Iudeorum conversi. Et sic exponunt glose.

PROSPER, ra, rum dicitur faustus, secundus, levis. Et componitur prosper a procul et asper quasi procul ab asperitate, id est absque molestia vel adversitate. Aliqui tamen dicunt quod prosper componitur a prope et spera quasi prope speram. Sic et asper ab a, quod est sine, et spera quasi sine spera. Et secundum istos spera primam corripit sillabam, et innituntur auctoritati Prudentii (*Apotheosis* 210),

Cuius ad arbitrium spera mobilis atque rotunda etc.

Item a prosper dicitur hec prosperitas, id est successus vel felicitas, et prospere adverbium, id est fauste, feliciter et secunde, et prospero, ras verbum activum, id est prosperum facere. Invenitur etiam prosperor, aris verbum deponens, id est prospere agere. Unde in Psalmo (117,25), «O domine, salvum me fac; o domine, bene prosperare».

PROSTIBULUM dicitur lupanar, domus meretricis. Et secundum Ysidorum Ethimologiarum xviii (42,2) dicitur a prosternendo «eo quod post ludos peractos ibi meretrices prosternerentur». Vel melius dicitur a prostituo, is, quod

PROSELITUS 4 alteram legem A 5 pupillos] advenam C 7 dicitur *om.* D
PROSPER 1 secundus] facundus A 2 ab asperitate] a prosperitate D 3 molestia] violantia C 4 spira C 5 asper componitur ab A; spera *primum*] spira C 8 retunda C; etc. *om.* B 10-11 fecunde A 14 prosperare etc BC
PROSTIBULUM 3 paratos B 4 posternuntur B

est pro pretio statuere, proponere quia meretrices pro pretio se statuunt. Unde hec prostibula dicitur meretrix.

PROTELO, las dicitur prolongare, differe. Et componitur a pro et telo, las, quod idem significat, et dicitur a telon grece, quod est longum latine. Tamen telo, las non est in usu.

PROTERVUS dicitur valde torvus, crudelis, terribilis. Et componitur a pro vel prorsus et torvus quasi valde vel omnino torvus. Torvus autem dicitur crudelis, terribilis quia sit torto vultu. Et dicitur a torqueo, torques, torsi, quere, torsum vel tortum, quod est cruciare, flectere, volvere, mittere vel iaculari.

PRO TRIBUNALI, id est in tribunali, protheseos paralange, id est prepositio pro prepositione. Pro tribunali, id est ad tribunal. Vel pro tribunali, id est pro iudicio dando in tribunali, id est in sede iudicaria. Tribunal exponitur infra in suo loco.

PROVECTUS, ta, tum dicitur procul vel ante vectus, promotus, sublimatus, auctus, cumulatus. Unde provecta etas dicitur annis aucta et cumulata. Et dicitur a proveho, provehis, quod est procul vel ante vehere, promovere, extollere.

PROVERBIUM dicitur similitudo, parabola, ubi aliud dicitur et aliud intelligitur, quasi verbum pro verbo positum vel quasi verbum pro alio. Unde proverbior, aris dicitur, id est proverbia dicere vel proverbiis vituperare. Vide supra ubi exponitur parabola.

6 statuerunt A
PROTELO 3 grece *om.* C
PROTERVUS 1 terribilis *om.* D 4-5 torsum su vel tortum tu A
PRO TRIBUNALI 1 palange A 1-2 paralange est id est C 2 prepositio *om.* D; pro] cum C; prepositione vel protribunali BC 4 iudicaria] iudicatoria B; infra in *om.* B
PROVECTUS 1-2 promotus vel sublimatus C 2 auctus] ductus B 3 proveheo C

PROVERBIORUM LIBRUM edidit Salomon. Inde dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (2,18-19), «Salomon, filius David, regis Israel, iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit. Horum primus est Masloth, quod Greci Parabolas, Latini Proverbia vocant eo quod in ipso sub comparativa similitudine figuras verborum et imagines veritatis ostenderit. Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reservavit».

PROVINCIA, quasi procul victa, dicitur regio procul posita et devicta. Unde Papias, provincie ex causa vocabulum acceperunt, «principatus namque gentium qui ad reges alios pertinebant, cum in ius suum Romani vincendo redigerent, procul positas regiones provincias appellaverunt». Item provincie appellantur confinia regionum.

PROVOCARE dicitur irritare et secundum Papiam provocare dicitur poscere, porro vocare.

PRUINA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,8), «est matutini temporis frigus, que inde pruine nomen accepit, quia sicut ignis urit, a pir grece, quod est ignis. Urere enim et ad frigus et ad solem pertinet . . . nam et calor urit . . . et frigus urit». Vide supra ubi exponitur gelu. Vel dicitur pruina a perurendo.

PRUNA, prune dicitur carbo vivus vel ignitus et dicitur a perurendo. Item hec prunus dicitur quedam arbor cuius fructus hoc prunum dicitur. Unde versus,

Igne calet pruna, fert prunus dulcia pruna.

PRURIO, ris verbum quarte coniugationis, dicitur molliter effluere, pruritum habere, et pro fastidire invenitur. Unde

PROVERBIORUM 2 in vi eth A 4 primum BC; est *om.* C 5 vocant] dicunt B; ipso] ipsa A 7 ostendit B 7-8 legem B
PRUINA 3 ignis latine A 6 pruina *om.* B
PRUNA 1 vivus] ignis B 2 hec *om.* D 3 prunum] primum D
PRURIO 1 verbum est B

pruriens participium et hic pruritus, tus, tui et hec prurigo, ginis idem quod pruritus, scilicet ardor et exustio carnis vel aurium, cogens ad scalpendum. Item prurigo dicitur ipsa scabies que pruritum infert et ardorem. Unde dicitur prurigo quasi perurigo vel quasi perustionem agens et prurio quasi perurio, et videtur ethimologia esse.

PSALLO, lis, li, lere dicitur «exultare, iubilare, congaudere vel cantare. Proprie vero psallere est gestu corporis exprimere gaudium mentis, et hoc quadam digna qualitate vocis». Unde psalterium quoddam instrumentum musicum quia in eo psallebantur et cantabantur psalmi. Et hinc «psalterium dicitur ubi psalmi continentur. Vel psalterium grece, hebraice nablum», latine organum dicitur. Unde «hic psalmus, mi quia ad psalterium cantabatur». Et «componitur psalmus cum oda, quod est cantus, et dicitur hec psalmodia». Ita dicit Huguitio. Et nota quod psallo, psallis caret supino. Vide versus infra ubi exponitur salio, lis. Item dicit Huguitio quod «psalmus dicitur psalma tis, et hec psalma me, idem quod psalmus. Et componitur hoc simpsalma tis, diapsalma tis et hec simpsalma me et hec diapsalma me». Que exponit Ysidorus dicens in vi (19,15) Ethimologiarum ubi agit de officiis, «Psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum simpsalma dicitur vocis copulatio cantando, ita diapsalma disiunctio earum ubi quedam requies distincta continuationis ostenditur. Unde illud probabile est, non coniungendas sententias in psallendo ubi diapsalma interpositum fuerit, quod

4 huius ginis A 8 perurio] perurigo C
PSALLO 1 psallio C 3 hoc] hec AD; digna *om.* B 4 unde hoc psalterium dicitur C, unde et psalterium D 5 psallebatur AC 7 nabla AC, nabulum D 8 huius mi A 9 hec *om.* C 11 salio] psallo D 12 quod a psalmus BC; psalmus dicitur psalmus A; huius tis A; huius me A 13 idem est quod B; hoc] hec BC; simpsalma huius tis A 14 diapsalma] et hec diapsalma BC; simpsalma huius me AC; et hec diapsalma me *om.* B; diapsalma huius me A; me et diapsalma que C 16 fit AB 19 eorum BCD; ubi] ut B

ideo interponitur ut conversio sensuum vel personarum esse noscatur ».

PSALTERIUM nomen accepit a quodam musico instrumento quod hebraice nablum, grece psalterium a psallim, quod est tangere, latine organum dicitur, quod est decacordum et a superiori reddit sonum per manum tactum. Ab illo instrumento ideo nominatur liber Psalterium quia ad vocem illius instrumenti David decantabat psalmos ante archam in tabernaculo domini. Et dicit Papias quod « psalterium ideo cum melodia cantilenarum suavium ab ecclesia frequentatur, quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Primitiva autem ecclesia ita psallebat ut modico vocis flexu faceret resonare psallentem ita ut pronuntianti vicinior esset quam canenti; propter carnales autem in ecclesia non propter spirituales consuetudo cantandi instituta est, ut qui verbis non compunguntur suavitate modulationis moveantur ». Sic namque et Beatissimus Augustinus in libris Confessionum Suarum (x, 33) consuetudinem canendi approbat in ecclesia ut per oblectamenta infirmior animus ad affectum pietatis exsurgat. Nam ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius moventur animi nostri ad flammam pietatis cum cantatur quam si non cantetur. « Omnes enim affectus nostri pro sonorum diversitate nescio qua occulta familiaritate excitantur magis quando suavi et artificiosa voce cantatur ».

PSALTES, psalte dicitur peritus in cithara vel organo. Unde i Paralipomenon xxiii a (5), « quattuor milia ianitores et to-

22 per sensum C 23 dinoscatur A
PSALTERIUM 1 instrumentum AD 2 psalin C, psalmi D 3 dicitur *om.* C 6 David] deo B; psalmos] psalmo B 7-8 ideo cum] idem est cum B 10 flexu] fletu B 11 pronuntiati C 13 consuetudo *om.* AB 14 modulaminis BD 15 libris] libro B 17 oblectamenta inquit aurium infirmior BC 18 sanctis] psalmis B 19 nostri] fidelium B 20 cantaretur B 21 qua] quam D 22 quando] quam O 22-23 cantetur D
PSALTES 1 vel in organo C 2 xxii D

tidem psalte canentes domino in organis» etc. «Tradunt philosophi quod armonia letum reddat letiorem et tristem tristiorem et dicunt mathematici quod multi demones armoniam ferre non possunt et quandoque nulli». Ita scribitur in Historiis (1310-11).

PSEUDO grece, latine dicitur decipiens vel falsus. Unde pseudoapostolus, id est falsus apostolus, et pseudopropheta, id est falsus propheta, vanus et decipiens. Et in hiis et in similibus potest esse compositio vel appositio. Et est pseudo utriusque numeri et indeclinabile et omnis generis. Unde et pseudolus, la, lum dicitur, id est falsus et fallax. Vel pseudolus dicitur falsus servus a pseudo et dulos, quod est servus.

PUBERTAS dicitur «etas definita, scilicet xiiii annorum vel qua puer pubescit. Et inde dicitur puberto, tas in pubertate esse vel pubertate florere». «Item pubertas dicitur collectio puberum», id est iuvenum, et dicitur a puber, beris. Item nota quod hec pubes, pubis dicitur «etas pueri xiiii annorum. Item pubes dicitur collectio talium iuvenum proprie». Et pubes dicitur prima barba, scilicet lanugo et proprie inferior, scilicet pecten. Unde et dicitur pubes «quasi pudendorum nubes. Unde pubeo, bes, bui, id est crescere vel pubem emittere et inde pubesco, cis inchoativum, id est barbescere, crescere vel pubere, idem est quod pubes esse, id est tali etate esse vel talem etatem ducere vel habere. Item a pubes hic et hec puber, ris vel pubes, pubis, id est puer pubem iam

3 psaltes AD; canentes in domino A; etc. *om.* B 4 letitiorem C; et *om.* B; tristem vero B 5 mathematici id est divini D; quod] et A 6 et] e C 7 *Post* Historiis *add. in textu* AB, *in marg.* D: scire facit mathesis sed divinare mathesis (*Grec.* x, 211) (media sillaba producta A)

PSEUDO 1 vel] et A 2 pheudo apostolus B; id est falsus apostolus *om.* BC 3 et deceptor vel decipiens B; in *alterum om.* B 5 et *alterum om.* B 6 dicitur *om.* C; et] vel CD

PUBERTAS 3 vel in pubertate A; item] et BC 5 hec *om.* CD 8 pecten] peccatio D 9 bui bere A; vel pubem *om.* C 11 est *grimum om.* D; pubes] pubem D 13 pubes] pube C; iam *om.* A

habens vel emittens, scilicet qui iam generare potest. Et hoc incipit esse proprie a xiiii annis, sed femina incipit potens esse viri ab annis xii, et ita volunt quidam puberem ex annis dici, scilicet qui xiiii annos expleverit quamvis tardissime pubescat. Sed certum est puberem esse qui ex habitu corporis puberem ostendit ut generare iam possit. Unde et pubes dicitur a pube, id est a pudendis corporis, quia hec loca tunc primo lanuginem emittunt . . . Puber componitur hic et hec impuber, impuberis. Et similiter pubes componitur hic et hec impubes, impubis in eodem sensu, scilicet puer qui nondum habet barbam». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Pupus).

PUBLICUS, ca, cum dicitur communis, sed proprie commune est quod pertinet ad omnes homines eiusdem civitatis, publicum quod ad omnes generaliter. Inde publico, cas, id est divulgare, commune facere. Et dicitur publicus a Publio. Publius enim fuit quidam qui primo rem suam fecit communem et publicam. Et a publicus dicitur publicanus, na, num, quod exponit Ysidorus Ethimologiarum ix (4,32) ubi agit de imperiis dicens, «Publicani appellantur conductores vectigalium fisci vel rerum publicarum sive qui vectigalia publica exigunt vel qui per publica negotia seculi lucra sectantur».

PUELLA, ut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (2,12) ubi agit de etatibus, «Parvula est quasi pulla» vel quasi per diminutionem dicitur a puero. Dicitur enim hic puer, unde hic puellus diminutivum, a quo hec puella. Vel secundum Priscianum (III, 37) antiqui dicebant hec puera puere, unde hec puella diminutivum. Versus de Grecismo (x, 37-8),

Virgo pudicitiam notat etatemque puella,

14 scilicet puer qui D; hoc] hec AD 17 explevit B 21 primo] primum BC

PUBLICUS 2 est quod] esse D 3 publicum autem quod B 3-4 id est *om.* D 4 communem D; et] idem B; publicus] publicum C; a publico cas vel a publio B 5 quidam *om.* B; facit A

PUELLA 2 quasi *primum om.* BC 2-3 diminutionem vel dicitur C 3 puero] puera C 4 diminutivum *om.* C; hec] exit B, *om.* C

Sed tamen improprie pro virgine pone puellam.

PUER «a puritate vocatur quasi purus et necdum lanuginem floremque genarum habens». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (2,10) ubi agit de etatibus, et subdit ibidem (11), «Puer tribus modis dicitur: pro nativitate, ut 'Puer natus est nobis' (*Is.* 9,6), pro etate, ut octennis, decennis, . . . pro obsequio et fidei puritate». Sic prophete pueri dicebantur. Nota distinctionem etatis humane supra positam ubi exponitur adoleo, adoles.

PUGNUS, pugni dicitur manus clausa cum compressione digitorum. Et dicitur a pungo, gis, pupugi, quod est stimulare vel configere quia, cum pungere manu volumus pugnum facimus et cum eo pungimus. Item pungere dicitur punctum facere, sicut fit in libro, et tunc facit punxi in preterito. Item a pugnus, pugni dicitur hic pugillus diminutivum. Et, sicut dicit glosa Isaie xl (12), «Pugillus est contractis digitis pugnus». Quandoque tamen accipitur pro modico, quod quasi potest comprehendi in pugno, quod tamen proprie hoc pugillum dicitur. Sicut enim dicit Huguitio (*s. v.* Pungo) hoc pugillum dicitur illud «quod pugno defertur et in quo scribitur, ut liber vel tabella vel carta . . . et idem hoc pugillar laris, et hoc pugillare laris et hic pugillaris in eodem sensu, scilicet penna vel cornu vel tabula manualis. Unde Luce ii f (1,63), 'postulans pugillarem scripsit' etc . . . Et hic et hec pugillaris et hoc lare ad pugnum pertinens». Ita scripsit Huguitio.

PUGIO, onis «a pungendo et transfigendo vocatus. Est enim

PUER 1 vocatur] dicitur C; nundum D 2 floremque *om.* C 5 est *om.* B 6 sic] sicut C

PUGNUS 1 cum] a C; comprehensione AD 2 pupugi *om.* C 8 accipitur] sumitur A 9 tamen] magis BC 11 pugno] pugillo B; defertur vel pugno et B 13 laris *alterum*] huius laris A 13-16 laris *alterum* . . . lare *om.* B 16 pugnum] punctum C; scribit B

PUGIO 1 vocatus est est BC

gladius parvus et bis acutus, lateri adherens. Idem et clunabulum dictum eo quod religetur ad clunem». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xviii (6,6) ubi agit de gladiis.

PULEX dicitur a pulvere eo quod ex pulvere nascitur. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xii (5,15) ubi agit de vermibus, «Pulices vocati sunt eo quod ex pulvere magis nutriantur». Quod autem dicitur pulex quasi in pulvere latens ethimologia est.

PULMENTUM secundum Huguitionem (*s.v.* Palim) dicitur «cibus delicatus et suavis, et hoc pulmentarium pro eodem. Item pulmentum vel pulmentarium dicitur quilibet cibus preter panem», companage in gallico. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xx a (2,7), «Pulmentum dicitur a pulte; sive enim sola puls sive quid aliud eius permixtione sumatur, pulmentum proprie dicitur». Idem in eodem (27), «Pulpa dicitur eo quod cum pulte olim mixta vescebatur. Unde et pulmentum et pulmentarium dictum». Hec puls, pultis dicitur cibus ex aqua et farina confectus sicut gruellum. Pulpa est caro sine pinguedine, sicut est tumida et grossa caro brachiorum et crurum, et dicitur a palpando quasi palpo quia palpitat et resilit. Vide supra ubi exponitur palpare.

PULMO, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (1,124), «ex greco trahit vocabulum. Greci enim pulmonem pleumon vocant eo quod cordis flabellum sit in quo pneuma, id est spiritus, inest, per quod et agitatur et movetur. Unde et pulmones vocati sunt. Nam grece pneuma spiritus dicitur

2 idem] ideo B 2-3 cunabulum C

PULEX 1 pulex pulicis B; eo quod] quia BC 4 quod] quia A; dicitur pulex dicitur D

PULMENTUM 1 dicitur *om.* B 2 cibus est delicatus B; hoc *om.* B 4 compenage D 7 et idem D 8 pulte] pulpe D 9-13 Hec . . . palpare *in marg.* D, *om.* B 9 pultis *om.* C 11-13 pulpa . . . palpare *in marg.* A 11 est *primum*] vero C 13 palpitat] palpat A, papitat C

PULMO 5 pneuma] pleuma B

qui flando et agitando aerem emittit et recipit, a quo moventur pulmones et palpitant et aperiendo se ut flatum capiant, stringendo ut eiciant.»

PULLI «dicuntur omnium avium nati, sed et animalium quadrupedum nati pulli dicuntur, et homo parvus dicitur pullus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,5) ubi agit de avibus. Et nota quod pullus diminutivum est a pupus. Nam pupus, pa, pum dicitur parvus. Unde pullus, la, lum, id est parvus, et hic pullus, id est avis vel quadrupedis natus quia parvus est. Item pullus, la, lum dicitur niger, et tunc dicitur pullus a polluo, luis quasi pollutus. Item a pullo pro nato avis dicitur hic pullulus diminitivum, et inde dicitur pullulo, las, id est germinare, multiplicare, facta translatione a pullis qui producuntur multipliciter ex ovis.

PULVINAR, naris, id est cervical, dicitur a pluma vel a pullo quia de plumis pullorum solebant fieri. Et hic pulvinus idem, a quo et hic pulvillus dicitur diminutivum. Et dicit Papias quod pulvinus est «privati hominis cervical» vel culcitra. Pulvinar vero ac «pulvinaria principum» sunt vel regum. Item pulvinaria dicebantur lectisternia que sternebantur in templis. Item pulvinaria dicebantur res divine, sacra, sacrificia, foci, are, penetralia, sollempnia, templa numinum, cultus, ceremonie. Item pulvini sunt «machine quibus naves deducuntur et subducuntur in portu». Ita dicit Papias et sumpsit ab Ysidori Ethimologiarum xix (2,16; 26,4).

PULVIS dicitur «quod vi venti pellatur. Tollitur enim eius flatu nec resistit nec stare novit. Unde David 'tamquam

7-8 capiat et BD 8 stringendose C

PULLI 2 dicuntur] dicimus C 3 ita] item B 5-7 pullus . . . item *om.* B 8 polluo] pollio C; pollutus] pollitus C; pullo] pullus C 9 dicitur *om.* BC

PULVINAR 1 id est *om.* B 6 sternebant D, sternebantur antiquitus in B 8 foci are] sociare B; numinum] munimen D 11 ix A

PULVIS 1 quod] quasi D; vi] vis D; pellitur D, pulsatur A; eius *om.* AD

pulvis, quem proicit ventus a facie terre'». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi a (1,1). Et declinatur hec pulvis vel pulver, huius pulveris.

PUMEX, pumicis masculini generis lapis est levis et cavernosus. Et dicitur pumex quasi spumex «eo quod spuma densitate concretus sit», sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (3,7) ubi agit de lapidibus vulgaribus. «Et est aridus, candore parvus, tantamque naturam refrigerandi habens quod si missus fuerit in vas musta defervere desinant». Ita dicit Ysidorus.

PUNCTUS, puncti et hoc punctum, ti in eodem sensu, scilicet quod pungendo facimus vel principium linee. Sed punctus est simplex et indivisibilis quantitas, prima in compositione linee et ultima in resolutione. Item punctus est cuius pars non est. Item punctum appellatur in compoto (*De temp.* 1) quarta pars hore. Item hic punctus, ctus, ctui dicitur actus vel passio pungendi vel quod pungendo facimus. Omnia dicuntur a pungo, gis, quod duas habet significationes et duo habet preterita. Significat enim punctum facere, sicut solet fieri in libro, vel puncta numerare. Et secundum hoc declinatur pungo, gis, punxi, punctum, tu. Item pungere idem est quod stimulare, configere, et secundum hoc declinatur pungo, gis, pupugi, punctum, tu. Unde in Doctrinali (856-7) scribitur,

> Preterito duplici, duo significans: stimulando
> Pungo facit pupugi, punxi punctos numerando.

Item Priscianus (x, 32), «pungo, pupugi vel punxi ... Expungo vero et expunxi dicimus, at repungo, repupugi et

3 que ABC

PUMEX 1 masculi B 2 pumex eo quod quasi D 3 sicut] ita C 4 est *om.* C; aridus] albus B 6 quod] quam AC; desinent B 7 ysidorus eth eodem capitulo A, ysidorus eth D

PUNCTUS 6 hic *om.* B 7 actio A 8 habet *om.* B 11 punxi] pupugi B; punxi pungere punctum D 12 pungere] pungi AB 13 tu *om.* D 18 expunxi] punxi B

repunxi, ut Capro videtur. Cum ei qui nos pupugit talionem, id est vicem, a nobis redditam ostendimus repupugi dicimus, quando vero de ratione lune vel kalendario loquimur repunxi dicimus».

PUPILLA «est medius punctus oculi in quo vis est videndi, ubi, quia parve imagines nobis videntur, propterea pupille appellantur. Nam parvuli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupillam vocant. Vocatur autem pupilla eo quod sit pura atque impolluta ut sunt puelle. Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visis certa est desperatio. Circulus, quo a pupilla albe partes oculi separantur discreta nigredine, corona dicitur quod rotunditate sui ornet ambitum pupille. Volvos autem quidam appellant ipsos vertices oculorum a similitudine valvarum». Ita dicit Ysidorus in xi (1,37-8) Ethimologiarum circa principium. Item pupilla invenitur in alia significatione, sicut patet infra proximo.

PUPILLUS, ut ait Huguitio (*s. v.* Pupus), dicitur «puer qui infra annos pupillares constitutus est in tutela alicuius», et dicitur a pupus, pa, pum, quod est parvus. Item hic

20 repupugi dicimus *om.* D

PUPILLA 1 quo scilicet est vis B 3 parvuli] parvi C; pupilli *om.* D 4 pupillam] papulam C; pupilla] pupulla C 7 circulus a quo a AB 8 albe] alie BD; oculi *om.* BCD 9 quod] quia D; rotundine D; sui *om.* A; ambitum] obitum D 11 similitudinem C; similitudine scilicet valvarum B 13 *Post* proximo *add. in textu* A, *post* puelle (*v.* 5) C, *in marg.* D: (Verba sunt ysid eth xi capitulo i C) quasi diceret a pupillus li dicitur pupilla quia parva ad modum pupilli nam pupillus uno modo dicitur parvus puer vel dicitur a puella eo quod sit pura ad modum puelle vel dicitur a puppa pe propter ymagines que ad modum puppe resultant in pupilla sunt autem (autem pupe C) quedam (quidam A) statuncule quas virgines solent facere in modum filiarum et vestibus abvolvere (obvolvere C) quas cum ad annos nubiles veniebant et puerilibus abrenuntiabant quasi sub potestate veneris future veneri sacrificabant unde persius (2, 69-70) dicite pontifices in sacco (sacro C) quid facit aurum nempe hoc quod veneri donare a virgine pupe (puppe A) unde hec pupilla (pupula C) diminutivum et dicitur a pupus pa pum quod est parvus

«pupillus et hec pupilla qui vel que caret patre vel matre vel utroque, scilicet orphanus vel orphana, sed orphanus est grecum, pupillus latinum. Unde in Psalmo ((10),18) ubi legitur «pupillo tu eris adiutor», grecus habet orphano. Et dicitur a pupus, pa, pum quia pupillus vel pupilla parvam habet consolationem». Papias dicit quod pupilli dicuntur «quasi sine oculis, hoc est parentibus orbati. Hii autem vere pupilli dicuntur quorum patres ante decesserunt quam ab hiis nomen acceperunt. Ceteri orbi vocantur».

PURPURA dicitur a purus, ra, rum eo quod sit pura et munda. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (28,5) ubi agit de coloribus vestium dicit sic, «Purpura apud Latinos a puritate lucis vocata. Apud Grecos vero porphira dicitur cum aspiratione». Item super illum textum Proverbiorum ultimo (31,22), «bissus et purpura indumentum eius», dicit glosa, «Bissus est candidi coloris, purpureus autem color de sanguine animantis, qui purpura vocatur, fit et sanguinis habet speciem». Totam glosam declarat alia glosa que ponitur Cantici vii (5) super illud «sicut purpura regis vincta canalibus», ubi dicitur «Coclee maris ferro circumcise lacrimas purpurei coloris emittunt. Quibus collectis purpurei coloris tinctura conficitur». Et sumitur ista glosa de Ysidoro Ethimologiarum xix (28) ubi agit de tinctura vestium. Quid autem sit coclea vide supra ubi exponitur concha. Sic patet quod purpura sanguinei coloris est.

PUSILLUS, la, lum, id est parvus, modicus diminutivum est

PUPILLUS 5 est *om.* D 6 pupillus vero latinum B 10 hoc] id B 11 quam] quare B

PURPURA 1 a *om.* C 8 vocatur fit] vocatus sic C 14 agitur C 16 sit coloris B

In marg. sub fine fol. 251 *add.* C: purpurissum genus coloris ex creta argentaria et cum pur[ ] pariter tingitur ysid [ ] 17 d

PURPURARIA *Inter* purpura *et* pusillus *add. separatim* C: purpuraria sicut dicit glosa actuum xvi dicebatur regina induta regali purpura vel testrix purpure

PUSILLUS 1 est *primum om.* C

a pusio. Est autem pusio parvus puer vel infans. Iuvenalis (6,34),

Nonne putas melius quod tecum pusio dormit.

Et dicitur a pupus, pa, pum, quod est parvus. Pusillus componitur cum animus, animi et dicitur pusillanimus, ma, mum et hic et hec pusillanimis et hoc me, scilicet pusillum animum habens. Unde hec pusillanimitas. Vide versus supra positos ubi exponitur imbecillis.

PUSTULA, sicut ait Ysidorus in iiii (8,20) Ethimologiarum, «est in superficie corporis turgida veluti collectio». Et dicitur pustula a pus, quod est putredo. Vel est quedam infirmitas que reddit hominem putridum. Et dicitur a puteo, tes, tui, tere, quod est fetere. Unde versus,

Nemo placere putet cuius presentia putet.

Item pus idem est quod custodia, et tunc dicitur a purus, ra, rum quia pure retineat. Versus (*Nequam, fol.* 105^{v}, 8-9),

Pus pro putredo non declinabile credo,
Pus declinatur custodia quando vocatur.

PUTARE dicitur «opinari, scindere, purgare, virgam exuere, superflua resecare». Ita dicit Huguitio. Unde in ii (12) Cantici dicitur, «tempus putationis advenit», in quo scilicet vitis superflua resecantur.

PUTEUS a poto, tas quasi potans dicitur et, sicut dicit Augustinus (*In Iohan. Evang. Tract.* XV, *PL* 35, 1512), «Omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Ubi enim aqua de terra manat et usui prebetur haurientibus, fons dicitur; sed si in promptu et in superficie sit fons tantum dicitur, si autem

4 quod tecum *om.* D 5-6 pusillus et componitur C 7 hoc *om.* B; pulillum D 8 pusillaminitas D

PUSTULA 5 tere *om.* D 6 *Cf. Walther*^{2}, *no.* 16396

In marg. fol. 148^{v} *add.* D: puteo putes putui id est fetere unde putidus id est fetidus et comparatur unde putide putidius putidissime et hec putiditas putiditatis et hec putida id est meretrix quia puteat et hic putor id est fetor putulentia id est fetulentia

in alto et profundo sit ita puteus vocatur ut fontis nomen non amittat». Item a puteus hic puteolus diminutivum.

PUTEOLI, sicut dicit glosa Actuum ultimo (28,13), «locus est ultra Romam ubi Virgilius fecit balnea medicinalia, singula propriis inscripta titulis ut dicitur, contra quam scilicet valerent egritudinem. Unde Salernitani invidia ducti supervenientes in manu forti titulos destruxerunt et edificia mutilaverunt». Aliqui tamen codices non habent glosam istam.

PUTREDO multa significat que habentur per hos versus Grecismi (x, 193-5),

Porcorum luvio, sed tabes morticinorum,
Est sanies vermis cuiusque venena gerentis,
Putredo saniem tabem notat et luvionem.

Luvio dicitur tabis fluxus, feditas, lues, sordes vel turpis voracitas. Unde in hympno «mentibus pulsa luvione», id est tabe vitiorum vel feditate. Quidam dicunt ibi livione, id est livore, sed errant quia livio nichil est. Luvio autem dicitur a lues, luis, quod est «macula vel sordes vel pestilentia, morbus repentinus». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Luo). Unde luidus, da, dum vel luvidus, da, dum, id est maculosus vel lue, id est tabe, fluens. Quidam simplices ponunt livionem in predictis versibus Grecismi, dicentes quod livio infirmitas est porcorum et dicitur a liveo, ves, quod est nigrescere et ponitur pro invidere. Isti legunt et non intelligunt quod, si ita esset ut dicunt, livio produceret primam sillabam, sicut liveo a quo descendit et sicut livens, livor et lividus et ita falsus esset versus Grecismi. Dimittamus igitur livionem, quod nichil est, et dicamus livio, onis, quod corripit primam

PUTEUS 6 in profundo C
PUTEOLI 2 singulis C 4 salernitani vel salernite B
PUTREDO 4 est] et C 7 humpno sancti iohannis baptiste mentibus C 9 a *om.* C 10 luis *om.* B 11 luidus] lividus D 12 luvidus] lividus AB; id est *om.* D 15 et *primum om.* B; dicitur *om.* C 18 et *alterum om.* C 20 quod nichil est] cum nichil sit ut dictum est B

sillabam, sicut lues a quo descendit. Unde bene dicitur in Doctrinali (1974),

u super u solam producunt; cetera curtant.

Et est sensus grammatici *producunt* u vocalem *solam* sine alia littera in eadem sillaba cum ipsa posita, *super* u, id est ante u consonantem, ut uva, uve sed *curtant*, id est breviant, *cetera* que habent aliam vel alias litteras in eadem sillaba cum u vocali ante u consonantem posita, ut iuvo, pluvia, luvio. Nec debes instantiam ponere in preteritis iuvi et pluvi quia prius dederat regulam talem (*Doctr.* 1634-6),

Omnia preterita pones disillaba longa,
Que breviant gemine vocales; deme bibitque
Et dedit atque fidit, scidit et stetit et tulit hec sex.

Item alii versus,

Sto, bibo, do, findo, fero, scindo; cetera nullo
Corripienda modo si sint disillaba dico.

Q

QUADRANS, sicut ait Ieronimus super Matthei v (26), «genus nummi est quod habet duo minuta». Unde Marci xii g (42) dicitur, «Cum venisset una vidua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans». Secundum Huguitionem (*s. v.* Quatuor) quadrans est «quarta pars nummi vel libre». Secundum compotistas quadrans est quarta pars diei naturalis, scilicet sex hore. Communiter loquendo quadrans est quarta pars cuiuslibet rei divise in quatuor partes equales. Et declinatur hic quadrans, tis et derivatur a quatuor.

24 sic et est sensu C; solam id est sine B 25 super *om.* A 28 iuvo] vivo AB, luvo C, iuvio D 29 iuvi] vivi AB, luvi C, iuvii D 32 bibique A

In marg. fol. 148v *add.* D: putus puta putum id est purgatus et purus a puto putas quod est purgare unde aurum excolatum putum dicitur et nuces purgatas putas esse affirmamus

QUADRANS 2 g *om.* AC 3 paupercula C 9 huius tis A; *add. in marg.* D *post* quatuor: tempus quadrimeste id est quatuor mensium

QUADRIGA, sicut ait Huguitio (*s. v.* Quatuor), dicitur «carruca a quatuor equis tracta» et componitur a quadrus, dra, drum et ago, gis vel iugum. Quadrum autem dicitur quatuor angulos vel latera habens.

QUAM, sicut ait Priscianus (XVI, 9) ubi agit de coniunctione, coniunctio est «electiva . . . ut dives volo esse quam pauper». Idem ibidem «est autem quam et accusativus infiniti nominis et adverbium similitudinis, ut Terentius in Phormione (41),

quam inique comparatum est»

pro ut. Item «duplicatum pro coniunctione adversativa acciptur», ut quamquam pro quamvis. Item quam coniunctio est copulativa, ut Socrates est tam grammaticus quam musicus. Item est adverbium comparandi, ut Socrates est fortior quam Plato. Item est adverbium eligendi, ut bonum est confidere in domino quam confidere in homine. Potest tamen quam teneri comparative et etiam negative, id est non in homine. Item ponitur infinite vel ammirative, ut Sapientie xii a (1), «O quam bonus et suavis est, domine, spiritus tuus» etc. Item ponitur quantitative, ut ibi (*Ps.* 132,1), «Ecce quam bonum et quam iocundum» etc. Et secundum hanc significationem a quam dicitur quantus, ta, tum.

QUANTOCIUS, id est quanto ocius, velocius, citius. Et componitur a quanto et ocius adverbio quod est velocius. Ocis enim grece, velox latine, et comparatur ocis, ocior, ocissimus. Unde ocius et ocissime adverbia.

QUADRIGA 1-2 carruca gallice charrue B 3-4 vel quatuor latera B

QUAM 2 magis volo esse B 3 idem] item B; accusativum AC 4-5 Phormione] phonii AD 7 duplicata C 9 Socrates] hic sortes O 9-10 musicus id est grammaticus et musicus item BC 10 Socrates] sortes ACD, sors B 15-16 tuus in etc C 16 etc] in nobis B; ecce *om.* B

QUANTOCIUS 2 adverbium AD 3 *Post* latine *add.* C: unde occeanus magnum mare ab ocis quod est velox quia velocitate sua circuit terram 4 ocis A; *Add. in marg.* D: quassa vexat corrumpit atterit

QUATINUS prout coniunctio est causalis. Et componitur a qua et tenus. Unde in compositione, ne videantur esse due dictiones, mutatur e in i et dicitur quatinus. Nam qua tenus due dictiones sunt quibus frequenter utuntur iurisperiti, ut cum dicitur «non debet tibi credi nisi qua tenus legitimis constiterit documentis», id est tenus qua parte vel in quantum. Unde scribitur in Grecismo (XXII, 86-8),

Dictio quatinus est, oratio qua tenus esto,
Dictio sub media brevis est, oratio longa,
Si fiat prosa, breviant tamen utraque metra.

Quatinus pro quia ponit Iuvenalis in iiii (12,102) dicens,

Quatinus hic non sunt nec venales elephanti.

QUATUOR TEMPORA anni exponuntur supra ubi exponitur autumpnus.

QUATUOR VIGILIAS exponit Magister in Historiis (1576) super illum textum Matthei xiiii (25), «Quarta autem vigilia noctis venit ad eos», ubi dicit sic, «Quatuor vigilias faciunt excubantes in castris. Prima dicitur conticinium in qua omnes vigilant, secunda vero intempestum in qua adolescentes, tertia gallicinium in qua viri, quarta antelucanum in qua senes. Has dominus aliis nominibus nominavit, 'sero, an media nocte, an galli cantu, an mane' Marci xiii g (25)». Vide supra ubi exponitur crepusculum.

QUERCUS, cus, cui arbor est multum annosa. Et dicitur a quero, ris eo «quod ea soliti erant dii gentium querentibus responsa precinere», sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,38). Vel dicitur a querendo quia antiquitus homines que-

QUATINUS 2 qua] quam AD 4-5 ut cum dicitur *om.* C 5 debet tibi credi] tibi credo C 11-12 quatinus ... elephanti *in marg.* D, *om.* B 12 *post* elephanti *add.* D: quatenus qua ratione qualiter quamdiu pro eo quod hucusque quo ordine quomodo usque quia ad quem finem quatinus adverbium loci vel temporis ut cum dicimus quatinus ibimus usquequo

QUATUOR VIGILIAS 1 exponit] ponit BC 8 g *om.* AB

QUERCUS 1 annosa] nodosa A 2 quod in ea solita C

rebant ibi glandes ad comedendum. Unde Ovidius in principio Methamorphoseon (1,103-6),

Contentique cibis nullo cogente creatis
Arboreos fetus montanaque fraga legebant
Cornaque et in duris herentia mora rubetis
Et, que deciderant patula Iovis arbore, glandes.

Et alibi dicit poeta (*apud Isid. Etym.* XVII, 7,26),

Mortales primi ructabant gutture glandem.

QUERO, queris tria significat. Significat enim mendicare ut «iste querit panem»; significat interrogare, ut «iste querit a magistro»; significat investigare, ut «iste querit equum quem amisit», id est investigat ubi sit vel ubi inveniri possit.

QUESO, quesis verbum desiderativum, id est cum desiderio querere, rogare, obsecrare. Et declinabatur olim integre et regulariter et faciebat preteritum quesii vel quesivi et supinum quesitum, penultima producta. Quod autem haberet duplex preteritum patet per Priscianum (X, 46) qui ait «queso quesii. Probus tamen ait quesivi et melius quamvis primitivum quoque eius, id est quero, quesivi faciat preteritum», etc. Sed modo est verbum defectivum quia non utimur nisi duabus eius vocibus presentis temporis, scilicet queso et quesimus. Unde in *Doctrinali* (1030) dicitur,

Quesumus ex queso retine, nil plus dare quero.

Est etiam queso anormalum, id est irregulare quia secundum tertiam coniugationem debet habere in presenti indicativi in prima persona plurali i ante mus, sed modo pro i habet u et dicitur quesumus et non quesimus. Et inde quesito, tas ver-

7 contentisque AC 8 arbores C 9 et *om.* C 10 patul C 12 cunctabant B; *cf. Walther*[2], *no.* 15224.

QUERO 1-2 ut iste] sicut discipulus BC 4 vel *om.* C

QUESO 1 est id est C 4 habet BC 6 quesii] quesi CD, quesis B 7 id est *om.* C 10 dicitur *om.* C 12 etiam] autem B 13 deberet ACD; indicativi modi A 14 pro] loco B 14-15 et non dicitur quesimus sed quesumus B

bum frequentativum quod formatur a secunda persona secundum quod declinabatur queso, quesis, subtracta s et addita to et correpta penultima. Et inde est quod quero, ris non facit verbum frequentativum quesito, tas penultima etiam producta, licet enim esset differentia in accentu et in significatione semper tamen esset identitas sine concidentia in voce. Unde causa differentie facit querito, tas, quod formatur a secunda persona, scilicet queris, subtracta s et addita to et correpta penultima. Unde dicit Priscianus (VIII, 74), «Quero querito differentie causa facit, et a queso quesito fit».

QUIEO, quies, quievi, ere, quietum, tu, id est quietem habere vel in quiete esse. Unde quietus, ta, quietum participium qui quievit et quietus nomen, id est quiete plenus. Et comparatur quietus, quietior, quietissimus. Unde quieto, tas quietum facere, et quandoque ponitur pro absolvere a debito vel reddere debitum. Quidam tamen in hac significatione subtrahunt e et dicunt quito, tas, quod magis vulgare est quam regulare. Item a quieo, hec quies, etis et hec quies, quiei in eodem sensu, sed distingue quia simplex in usu est secundum tertiam declinationem et non secundum quintam et econverso in compositis quia secundum quintam est in usu et non secundum tertiam. Item quies, quietis dicitur quietus et est omnis generis, ut dicit Huguitio. Et componitur inquies, inquietis, id est inquietus, quod Priscianus (VI, 56) ostendit trium esse generum. Dicit etiam quod quamvis «in nominativo e correptam habeat . . . in genitivo tamen eandem producit». Quieo componitur acquieo es evi, requieo es evi, conquieo es conquievi. Unde inchoativa acquiesco, requiesco, conquiesco. Et dicit Huguitio quod

22 querito] quesito B 22-23 quod formatur *om.* C 22 quod] et A 23 queris] quesis B

QUIEO 3 quievit *om.* A; quietus *om.* D 5 facere vel quietem et B; quando C 8 quieo quies hec C; huius etis C 9 distingo quod C 16 quamvis] licet D 17 componitur et acquieo A 18 conquieo *om.* D; inchoativam C, incoactiva D 19 acquiesco et requiesco D

«quieo et eius composita neutra sunt et absoluta et non sunt in usu in presenti sed in preterito. Unde et declinando inchoativa eorum solemus eis attribuere preteritum suorum simplicium ut quiesco quievi, requiesco requievi, quod non solum contingit in hiis sed etiam in multis aliis ubi inchoativa sunt in usu et primitiva eorum in preterito sed non in presenti, ut senesco cis senui, innotesco cis innotui, suesco cis suevi. Et etiam alia ratione fit talis declinatio in hiis quia sepe talia accipiuntur pro suis primitivis et sepius quam alia. Unde Priscianus videtur velle quod non sunt inchoativa, sunt tamen procul dubio. Unde et quidam idiote . . . dicunt ea non esse inchoativa»; ita dicit Huguitio, cui si vis credere, crede.

QUIN, «id est ut non vel ut, coniunctio est adiunctiva. Quin, id est ergo, coniunctio est collectiva. Quin, id est potius, adverbium est eligendi. Quin, id est cur non vel cur, adverbium est interrogandi. Quin, id est certe, adverbium affirmandi. Quin, id est insuper, adverbium est ordinis. Et componitur quinetiam, id est insuper». Ita dicit Huguitio.

QUINIMMO potest esse una dictio vel due. Quinimmo, id est potius, adverbium est eligendi et tunc est una dictio. Unde versus,

Quinimmo presto pueris adverbia dico,
Eligit hoc tempus, signat id atque locum.

Vide supra ubi exponitur presto. Vel sunt due dictiones, et tunc quin immo idem est quod potius, certe. Item potest exponi quinimmo, id est certe, potius; quin enim, id est cer-

21-22 inchoactiva D 22 preterita A 27 et] vel C 28 talia inchoativa accipiuntur A 29 inchoativa et sunt A 31 inchoactiva D
QUIN 1 ut *primum om.* D; non] si B; adiectiva B 3 non *om.* D; vel cur *om.* C 4-5 adverbium est affirmandi C 6 insuper] super C
QUINIMMO 2 tunc] tantum B 3 unde *om.* A 4-5 *Cf. Walther*[2], *no.* 25134 5 signa C 6 sunt] sint C 7 potius *om.* B; certe est B; potest] potis AD

te, adverbium est affirmandi; immo vero, id est potius, adverbium est eligendi. Item Luce xi (28) super illud verbum, «Quinimmo beati qui audiunt verbum dei», videtur glosa hiis expositionibus concordare. Dicit enim sic «Non solum laudanda est Maria que verbum dei in utero portavit, sed maxime beata est quia verbum dei in opere servavit, sicut et omnes sancti beati sunt qui auditu verbum dei concipiunt et boni operis custodia in suo et proximorum corde pariunt et nutriunt». Papias dicit quinimmo, id est magis, etiam, potius, magispotius, hoc magis, hoc potius. Et dividit quin ab immo, per quod duas dictiones innuit esse. Item scribit immo per duplex m et bene. Et nota quod immo «adverbium est eligendi, et tunc idem est quod potius. Item est adverbium affirmandi, et tunc idem est quod certe. Item aliquando est coniunctio illativa, et tunc tantum valet quantum igitur». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Imo).

QUINQUIES «quadragenas una minus accepi», i ad Corinthios xi f (*II Cor.* 11,24) glosa, id est «quinque vicibus» accepi quadragenas percussiones, una minus «ne immisericordes viderentur». Quinquies enim flagellatus est a Iudeis secundum legem Moysi, accipiens plagas xxxix, sicut scriptum est in Deuteronomii xxv (2-3), «Pro mensura peccati erit et plagarum modus; ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedant, ne fede laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus». Haimo (*Exp. in Epp. S. Paul.*, *In Epist. II ad Cor.*, *PL* 117,654-5) et Beda referunt librum quendam delatum esse a Roma in quo passiones apostoli erant depicte inter quas iacebat apostolus prostratus in terra et astabat tor-

14 verbum] preceptum B; servavit] portavit AD 16 corde constituunt pariunt B 17-18 etiam potius magispotius] hoc etiam potius C 19 immo quod per quod B 21-22 item est . . . certe *om.* B 23 tantum *om.* B

QUINQUIES 2 f] e B 3 percussiones id est una C 3-4 immisericordes esse viderentur C 5 leges B 6 in *om.* B; erit] est A 8-9 habeat et frater B 10 referuntur C 11 apostoli dei erant B

tor habens quadrifidum flagellum, una de fidibus in manu sua retenta ut sic ex quatuor novies et tribus semel fierent xxxix. Novies percutiebatur cum quatuor cordis vel corrigiis, simul et ita xxxvi ictus recipiebat quia novies quatuor sunt xxxvi; item semel percutiebatur tribus cordis tantum, et tunc una retinebatur in manu, et ita tres ictus tribus cordis tantum, et tunc una retinebatur in manu, et ita tres ictus tribus cordis sustinebat, qui additi cum xxxvi precedentibus faciunt xxxix. Quadrifidus, da, dum, id est quatuor fidibus, id est cordis, constans, nam hec fidis dicitur corda et propria cithare. Unde versus,

> Virgo Fides Fidis est, resonat fidis in citharando,
> Iungit amicorum corda fides fidei.

Unde hec fidicula diminutivum. Vel quadrifidus componitur a quatuor et fidus, da, dum, quod est fissus, sed non est in usu. Sed componitur bifidus, da, dum et trifidus, da, dum et quadrifidus et multifidus, id est fissus in duas vel tres vel quatuor vel multas partes. Et nota quod, sive fiat compositio a fidis sive a fidus, semper corripitur hec sillaba fi. Unde Ovidius Methamorphoseon xiiii c (303-4),

> Erigimur, seteque cadunt, bifidosque relinquit
> Rima pedes etc.

QUISPUTAS, sicut ait Huguitio (*s. v.* Quis), «est una dictio simplex et ibi putas sillabica est adiectio et debet proferri sub uno accentu posito super antepenultimam sillabam. Unde Luce i f (66), 'Quisputas puer iste erit?' et Matthei xviii a (1), 'Quisputas maior est in regno celorum?' Quidam tamen theologi dicunt quod ibi sunt due partes, quis et putas, et quod putas est ibi verbum et proferunt eas duobus accenti-

13 in fidibus AD, de in fidibus C 14 novies . . . xxxix *in marg.* D, *om.* B 15 percutiebat C 18 ictus a tribus C 20 faciebant C 22 hec] hic B 26 hec *om.* C; vel] unde C 28 et trifidus da dum *om.* C 29-30 in tres vel in quatuor B 31 fidis] fide B 33 sereque A, siteque D

QUISPUTAS 1 est *om.* A 3 unde] ut B 7 eas cum duobus B

bus, et dicunt quis putas. Et decipiuntur verbo Ieronimi qui dicit super locum illum quod verbo interrogativo usus est evangelista, et credunt quod Ieronimus dixerit verbum interrogativum hoc verbum putas, et ita putas est ibi verbum et debet proferri suo accentu. Sed qui sic intelligunt dupliciter peccant, ponunt enim quod aliquid verbum sit interrogativum, quod esse non potest; preterea nec latine dicitur, deberet enim dici 'quem putas maiorem esse' etc. Dicatur ergo secure quisputas sub uno accentu. De dicto Ieronimi dicimus quod Ieronimus vocavit ibi verbum non illam partem orationis sed sermonem, ut sit sensus 'verbo interrogativo usus est evangelista', id est sermone interrogativo, scilicet isto quisputas, etc. Si tamen in aliqua ecclesia tibi legendum fuerit cuius abusus quisputas pro duabus partibus accipiat non consulendo consulimus quod abusum ecclesie sequaris, nisi tante fueris auctoritatis quod pravum usum corrigere valeas. Velle namque videri sapientem inter insanos et idiotas ecclesie quedam species furoris est». Verba sunt Huguitionis, et cum eo concordat Grecismus (?),

Cum quis nam, que, piam sine qui coniunge putas, quam;
Dam, vis, cumque, libet qui sine quis retinet,

quasi diceret quis componitur quisnam, quisque, quispiam, quisputas et quisquam; qui vero componitur quidam, quivis, quicumque, quilibet.

QUISQUILIE, liarum dicuntur purgamenta frumenti Amos viii c (6). Est et nomen compositum a quis et cado. Unde ait Huguitio (*s. v.* Quis), quisquilie sunt stipule immixte surculis ac foliis aridis, scilicet quedam folia minutissima que vocant stipulas. «Dicuntur etiam quisquilie quasi quicquid

8 quis et putas C; verbo] teste B 13 ponit C; aliquod D 15 dici] dicere BC; maiorem *om.* C; esse in etc. C 16 dicatur... quisputas *om.* C 19 in sermone B 20 in *om.* C 21 ad usus B 23 pavum B 24 valeas] possis B 29 quisque *om.* B 30 quisputas et quisquam *om.* D; quidam et quivis C
QUISQUILIE 1 quisquile C 5-6 quasi... id est *om.* B

cadie, id est quicquid superfluitatis ex arbore vel ex aliqua materia cadit, ut purgamenta frumentorum et terrarum et modici surculi et stercora et similia». Vel dicuntur quisquilie a quis et curo, as quasi cui cure sunt ille vel quis curat de illis. Dicemus ergo quisquilias quasi quis curat illas, propter sui utilitatem scilicet.

QUOT nomen est indeclinabile omnis generis et tantum pluralis numeri et inde quotus, ta, tum nomen numerale vel ordinale et idem est quandoque quod parvus.

QUOUSQUE, id est quamdiu, adverbium temporis est. Quousque, id est ad quem locum, adverbium loci. Unde versus (*Grec.* XX,174),

Tempus sive locum dic significare quousque.

QUONIAMQUIDEM secundum Donatum (*Ars Gram.* II, 15, *GL* IV, 389) coniunctio est rationalis, et est idem quod quia, et est dictio composita ex quoniam et quidem, et debet habere accentum super antepenultimam. Et ita volunt quidam legere illud I ad Corinthios XV b (21), «quoniamquidem per hominem mors», etc. Tamen secundum glosam due sunt dictiones. Michi videtur quod etiam in predicta auctoritate, et similiter in principio Luce (1,1), «Quoniamquidem multi conati sunt» etc., et in multis aliis locis potest quoniamquidem esse una dictio vel due; in frequentiore tamen usu ponitur pro duabus. Lege sicut volueris.

6 codie C 8 stercora] sunt cora A; vel dicuntur quisquilie] et vocantur quisquilie alio nomine cadie vel dicuntur quisquilie quasi cadie vel dicuntur B 9 cui *om.* A 10 ergo quod B; illa D
QUOT 1 declinabile C
QUOUSQUE 2 id est *om.* A
QUONIAMQUIDEM 5 quidem C 6 omnes homines C; etc. et tamen C 7 etiam *om.* C 9 coronati A; sunt *om.* B; in *om.* B 10 in] que AD; frequentiori C 11 duabus dictionibus B; sicut] quando B
In marg. fol. 151 *add.* D: quominus ut non aliter ideo minus qualiter proximus de proximo

R

RABBI interpretatur doctor vel magister sive docens me aut magister meus. Rabboni idem, sed rabo, rabonis quedam mensura est.

RACHA vanus vel vanitas seu absque cerebro aut signum est subsanationis. Ita dicitur in Interpretationibus (*Hieron. Interpr. heb. nom.* 138). Papias recitat verba Ieronimi dicens, racha dicitur inanis vel vacuus, quem nos possumus vulgata iniuria absque cerebro nuncupare. Hoc verbum tantum Hebreorum est. Et sequitur ibidem melior expositio, scilicet hec racha interiectio est «affectum indignantis ostendens, sicut sunt in latina lingua quedam interiectiones, velut cum dolentes dicimus heu, vel cum delectamur dicimus vath». Item ibidem, racha nec grecum verbum est nec latinum. Non nulli autem de greco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannosum dici racha quoniam grece pannus dicitur rachos. Sed cum queritur a Grecis quid dicatur pannosus grece, nec respondeant racha, nec posset latinus interpres, ubi posuit racha, pannosum ponere nec uti verbo quod in latina lingua nullum sit et in greca inusitatum, probabile est ergo quod audivi a quodam Hebreo cum id interrogassem. Dixit enim vocem esse non significantem aliquid sed indignantis animi motum exprimentem. Huguitio, ne videatur nichil dixisse, dicit quod «nullus Grecus aut Latinus hoc bene potuit interpretari». Versus,

Indignando racha cui dixeris, hunc tibi paca
Blanditiis, placa quem bilis adangit opaca.

RABBI 1 aut] vel C 2 idem est D
RACHA 1 cerebro est aut C 4 nos] non B 8 sunt *om.* D; veluti C 11 volunt A 14 quid] qui B; nec] non CD, *om.* B 17 probabilius A 18 esse *om.* CD 20 huguitio vero ne B, huguitio autem ne C; nichil hoc dixisse A, nichil fecisse videatur vel dixisse B 22 paca] placa B 23 placa] pla C

RACEMUS est botrionis pars, scilicet ramusculus cum uvis. Et botrio grecum est. Ita dicit Papias et accepit verba ista de Ysidori Ethimologiarum xvii (5,14) ubi agitur de vite. Et dicit Huguitio (*s. v.* Rado) quod a ramus, rami dicitur racemus et inde «racemor, aris, id est sparsas uvas vel racemos colligere». Vide infra ubi exponitur uva.

RADIUS «instrumentum est textoris, scilicet pecten vel navicula vel lignum quod distinguit stamina». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rado). Papias sic exponit, «Radii sunt quibus tele texuntur. Et dicti radii quia radendo fiunt». Non recolo me legisse radium pro instrumento texendi nisi pro navicula. Unde Ovidius Methamorphoseon vi a (55-8),

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
Inseritur medium radiis subtegmen acutis,
Quod digiti expediunt, atque inter stamina ducunt,
Percusso feriunt inserti pectine dentes.

Item radius dicitur quoddam genus olivarum ob longitudinem quia longe sunt ad similitudinem radiorum. Radius etiam dicitur virga qua geometri figuras faciunt in supposito pulvere. Item radius dicitur splendor stellarum et solis, et dicitur sic propter longitudinem quia longe emittitur et dirigitur. Item radius dicitur illud rectum et subtile lignum quod a modiolo rote usque ad cantum dirigitur et in utroque figitur. Versus de Grecismo (IX, 224-5),

Dicas textoris radium, radium quoque solis,
Atque rote radius tibi sit, non invenio plus.

Forte non fuit memor virgule geometri. Unde dicamus sic,

Sitque rote radius, radio fit pulvere tractus.

RACEMUS 1-2 uvis et botrio cum uvis et botrio A 3 de *primum*] ab C 4 a *om.* C 5 hic racemus C 6 infra] supra B

RADIUS 1 radius est scilicet instrumentum textoris scilicet C; scilicet] id est B 3 dicti sunt radii B 7 secessit C; *super* arundo *adnotavit* D: id est iuxta 8 medium] radium D; sub tegmine D 13 geometre B 20 atque] at A 22 radio] radius ABD

RADIX a radio dicitur quia quasi quibusdam radiis fixa terre in profundum demergitur. Vel dicitur a rado, dis quia si eradatur non repullulat. Unde radicitus, id est a radice, a fundamento.

RAMA civitas est «iuxta Gabaa», sicut habetur Iudicum xix b (14) et est «xii miliario a Bethleem», sicut dicit glosa super illud Matthei ii (18), «Vox in Rama audita est» etc. Interpretatur excelsa vel exaltata seu tonitruum aut exaltatio.

RAMATHAIM sive Ramatha proprium nomen est civitatis Helchane. Sophim, quod interpretatur specula sive speculatio, non est nomen vel pars nominis civitatis sed est appellativum nomen positum in designatione proprietatis ad civitatem pertinentis, ac si diceretur de Ramathaim que est Sophim, id est speculatio sive specula circumadiacentis regionis, quia inde tamquam ex edito loco circumadiacens undique regio despici vel videri potest. Ita dicit Andreas in originali super i Regum (1,1). Et cum eo concordat Magister in Historiis (1295) dicens quod «civitas Helchane dicitur Ramathaim, que in Evangelio dicitur Arimathia, a Iosepho dicitur Ramath que sita est in excelso. Sophim vero speculum interpretatur et est ibi genitivus casus, ac si diceretur de Ramathaim speculationis quia ex ea circumadiacens regio videri poterat. Sic tradit Ieronimus. Alii distingunt sic de Ramathaim Sophim». Vel Sophim dicitur speculatorium vel spectaculum, id est prophetarum locus. «Non est autem mons Ephraim nomen montis sed regionis. Unde in sequentibus ubi legitur de xii prefectis regionum, . . . iii Regum iiii a (7-8), primus nominatur prefectus montis Ephraim».

RAMNUS, sicut dicit glosa super Psalmum (57,10), «genus herbe est, prius mollis et postea in spinas vertitur». Et vi-

RAMA 1 galbaa C 4 et interpretatur BC
RAMATHAIM 6 speculatione B; sive specula] si spocula C 7 tamquam *om.* D; edito] alto B 8 despici] respici C, despici id est deorsum aspici B; ita] item C 9 regum i etc B 11 a] si D 15 sic] sicut B; tradit] trahit C 17 mons *iteravit* D 18 legitur] loquitur C

detur glosa extracta ab Augustino (*Enar. in Ps.*, *PL* 36, 689) qui ait, «Ramnus spinarum genus est densissimum ... cum herba est mollis et pulchra; ibi tamen sunt spine postea processure. Unde psalmista ait, 'Priusquam producant spine nostre ramnum'». Et eadem verba scribuntur in Papia et preponitur ibi «ramnus in psalterio non rubus est sed spinarum genus, sentibus permolestum». Ysidorus autem in xvii (7,59) Ethimologiarum sic ait, «Ramnus genus est rubi quod vulgo senticem ursinam appellant, asperum nimis et spinosum». Iosephus dicit hoc inter ligna habere naturam ignem proferendi. Huguitio (*s. v.* Rado) dicit quod hic ramnus dicitur a ramus, rami et est «genus spinarum et, ut dicunt, spina alba vel ramus eius». Magister meus michi dixit quod ramnus in gallico dicitur groselliers et portat fructus parvos racemis similes sed minora sunt grana.

RANA dicitur a ran, quod est ira vel locus ire. Et est ran indeclinabile. Unde rana quasi iracunda dicitur. «Dum enim Iupiter omnibus animalibus dedit regem ranis dedit quoddam lignum brevissimum pro rege, quod cum numquam se moveret, rane illud spreverunt. Quare Iupiter iratus dedit eis ibim, que ranis vescitur. Et ideo priore rege amisso rane conqueruntur et irascuntur». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rado). Ysidorus autem in xii (6,58-9) Ethimologiarum sic ait, «Rane a garrulitate vocate eo quod circa genitales strepunt paludes et sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex hiis quedam aquatice dicuntur, quedam palustres, quedam rubete

RAMNUS 4 ait] dicit B 5 mollis est et A 6 unde et psalmista C; plusquam D; producant] intelligerent C 7 ramnum etc et hec eadem B 11 senticem ursinam] sentem senissimam C 12 dicit *om.* C 15 michi *om.* B 16 groseler AC, groisilliers D; grosselliers latino vero rosellarius et B

RANA 2 iracundia A 3 dedisset B 3-4 quoddam ... cum] pro rege trabem ingentem que cum B 4 cum *om.* C 5 illud] illam B; spreverunt] despexerunt B; quare] ob quam rem B 6 ibim scilicet ciconiam que B 6-7 amisso benigno scilicet et pacifico rane graviter conqueruntur et etiam irascuntur B 8 in *om.* B 9 vocate sunt B

ob id quod in vepribus vivunt, grandiores cunctarum. Alie calamites vocantur quoniam inter arundines fruticesque vivunt, minime omnium et viridissime; mute et sine voce sunt. Agradule rane parvule in sicco vel agris morantes . . . Negant quidam canes latrare quibus in offa rana viva fuerit data». Item dicit Magister in Historiis (1150) super Exodum, «Tria genera sunt ranarum: unum fluviale et vocale, aliud minimum quod calamitum dicitur, quod si proiciatur in os canis obmutescit, tertium magnum venenosum, quod rubeta dicitur et vulgo crassantium». Ranuculus a rana diminutivum est.

RANCOR dicitur ira, indignatio, dolor, amaritudo mentis vel fetor et proprie fetor ex vetustate carnis proveniens. Unde versus,

Carnis rancor, acor vini, mucor quoque panis,
Nidor ab assata fit carne, sit a pede pedor.

Ovidius Methamorphoseon xii (153),

Cum diis acceptus penetravit in ethera nidor.

Lucanus ii a (72-3),

mox vincula feri
Exedere senem longusque in carcere pedor.

Et dicitur rancor a ran, quod est ira vel locus ire. Unde etiam evenit quod efficitur rabiosus. Et a rancore dicitur rancidus, da, dum, id est iracundus, vel fetidus ex vetustate, amarus et insipidus. Et inde rancidulus, la, lum, id est aliquantulum rancidus. Unde Persius in prima satira (33),

Rancidulum quiddam balba de nare locutus.

Et ranceo, ces, cui, id est irasci, indignari, fetere, esse vel fieri rancidum.

12 id] hoc C 15 agrandule C; vel in agris B 17 dicit *om.* D; exodum] eodem B 20 et venenosum D; quod et B

RANCOR 2 et proprie fetor *om.* B; vetustare C 5 sit *om.* C 10 excedere AC 13 id est *om.* D 16 racindulus B, racidulus C; quicdam B, quidam D; nare] rane D

RAPTIM, id est celeriter, festinanter, violenter quasi ruptim.

RASTRUM, rastri et pluraliter hii rastri vel hec rastra, «instrumentum est rusticanum, scilicet fossorium duplex, ut dicunt. Et dicitur sic a raritate dentium vel a rado, radis, quia radit terram. Item rastrum dicitur illud dentatum rustici instrumentum quo paleam removet a granis». Et dicitur a rarus, ra, rum propter raritatem dentium. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rarus).

RATIO dicitur a ratus, ta, tum, quod est firmum eo quod firma sit. Et dicit Papias quod ratio mentis est motus in hiis que dicuntur discernere vel connectere valens, sed ratiocinatio est rationabilis subtilisque disputatio et a certis ad incertorum indagationem immittens cogitatio.

RATIONALE dicitur pannus quadratus qui erat in pectore sacerdotis, in quo erant lapides pretiosi. Vide supra ubi exponitur ephot. Nota quod rationale et rationabile differunt, licet plerisque videantur idem significare, quia rationale dicitur quod utitur ratione, ut homo, angelus, anima; rationabile dicitur quod ratione dicitur vel agitur vel ratione dicit vel agit, unde omnes homines sunt rationales sed non omnes rationabiles. Totum sumitur de Papia.

RATUS, ta, tum participium est descendens a reor, reris, ratus sum, reri, quod est existimare, putare. Unde ratus sum, id est putavi, et ratus, ta, tum nomen, et tunc tantum valet quantum firmus, ma, mum. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum v (24,21) ubi agit de instrumentis legalibus, «Ratum

RAPTIM ruptim] raptim B

RASTRUM 1 rastri rastrorum vel B; vel] et C 2 est *om.* C; forsorium C; duplex vero ut B 3 sic *om.* C 4 rastrum *om.* C 4-5 rustici] rusticorum B 5 removent B

RATIO 1 quod est *iteravit* C 3 dicuntur] dicimus C; connectere] convincere B, concutere C, committere D 4 ratiocinalis C; ad] ab B 5 indagatione B

RATIONALE 5 ratione] rationem C

RATUS 1 ratus] rarus B 5 institutis C

dicitur quod rationabile et rectum, unde et qui pollicetur dicit 'Ratum esse profiteor', hoc est firmum et perpetuum». Et in hac significatione accipitur Ieremie xxxii b (11) ubi dicitur, «accepi librum possessionis signatum et stipulationes et rata et signa forinsecus» quasi diceret «accepi cartam sigillatam in qua continebantur stipulationes», id est petitive interrogationes, «et rata», id est prommissive responsiones, «et signa», id est astantium conscriptiones, astantes enim contractibus in fine carte solebant scribere nomina sua et signa sua in testimonium quod ipsis contractibus interfuissent. Vel signa appellat sigilla. Quid sit stipulatio plenius exponetur in loco suo.

RAUCUS, ca, cum a raum, quod est raucitas, dicitur, ut ait Huguitio (*s. v.* Ray). Unde hec raucitas dicitur vocis amputatio et hec raucedo idem. Unde Ysidorus Ethimologiarum iiii (7,14) ubi agit de cronicis morbis, «Raucedo est amputatio vocis. Hec et arteriasis vocatur eo quod raucam vocem et clausam reddat ab arteriarum iniuria».

REBELLARE dicitur repugnare, adversari, iterum pugnare. Unde hic et hec rebellis et hoc rebelle et hec rebellio, id est repugnantia et post factam pacem ad bellum reversio, belli iteratio.

REBOARE dicitur resonare nam boo, boas idem est quod sonare.

RECALVASTER, stra, strum dicitur retro calvus, sicut acalvaster dicitur calvus ab anteriori parte. Et recalvus, a, um idem est quod recalvaster et recalvatus dicitur retro calvatus

6 rectum est C 8 accipitur] sumitur B 14 sua *om.* BD 15 sua] appendere C; testamentum A 16 stipulo D

RAUCUS 1 raum] racim B, *cf. Huguitionem* 6 iniuria dicta B

REBELLARE 2 rebellio onis B 3 et] id est B

REBOARE 1 boas avi are B

RECALVASTER 1 recalvester D 3 recalvatus] recalvestris D

nam calvo, calvas dicitur calvum facere. Et componitur recalvo, as. Unde verbalia.

RECALCITRARE dicitur repercutere vel resistere, retro pedem iacere, sicut faciunt equi qui percutiunt transeuntes iuxta se. Et est compositum a re vel retro et calcitro, tras, quod est calce percutere. Et tunc est activum. Unde Ovidius Methamorphoseon xii b (238-40),

> Sanguinis ille globos pariter cerebrumque merumque
> Vulnere et ore vomens madidam resupinus harenam
> Calcitrat, ardescunt germani cede bimembres.

Item calcitro, calcitras idem est quod resistere. Et tunc est neutrum et dicitur calcitrare quasi calce terere. Unde hic calcitro, onis dicitur rusticus qui intemperate calcat et calcitrat. Unde Plautus (*secundum Huguitionem*) in Asinaria (391),

> Clamat si quem videt venire ad se calcitronem.

RECENS, id est novus, omnis generis est. Et dicitur a reci, quod est iterum vel retro, quasi renovatus vel iterum novus. Unde recensio, recensis quarte coniugationis, id est iterare, renovare, recens facere. Unde ciphus recensitur quando lavando reficitur et quasi recens redditur. Vide infra proximo.

RECENSEO, «ses, sui et recenso, recensis et recensio, recensis, recensivi in eodem sensu dicuntur, scilicet numerare, recitare, recolere, rememorare, revenerari. Et inde dicitur recens secundum quosdam» et ista tria verba, sicut ait Huguitio (*s. v.* Censeo), a tribus verbis simplicibus componuntur.

RECALCITRARE 4 percutere scilicet posteriori pedis parte et B 6 paritерque AB 7 vomeris C 8 arescunt C 9 calcito A; resistere] recutere C 11 huius onis A; rusticus vel bubulcus qui immoderate vel intemperate B 11-12 calcitrat] recalcitrat C 14 venire ad se] ad se venientem B

RECENS 1 reci] *cf. Huguitionem* 2 renovatus] innovatus B 4 scifus C; quando] dicam D

RECENSEO 1 recensis recensui et BC; recensis *alterum om.* B 2 recensivi] recensui C; scilicet *om.* B; numerare] ruminare B, renumerare C 3 rememorari C; revenerari *om.* C

Dicitur enim «censeo, ses, sui, censum, id est iudicare, iubere, statuere, suadere, deliberare, nominare, estimare, numerare. Unde hic censor dicitur iudex et proprie qui iudicat de moribus et eos corrigit . . . Et hec censura iudicium, vigor, severitas, mensura, vindicta, potestas, scientia, decus. Et hic census, id est pecunia, facultas descripta publice vel estimata». Et subdit Huguitio, «nota quod censeo secunde coniugationis et censo tertie et censio quarte inveniuntur et in significatione non differunt... Censeo facit censui preteritum et supinum censum. Unde participium census, censa, censum. Censo facit preteritum censui et supinum censitum penultima correpta. Unde participium censitus, ta, tum penultima correpta. Censio, censis, sivi, situm penultima producta. Unde censitus, ta, tum penultima producta». Et quodlibet istorum componitur cum re et dicitur recenseo, ses et recenso et recensio, ut predictum est. Item dicit quod «censeo et censo et censio activa sunt et eorum composita preter succenseo, ses pro irasci, quod neutrum est et, si quando redoleat simplicis significationem, erit activum». Sed Huguitioni obviat illud quod in Doctrinali (775) scribitur, scilicet,

Censeo dat censum sed itum sua compositiva,

ut recenseo, recensitum et ita communiter dicitur, licet a Prisciano non habeatur expresse. Item secundum Priscianum (x, 46) nullum verbum tertie coniugationis in so desinens facit preteritum in sui preter pinso, pinsui. Unde et in Doctrinali (892-4) scribitur,

So sivi situmque facit; sed deme capesso,
Quod si sumque facit; sic viso sicque facesso.
[De si prodit itum sed ab ivi nascitur itum]
Pinsoque preteritum per ui formando dat istum,

7 estimare] extimare AD, existimare B 11 publice] proprie C 12 extimata AD; et nota C 19 unde . . . producta *om.* C 20 ses et *om.* C 24 erit] est C 27 censio B 34 facit] tenet C 35 *non invenitur in Doctrinali; ad hunc versum* D *in marg.*: de si id est de preterito terminato in si prodit itum in supino

quia facit pistum. Unde non video unde Huguitio habuit censo, sis, sui cum suis compositis, siqua habet. Alexander Nequam, cui assentio, non ponebat nisi censere et censire cum suis compositis.

RECORDOR, daris componitur a re et cor, cordis. Unde recordari dicitur quasi ad cor reducere et «construitur cum genitivo et accusativo, sed differenter. Nam recordor lectionem cum firmo vel recito vel narro vel de ea mentionem facio. Recordor lectionis, id est memoriter teneo eam». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Cardiam). Grecismus autem aliter videtur sentire, cum quo plures conveniunt. Unde dicit (XV, 130-2),

Si diversificas bene, remque reique recordor,
Tuncque rei cum pars tantum mihi scita recordor,
Tuncque recordor eam cum perfecte scio totam.

RECUBO, bas, bui et recumbo, bis, recubui, recubitum idem significant, scilicet iacere in cubiculo, sicut languidus decumbit, et sedere ad comestionem. Unde versus,

Mensis accumbo, discumbo sive recumbo.

Vide alios versus supra ubi exponitur accumbere.

REDA est «genus vehiculi iiii rotarum. Has antiqui retas dicebant propter quod haberent rotas». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum XX (12,2). Vel reda dicitur a redeo, redis eo quod currus agilis est ad eundum et redeundum.

REDIMO, mis dicitur iterum emere vel quod suum fuerat iterum emere vel recuperare. Qui enim emit alienum emit, sed redimere proprie est quod suum fuit et suum esse desiit. Unde Christus proprie redemit humanum genus. Sed redimio, redimis quarte coniugationis dicitur iterum ornare et

39 posuit B
In marg. fol. 154 *add.* D: recolligere id est redimere
RECORDOR 2 construit C 3 et cum accusativo C 3-4 recordor vero lectionis B 7 consentiunt D 8 diversitas C; rei B
REDIMO 1-2 vel . . . emere *om.* C 3 desiit] debuit B 4-5 redimo D

componitur a re et emo, emis, quod est ornare. Unde redimitus, ta, tum participium.

REDIGO, gis, redegi, gere dicitur reddere, representare, reducere, revocare, retro vel iterum agere. Et componitur a re vel retro et ago, agis et interponitur ibi d.

REDOLEO, «les, lui vel levi, redolere, litum vel letum dicitur odorem emittere, fragrare et tantum de bono odore dicitur, sicut olere tantum de malo». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Oleo). Tamen Papias (*s. v.* Olent) ampliat significationem olendi dicens, «olent res bone vel male, redolent tantum bone». Et nota quod redoleo componitur a re et oleo, oles interposita d. Item nota quod oleo, oles et omnia composita sua faciunt preteritum in lui vel in levi quamvis frequentius inveniantur in levi quam in lui et supinum in litum vel in letum.

REDUNDARE dicitur iterum undare vel retro undare, reverti, redire. Et componitur a re et undo, das, quod non est in usu sed componitur abundo das, exundo exundas, id est valde undare, valde abundare, inundo das, id est abundare, repleri, stagnare. Undo autem dirivatur ab unda, quod exponetur in suo loco.

REFICERE dicitur iterum facere, restituere, recreare. Unde refectorium dicitur.

6 emio B 6-7 redimitus] *in marg. add.* D: redimitus ornatus coronatus precinctus

REDIGO 3 et *primum om.* D; d] g AB

REDOLEO 1 redolere] *add. in marg.* D: redolere accipitur transitive quadam translatione ut hec dictio redolet significationem vultus quasi habet vel retinet quasi quodam odore representat 3 de malo tantum dicitur C 4 tamen] cum D 5 vel] sive B, et D 6 oles *om.* C 8 vel in levi *om.* D 9 vel] quam C

REDUNDARE 1 vel retro undare *om.* A 3 das et exundo C 3-4 exundo . . . undare *om.* B 3 id est *om.* CD 4 das *iteravit* C 5 undo das dirivatur C

In marg. fol. 154 *add.* D: refellere id est reculare denegare refutare dissolvere ab invicem convincere

REFICERE 1 iterum *om.* B

REFOCILLO, las dicitur reficere, recreare, refovere. Et nota quod focus, foci dicitur a foveo, foves quia fovet ignem. «Ignis enim et ipsa flamma et quicquid ignem fovet focus vocatur, sive sit ara sive aliud in quo ignis fovetur. Sic et locus in quo ignis fit in domibus, et quandoque ponitur pro igne. Unde hoc focarium dicitur locus in quo fit ignis . . . et hic foculus diminutivum. Unde foculo, las, id est nutrire, ignem facere. Et a focus, foci dicitur focillo, las, id est nutrire vel reficere». Et componitur refocillo, las. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Foveo).

REGIA, gie dicitur domus regis, a rege sic dicta.

REGIO, onis a rege dicitur, scilicet patria regi subiecta.

REGULA «dicta quod recte ducit nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat vel quod normam recte vivendi prebeat vel quod distortum pravumque corrigat, vel regula dicitur quasi rectula» eo quod impedimentum non habeat. Ita dicit Papias.

REGULUS dicitur parvus rex etate vel regno et dignitate. Et componitur subregulus quasi parvus regulus. Item regulus dicitur «quedam parva avis, sic dicta a sui parvitate». Item «regulus dicitur quidam serpens, scilicet rex serpentum, qui priusquam ad aquam venerit ydrofabas, id est limphaticos, facit» ab ydor, quod est aqua, et «fabos, quod Greci timorem vocant. Et dicitur hic et hec ydrofaba, be, quod est metus aque. Unde Latini ab aque metu limphaticum vocant quod fit ex canis rabidi morsu vel ex eius spuma,

REFOCILLO 3 enim] autem B; et ipsa flamma] in flamma sua B 4 sive sit aliud C 6 dicitur *om.* CD; et] vel A 7-8 foculo . . . dicitur *om.* C 7 nutrire vel BD 8 a *om.* B; dicitur a focillo B

REGULA 1 recte] recto AD, retro B 2 quod *primum*] quasi D; vel *alterum om.* C; quod *alterum*] quasi AD

REGULUS 7 et *primum om.* BD; et dicitur] unde C 8 ab] a B; aque] aqua ACD 9 fit] sunt A; canis eius rabidi C; ex *alterum om.* A; eius *om.* B

quam si homo vel bestia tetigerit in dementiam vertitur». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rego *et* Idor) et subdit de regulo dicens «idem et sibilus dicitur quia sibilo occidit antequam mordeat vel exurat». Vide supra ubi exponitur basilicus, quod idem est.

RELIGIO, sicut ait Papias, dei cultus est, dei veneratio. Ysidorus autem Ethimologiarum viii (2,2) circa principium dicit sic, «Religio appellata quod per eam uni deo religamus animas nostras ad cultum divinum vinculo serviendi». Huguitio (*s. v.* Ligo) dicit quod «religio est virtus que superiori nature, quam divinam vocant, cultum cerimoniamque confert». «Tria sunt autem», sicut ait Ysidorus in viii (2,3) Ethimologiarum, «que in religionis cultu ad colendum deum in hominibus perquiruntur, scilicet fides, spes, caritas. In fide quid credendum; in spe quid sperandum; in caritate quid amandum». Et assignat Papias differentiam inter religionem et superstitionem dicens quod religio est in virtute, superstitio vero in vitio, id est in cultu illicito.

REMETIOR, tiris dicitur iterum metiri vel reddendo metiri, et invenitur in passiva significatione Matthei vi a (7,2). Et est compositum a re et metior, tiris, metitus sum vel mensus sum, metiri. Ita declinat Huguitio. Ego numquam recolo me legisse metitus sum sed tantum mensus sum. Unde et mensura dicitur. Et in Doctrinali (947-8) scribitur sic,

> Dat nascor natum, dat mensum metior, orsum
> Ordior, et passum patior, potiorque potitum.

Loquitur de supinis que formantur a preteritis perfectis.

RELIQUIE dicuntur partes residue. Item reliquie dicuntur ossa et vestimenta sanctorum que nobis relinquuntur ut,

10 quam] quod A; vel si bestia B 12 idem] item A; et] etiam B; occidit] interficit B 13-14 quod idem est *om.* D

RELIGIO 1 dei *alterum*] deique B 3 quod] quia A 4-5 huguitio vero B 13 in *primum om.* D

REMETIOR 2 et *primum om.* C

eorum merita recolentes, eos digne veneremur et eorum vitam imitemur. Et dicuntur reliquie a relinquo, quis.

REMEX, remigis masculini generis dicitur ille qui remigat. Et dicitur remex quasi remum agens a remigo, gas. Unde hoc remigium actus vel officium remigis. Remigare dicitur quasi remum agere.

REMUS a removendo dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (2,6-7), «Remi a removendis et discutiendis fluctibus dicti ... Palmula est extrema latitudo remi, a palma dicta, qua mare impellitur».

REMINISCOR, ceris quod componitur a re et memini idem est quod recordari, ad memoriam reducere. Et caret supino et suppletione preteriti quia caret participio preteriti temporis. Unde Priscianus (x, 22) «a reminiscor supinum vel participium preteriti vel futuri temporis in usu non inveni, quamvis ratio in hoc quoque rementum, quomodo commentum, exigat dici», quasi diceretur sicut a comminiscor dicitur commentus sum in preterito et commentum in supino, ita rationabiliter diceretur a reminiscor, rementus sum et rementum, tu si essent in usu.

REMITTERE dicitur retro vel iterum mittere, dimittere, condonare, dissolvere, lenire, non ex toto intendere. Unde remissus, sa, sum, id est retro vel iterum missus, condonatus, dissolutus, levis, negligens, tractabilis, indulgens. Hee significationes possunt extrahi de Papia et Dirivationibus Huguitionis.

REN, renis vel rien, rienis, quod idem est, dicitur a rivus, rivi. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,97), «Renes ait Varro dictos eo quod rivi ab hiis obsceni humoris nascuntur. Nam vene et medulle tenuem liquorem desudant in

RELIQUIE 3 merita *om.* C
REMUS 2 a] quasi C 3 pamula D
REMINISCOR 5 temporis *om.* BC 6 ratio *om.* AB; in *om.* BC; hoc *om.* C 6-7 commentum] romentum C 8 sum *om.* C
REN 4 et] ac B

renibus, qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit». Et est ren masculini generis. Unde Priscianus (VI, 30), «In en productam latina generis sunt masculini . . . lien, rien vel ren et splen». Nota quod splen et lien idem sunt, et dicitur splen a suppleo, es quasi supplemen. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xi (I,127), «Splen dictum est a supplemento ex contraria parte iecoris, ne vacua existeret, quem quidam etiam risus causa factum existimant. Nam splene ridemus, felle irascimur, corde sapimus, iecore amamus. Quibus iiii elementis constantibus integrum est animal». Versus,

Scribe lien proferque per i splenemque notabit,
Scribe per y grecum, venerem tunc significabit.

RENUNCULUS diminutivum est a ren, renis et dicuntur renunculi parvi renes vel intestina quedam renibus adherentia. Et sunt rotunda ad modum testiculorum et sunt comestibilia. Unde Grecismus (IX, 262-3),

Intestinorum pars est renunculus aut sunt
Renes luxurie sedes nec non alimenta.

Item alii versus,

Est intestinum renunculus et geminatur
Nam duo sunt nec non ren parvus sic vocitatur.

Vide supra ubi exponitur adeps in fine.

RENUO, renuis, renui, renuere, renutum dicitur refutare. Et est compositum a re et nuo, nuis, quod est «annuere, consentire, promittere vel nutum facere». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Nuo).

5 liquor] liquo C; venerio D 7 producta C 8 rien *om.* D 9 es *om.* B; ait *om.* C 10-11 a supplendo vel a supplemento B 11 ex] et C, e D; vacua] vana C 13 iecore amamus *om.* C 16 scribo B; proferoque B; notabis B, vocabit D 17 *Post* significabit *add. in textu* A: alii versus de grecismo (XIX, 106-7) cor sapit et pulmo loquitur vel commovet iras (iram C) / splen ridere facit cogit amare iecur. *Hos versus exhibet in marg.* D, *insertos ante* scribe (*v.* 16) C
RENUNCULUS 9 sunt *om.* C
RENUO 1 renutum *om.* C; renutum tu B

REPANDUS idem est quod recurvus. Et componitur a re et pandus, da, dum, quod est curvum. Unde Virgilius in ii Georgicorum (194),

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

Et dicitur a pando, dis, pandi, dere, passum, su, quod est extendere, dicere, referre, manifestare, aperire. Et dicit Huguitio (*s. v.* Pando) quod pandum proprie dicitur quod «dirigit cornua in inferiorem partem», quod vero in superiorem dicitur curvum; omne tamen curvum potest esse pandum et econverso diversis respectibus.

REPEDO, das dicitur reverti, remeare. Et componitur a re et pedo, das, quod est pedam facere, id est vestigium pedis. Vel dicitur repedare quasi retro pedem agere. Item equus dicitur repedare cum retro pedem iacit et percutit. Versus,

Dum quadrupes repedat caveas ne te pede ledat.

REPENDO, dis, rependi, rependere dicitur reddere, remunerare. Et componitur a re et pendo, dis, pependi, dere, pensum, quod est suspendere, trutinare, exsolvere, reddere, tribuere, sustinere.

REPENTE, id est subito, adverbium. Unde Ovidius Methamorphoseon iv c (402-3),

Tecta repente quati pinguesque ardere videntur
Lampades.

Item invenitur repens, repentis nomen, id est subitus. Unde et repente adverbium dicitur. Ovidius in libro Fastorum (1, 96),

In marg. fol. 155 *add.* D: renus fluvius dividens galliam et germaniam renus fluvius a rodani societate fertur dictus quoniam cum eodem ex una provincia oritur

REPANDUS 4 fumantia] fimantia A 5 dere *om.* B; su *om.* BC 8 in *primum om.* C 9 tamen] enim C; esse] dici B

REPEDO 5 *Cf. Walther*², *no.* 6675; quadrupedes B

REPENDO 2 pependi *om.* C; dere *om.* BD 4 retribuere D

REPENTE 2 c] ea C

Bina repens oculis obtulit ora meis.

Et inde repentinus, na, num, id est subitus.

REPERIO, reperis componitur a re et perio, peris, quod antiquitus erat quarte coniugationis. Vide supra ubi exponitur. Et nota quod reperimus ultro occurrentia, invenimus quesita. Vel reperire est scire de re perdita ubi sit, invenire autem est rem perditam rehabere. Et dicit Huguitio (*s. v.* Pario) quod reperio, peris, repperi «duplicat p in preterito cum diminuatur» una sillaba respectu presentis.

REPO, repis, repsi, repere, reptum dicitur ventre per terram ambulare, sicut faciunt serpentes, et quandoque ponitur pro latenter intrare et inde repto, tas frequentativum. Et a repo dicuntur reptilia et, sicut ait Papias, reptilia sunt que ventre et pedibus reptant vel que ventre et pectore reptant. Idem reptilia ideo dicuntur hec que natant quia reptandi habent speciem et naturam, quamvis enim se in profundum immergunt tamen in natando repunt. Unde David (*Ps.* 103,25), «Hoc mare magnum et spatiosum manibus, illic reptilia» etc. Item dicit Papias inter reptilia et repentia hec est differentia, «reptilia aquarum sunt, repentia vero terre». Non tamen semper huiusmodi proprietas observatur. Item in Historiis (1062) scribitur quod «sexta die ornavit deus terram, produxit enim terra tria genera animalium: iumenta, reptilia, bestias. Sciens enim hominem per peccatum lapsurum in penas laboris, ad remedium laboris dedit ei iumenta, quasi iuvamenta, ad opus vel esum. Reptilia vero et bestie sunt ei in exercitium. Reptilium vero tria sunt genera: trahentia, ut vermes qui se trahunt; serpentia, ut colubri qui vi

REPERIO 3-4 quesita] cuncta A 5 est *om.* C 6 repperi] perii AC; in una C

REPO 2 fatunt B 3 inde dicitur B; et *om.* B; repo] repto D 5 vel] et C; idem] item B 6 ideo *om.* B 7-8 immergant BC 8 tamen] cum A; David] in psalmo B 9 spatiosus AC; manibus *om.* BC 10 etc] quorum non est numerus B; item] ita C 12 huius D; item *om.* A 14 enim] autem B 15 reptilia et bestias B 16 ad] in B 19 qui *primum*] que C; se trahunt] se ita habent ABD

costarum se rapiunt; repentia pedibus, ut lacerte et botrace». Genus serpentis est. Ysidorus Ethimologiarum xii (4,35) ubi agit de serpentibus sic dicit, «Botraca dicta quod rane habeat faciem, nam Greci ranam botracam vocant».

REPUDIUM dicitur repulsio vel scriptum repulsionis quod, sub testimonio testium, presenti vel absenti mittitur. Et componitur a re et podium quod est baculus super quem innitimur. Podium etiam dicitur ubicumque innitimur. Vir autem est podium sive sustentamentum mulieris. Unde repudium dicitur repulsio mulieris a viro. Vel componitur a re et pes, pedis. Unde repudium quasi repedium dicitur. Cum enim repudiatur mulier, tunc repedat, id est revertitur ad suos. Vel componitur a repello, lis et edes, quod est domus. Unde repudium dicitur quasi repelledium, id est repulsio ab ede. Et inde repudio, dias, id est repellere vel refutare. De libello repudii dicitur in Historiis (1256) super Deuteronomii xxiiii a (1), «Vir apud quem uxor sua non inveniebat gratiam propter aliquam feditatem, que multimode prevenit, scribebat quod numquam conveniebat cum ea, et causam ob quam displicebat ei mulier ne conveniret, et tradebat libellum in quo scripta erant hec mulieri ut coram sacerdotibus legeretur. Et cum iurasset verum esse quod scripserat licebat utrique alii copulari. Quod si ingrederetur mulier ad alterum, qui iterum daret ei libellum repudii, priori viro non licebat eam recipere, quia abominabilem eam fecerat coram domino». Versus de Aurora (*Dt.* 121-8),

Copulat uxorem sibi vir cum quilibet actus

20 et *om.* ABD; botrace scilicet buffones B 21-23 Ysidorus . . . vocant *in marg.* D 21 xii] xi BCD 22 est dicta B; quod] quia C 23 habet B; *In marg. add.* D: repo repis repsi reptum latenter intrare et producit re

REPUDIUM 3 quod est baculus *om.* C; bacillus A 4 podium *om.* C 5-6 dicitur quasi repedium repulsio C 8 repetat C 10 unde] inde C 14-15 multis modis D 16 ea *om.* C; conveniunt C 17 tradebat ei B; mulieri *om.* B 18 verum esse] quod verum esset C 19 quod scripserat *om.* D

Terreni curam suscipit hancque colit.
Sed si quid fedum vir viderit, ille libellum
Discidii dat ei sicque relinquit eam;
Sic mundi curam, cum fedos viderit eius
Actus, despiciens iure relinquit homo,
Et velut uxorem vir ab ede repellit, amorem
Sic fedum prudens cordis ab ede fugat.

REQUIETUS, ta, tum dicitur tranquillus. Vide supra ubi exponitur quieo.

RES, rei a reor, reris secundum Huguitionem dicitur. Et dicit Ysidorus in v (25,2) Ethimologiarum ubi agit de rebus, «Res sunt que in nostro iure consistunt. Iura autem sunt que a nobis iure possidentur nec aliena sunt. Dicta autem res a recte habendo, ius autem a iuste possidendo. Hoc enim iure possidetur quod iuste, hoc iuste quod bene. Quod autem male possidetur alienum est. Male autem possidet qui suis male utitur vel aliena presumit. Possidet autem iuste qui non irritatur cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur possessus est, non possessor». Verba sunt Ysidori.

RESINA «dicitur quodlibet genus gummi liquidum vel aridum a resin grece, quod est manare latine. Prima pretiosior est terebintina, . . . secunda lentiscina que venit de Chio in-

25 hancque] atque AD 28 fedos] fedes ABC, fedo D 29 despicies D

In marg. fol. 155 *add.* D: reputo reputas id est ascribere destinare tradere crimen alicui imponere

REQUIETUS 1 transquillus C

RES 3 sunt *alterum om.* C 5 autem] vero B; enim] autem B; iure] iuste O 6 possidetur quod recte quod iuste hoc uste quod bene AD, possidetur quod recte quod iuste quod bene B, possidetur quod recte hoc iuste quod bene C 7 possidetur hoc alienum C; possidet] possidetur ABD *In marg.* D: res proprie incorporalis licet pro corporali ponatur hoc invenitur in papia secundum remigium res quidam gramatici dicunt incorporales cum una ratione corporalia et incorporalia omnia res possunt nominari hec in papia secundum priscianum

RESINA 1 quodlibet] quod C 2 prima *om.* D 3 chio] scio C

sula, tertia pinea». Ita dicit Magister in Historiis (1132) super Genesis xliii (11). Alii dicunt quod resina dicitur a resudando, et hoc videtur velle Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,71) ubi agit de propriis arborum nominibus dicens, «Resinam Greci dicunt quicquid manat. Est enim lacrima sudore exalata lignorum» etc. Resina producit penultimam, licet dicat Iuvenalis in iii (8,114),

Despicias merito; quid enim resinata iuventus etc.

Poetica enim licentia usus est ibi.

RESTAURO, ras dicitur reparare vel restituere, in stauro reponere. Vide supra ubi exponitur instauro et patebit tibi compositio. Huguitio (*s. v.* Stasis) dicit quod ab instar dicitur «instauro, ras, id est facere simile priori, restituere, reficere, ad similitudinem prioris aliquid facere, reparare, quod componitur restauro, ras, quod est proprie tertio reparare».

RESTIS dicitur funis vel quod fit ex funibus ad aliquid trahendum. Et dicuntur «Restes sive quod rates teneant sive quod hiis rates tendantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (4,1) quasi diceret restis componitur a ratis et teneo, es eo quod ratem teneat, vel a ratis et tendo, dis eo quod in rate tendatur. Vel componitur a rete et tendo, dis quia rete restibus tenditur. Et declinatur hec restis. Unde resticula diminutivum.

5 genesim C 7-8 resina CD 8 enim] autem B 9 lignorum] arborum A; etc. *om.* C, etc. et sciendum quod resina B 9-12 resina . . . ibi *in marg.* D 11 quid] qui C; resina B 12 enim] autem B; ibi] hic B

In marg. fol. 156 *add.* D: resipo resipis id est redire ad sapere et proprie ille resipit qui penitens forefacti redit ad satisfactionem et ad sapere quod dimiserat forefaciendo unde resipisco inchoativum reserare id est ostendere

RESTAURO 1 in stauro] instaurare A

RESTIS 1 fit *om.* AD 3 teneantur C 4 xvii BC 5-6 ratis . . . componitur *om.* C 6 rete *primum*] rethi B; quia] quod A 7-8 et . . . diminutivum *om.* D

RETE a retinendo dicitur eo quod pisces vel aves retineat. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (5,1), «Retia vocantur sive a retinendis piscibus sive a vestibus quibus tenduntur».

RETIACULUM dicebatur craticula in modum retis facta Exodi xxxviii a (5). Item retiaculum sicut et reticulum diminutivum est a rete, retis, scilicet parvum rete. Reticulum et retiolum et reticula, le dicitur parvum rete vel mitra sive ornamentum capitis quod fit ad modum retis. Grecismus (XI, 29-30),

Parvum rete notat hoc verbum reticulum, quin
Tegmen quod capiti ponere virgo solet.

Reticulum etiam dicitur parvum intestinum tenue vel quasi retiaculum quod operit vitalia. Vide supra ubi exponitur adeps in fine.

RETUNDO, dis, retudi, dere, retunsum, su dicitur «retro tundere vel tundendo retro opprimere et acumen ferri destruere». Et componitur a re vel retro et tundo, dis, tutudi, tunsum, su, quod est percutere, verberare, concidere, confringere, cedere. Et dicit Huguitio (*s. v.* Tondo) quod tundo «geminat primam sillabam in preterito et amittit ibi n, sed in supino retinet n. Et omnia ab eo composita amittunt geminationem in preterito». Hucusque concordat cum Prisciano, sed quod addit quod predicta composita amittunt «n in supino, ut contudi contusum», retudi retusum, hoc potius dicit vulgariter quam regulariter. Dicit enim Priscianus (x, 27), «tundo tunsum». Virgilius in iiii (267) Georgicorum,

BETE 1 retineant B 3 *Post* tenduntur *add.* A *in textu*: ysidorus videtur velle dicere quod dicatur hec retis et hoc probatur per hoc quod dicitur hec reticula vide infra proximo. *Hoc additamentum subscripsit* A *et in marg. inf. cum signo insertionis supra post* diminutivum *in articulo* Restis. *Idem scripsit* B *in textu post* diminutivum *supra*
RETIACULUM 7 vocat B 8 viro C 9 vel] et C 10 ubi *om.* B
RETUNDO 1 su *om.* BC 3 vel] et D; tutudi] tundi C 4 su *om.* CD 4-5 confringere et cedere D 6 sillabam *om.* C; et *om.* D 8 et hucusque B 9 predictam C

Profuit et galle tunsum ammiscere saporem.

Idem in primo (261-2) eorundem,

durum protudit arator
Vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres.

Item i Regum xiii g (21) dicitur quod «Retunse erant acies vomerum».

RETORTUS, ta, tum vel retorsus, quod idem est, dicitur a retorqueo, ques, retorsi, quere, retortum vel retorsum, quod componitur a re et torqueo, torques, si, quere, sum vel tum, quod est cruciare, volvere, flectere, mittere vel iaculari. Et omnia ab eo composita sapiunt istas significationes et faciunt preteritum in si et supinum in tum vel in sum. Retortus ergo dicitur iterum cruciatus vel retro vel iterum flexus vel iterum volutus, sicut filum bis filatum, vel iterum missus, sicut iaculum quod iterum mittitur in hostes.

RETRUDO, dis, si, dere dicitur intus trudere vel claudere, retro trudere vel extra trudere. Unde extrusus, sa, sum. Et componitur retrudo a re et trudo, dis, si, dere, trusum, su, quod est impellere, impingere, in custodiam includere. Item trudo componitur obtrudo dis et obstrudo obstrudis obstrusi, id est contra vel ob aliquid vel undique trudere, includere, abscondere. Unde obtrusus et obstrusus, sa, sum.

RINOCERON «a Grecis vocatur. Latine interpretatur in nare cornu. Idem et monoceros, id est unicornis, eo quod unum

14 soporem B 16 duram AD 17 obtusi A; arbore] ab ore AD 19 *Post* vomerum *add. in textu* B, *in marg.* AD: lintres navicule sunt

RETORTUS 1 est *om.* C 6 si] su C; vel in sum *om.* B 7 ergo *om.* B; dicitur quasi iterum B

RETRUDO 1 vel] et D 2 extrusus] retrusus C 3 trusum *om.* CD; su *om.* BCD 4 repingere C 5 obstrusi obstrusum id C 7 et obstrusus *om.* B; sa sum *om.* C; *post* obstrusus *add.* C: unde in hymno sancti iohannis baptiste ventis obtruso positus cubili etc

RINOCERON 2 monoceres D; unicornix B

cornu in media fronte habeat, pedum iiii, ita acutum et validum ut quicquid impetierit aut ventilet aut perforet. Nam et cum elephantis sepe certamen habet et in ventre vulneratos prosternit. Tante autem est fortitudinis ut nulla venantium virtute capiatur; sed, sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella preponitur que venienti sinum aperit in quo ille, omni ferocitate deposita caput ponit sicque soporatus velut inermis capitur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,12-13) ubi agit de bestiis. Item Gregorius (*PL* 76,571), «Rinoceron fera omnino indomite nature, ita ut si quo modo capta fuerit, teneri nulla tenus possit. Impatiens quoque, ut fertur, ilico moritur». Dicitur autem rinoceron vel rinoceros a rinos, quod est naris, et ceros, quod est cornu. Idem et monoceros a monos, quod est unus, et ceros, quod est cornu quia unum cornu habet in media fronte. Unde et unicornis vel unicornium dicitur latine. Item secundum quosdam idem dicitur egloceros, id est capricornus ab egle, quod est capra, et ceros, quod est cornu. Unde Physiologus (*p.* 31) dicit, «unicornium est pusillum animal simile hedo, acerrimum nimis». Et declinatur hic rinoceros, ontis, et similiter declinatur monoceros et egloceros. Contrarius tamen videtur Priscianus (VI,70) huic declinationi, qui dicit de nominibus terminatis in os «grece eiusdem terminationis genitivum grecum sequuntur, os finali in is conversa». Et sic videtur quod deberet dici rinoceros rinocerois, sicut heros herois sed sicut patet ex verbis Gregorii et Ysidori suprapositis aliam habet terminationem, scilicet in on et secundum hoc debet facere genitivum in ontis, ut leon leontis. Dicit enim Priscianus (VI, 70), «hic leo, huius leonis, si enim

3 habeat et pedum D 8 virgo ei puella A 12 fera animo omnino B; indomitate D 13 modo *om.* C 14 quoque] ergo C; infertur B 16 monecheros B; unum B 17 quia unum cornu *om.* D; medio D 18 unicornium] unicornu B; item] unde C 23 huius ontis A; ontis] rotis C; hic monocheros A; monoceros tis C; et egloceros *om.* C 26 sequitur AD; finali *om.* D; is] hiis B 28 sicut] sic D; sicut dicitur heros B

leon dicas necessario servas ut genitivus quoque secundum Grecos habeat t, leontis». Et iste modus declinandi tenetur in obliquiis huius nominis rinoceron, sive in on sive in os, terminetur, propter confusionem variarum declinationum vitandam.

RITUS, tus, tui masculini generis dicitur consuetudo a moribus tracta et pertinet ad iustitiam et dicitur a ratus, quod est firmus. Unde ritus dicitur quasi ratus quia que rata sunt et firma ritui debent tradi. Vel ritus dicitur a rego, regis quasi rectus.

RITE, id est recte, adverbium est. Unde Priscianus (xv, 14) ubi agit de adverbio sic ait, «A rito quoque verbo vel ritu rite pro recte quia nichil traditur ritibus nisi quod rectum creditur esse».

RIVUS a ruo, ruis dicitur quia cito ruat vel a rigo, rigas quia ducitur ad rigandam terram. Et, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xiii (21), rivus fons, torrens et fluvius et amnis ita distinguntur: (4) «rivi dicti sunt eo quod diriventur ad irrigandum, id est ad inducendum aquas in agris . . . (5) Fons caput est aque nascentis quasi aquas fundens». (2) «Torrens est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens quod pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit. (1) «Fluvius est perennis aquarum decursus a fluendo perpetim dictus. Proprie autem flumen ipsa aqua, fluvius cursus aque. Prius autem flumen quam fluvius, id est prior aqua quam decur-

32 leon dicas] leontitas B 36 evitandam C; *post* evitandam *add. in textu* C, *in marg.* B: verius tamen credo quod dicatur rinoceros tis et similiter monoceros tis sed rinoceron et monoceron faciunt ontis

RITUS 2 ratus ta tum C 3 firmus ma mum C; unde ritus *om.* B; ratus quod est firmus quia A

RITE 1 est *alterum om.* C 2 rito] rite B 3-4 rectum est vel esse creditur B

RIVUS 2 sic D 3 xiii *om.* B; et *primum om.* C; fluvius flumen et D 9 perennis] perpetuus C 10 flumen dicitur ipsa C 11 prior ipsa B

sus». (3) «Amnis fluvius est nemore ac frondibus redimitus et ex ipsa amenitate amnis vocatus».

RIXA, sicut dicit Papias, dicitur lis «que inter multos committitur et iniuria constat». Unde rixosus dicitur, quod exponit Ysidorus dicens in x (239) Ethimologiarum, «Rixosus a rictu canino dicitur. Semper enim ad contradicendum paratus est et in iurgio delectatur et provocat contendentem». Et a rixa dicitur rixor, aris, id est rixam facere vel contendere. Rixa autem dicitur a ringo, gis, rinxi, ringere, rictum, quod est «irasci, indignari vel rictum facere. Unde hic rictus, tus, tui, id est oris apertio. Vel quod dicitur os in homine dicitur rictus in bestia». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Rado).

ROBUR generaliter dicitur «ex omni materia quicquid est firmissimum, et robur dicitur fortitudo, vires. Unde et quoddam genus arborum dicitur robur quia valde firmum est. Et quelibet arbor vel lignum dicitur robur». Et inde «robustus, ta, tum, id est fortis et firmus, et roboro, roboras, id est confortare, confirmare, maiores vires dare». Et dicitur robur a ratus, ta, tum, quod est firmum. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Reor).

ROGO, gas dicitur petere, orare, implorare. Unde hec roga dicitur elemosina, quod in vita Iohannis Elemosinarii (*PL* 73,344) reperies. Et a rogando dicitur rogus, id est ignis pro mortuo. Et dicit Papias «rogus est compositio lignorum, pira quando corpus impositum est ad cremandum, funus mortis apparatus, bustum corpus concrematum, sepulcrum

12-13 redimitus id est ornatus C
RIXA 1 dicit] ait C; multo C 1-2 commitatur C 3 x]xi B 4 ritu B; dictus C 6 rixor] rigor C; vel *om.* D 7 autem *om.* C 8 facere unde in parvo doctrinali ringitur excelsa simia sede sua unde C; rictus] unctus B 9 dicitur *alterum*] dicetur C 10 rictus] unctus B
ROBUR 1 quicquid scilicet B 2 fortitudo sive vires C 3 arboris vel arborum B 5 et *primum om.* C; firmus ma mum C 7 robur *om.* D
ROGO 3 dicitur hic rogus B 5 pira est quando B

ubi ossa conduntur, tumulus congestio terre in religione sancita qui et sine ossibus potest esse, monumentum vero est cuiuscumque rei memoria que monet mentem». Item rogus dicitur focus vel congeries lignorum in igne. Verba sunt Papie.

ROS «grecum est, quod illi drosor dicunt. Alii dicunt rorem dictum quod rarus est et non est spissus ut pluvia». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,9). Alii dicunt quod ros dicitur a ruo, ruis eo quod de aere ruat ad terram. Et dicit Papias quod «tunc ros largior fertur arva perfundere cum serenior nox est et luna clarior lucet». Nam et ipsa largior asseritur ut humorem terre, quem toto die solis calor siccaverit, eundem exiguo noctis tempore ros deponat». Et plerique sub aere quiescentes quo magis sub lumine sunt lune eo plus humoris se capite collegisse sentiunt». Et a rore dicitur roscidus et roridus, da, dum et rorulentus in eadem significatione, scilicet rore plenus, et roro, roras, id est rorem emittere vel stillare vel rore aspergere vel ad modum roris aspergere.

ROSA dicitur a rubeo, bes quia rubea est. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,17) ubi agit de herbis aromaticis sive communibus sic ait, «Rosa a specie floris nuncupata quod rutilanti colore rubeat». Vel secundum Papiam dicitur a roda grece, quod est rosa latine. Unde hic rodantes, tis dicitur flos rose.

7 terre et in A; regione D 7-8 sanciata C 9 cuiusque AC; item *om.* A

In marg. fol. 157v *add.* D: romus vel hic romulus frater remi sed romus de impositione remulus diminutivum causa blandimento item a romus hec roma et non a romulus tunc enim deberet dici romula et non roma et dicitur roma ab illo quia ille fuit primus fundator illius sicut dicit papias

ROS 2 dictum eo quod BD; est *alterum om.* C 4 ruit A 5 quod *om.* C 7 quem] que B 10 capite *om.* C 11 dicitur roscidus et *om.* C 12 roras ravi rare B

ROSA 2 xi BD 4 quod] quia C 5 huius tis A 6 dicitur *om.* C

RUBIGO est frugum corruptio «quando scilicet tenere fruges noxio rore percutiuntur et tam spice quam culmi vertuntur in ruborem minii coloris vel sinopidis». Ita dicit glosa Ioel i (4). Et dicitur a rubeo, bes. Vel dicitur a rodo, rodis secundum Ysidorum qui dicit in xvi (21,5) Ethimologiarum ubi agit de ferro, «Rubigo est vitium rodens ferrum vel segetes quasi rodigo, mutata una littera. Hec et erugo ab erodendo dicitur, nam erugo vitium est ferri ab erodendo dictum, non ab eramento».

RUBRICA quidam color rubeus dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (17,2), «Colores autem nascuntur aut fiunt. Nascuntur, ut Sinopis, rubrica». Et sequitur (4) «Rubrica vocata quod sit rubra et sanguineo proxima. Hec locis plurimis gignitur, sed optima Ponto; unde et Pontica dicitur». Huguitio dicit quod a ruber, bra, brum dicitur hec rubrica, id est «regula vel filum rubro tinctum quo aliquid distinguitur. Et rubrica dicitur illa tinctio vel terra rubra et quod fit de illa tinctura». Et producit semper hanc sillabam bri. Unde Persius circa principium (1,66),

Hanc secus ac si oculo rubricam dirigat uno.

Item Oratius in Sermonibus (II, 7,98-9),

Prelia rubrica picta aut carbone velut si
Re vera pugnent, etc.

Et inde «rubrico, cas, id est dirigere cum rubrica et rectum facere» vel rubrica designare vel rubrum facere, et inde rubricatus, ta, tum, id est rubrefactus vel rubrica tinctus.

RUBUS genus est ligni spinosi de quo Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,19), «Rubum Latini appellant eo quod fructus

RUBIGO 2 noxio] novo B; tam] iam A 2-3 vertuntur et in ruborem minii gallice de vermellon coloris vel sinopidis B 3 sinapis A, sinopis D 4 i *om.* D 7 hec] hoc AD 8 est *om.* B 9 eradendo C
RUBRICA 1 dicitur] est C 3 rubrica *primum*] rubricata A 4 vocata est eo quod B; sanguineo colori B 7 quo] quod D 8 fit] sit C 12 item] ideo C 13 velut] velit C 17 rubore factus C

vel virgula eius rubeat. Hec arbor a Grecis morus dicitur». Et propter hoc dicit Ovidius in principio Methamorphoseon (I, 103-5) de primitivis hominibus,

> Contentique cibis nullo cogente creatis
> Arboreos fetus montanaque fraga legebant
> Cornaque et in duris herentia mora rubetis.

Et est rubus masculini generis.

RUDENS, tis dicitur corda rudis. Unde Ysidorus Ethimologiarum XIX (4,1), «Rudentes sunt funes navium ex nimio stridore ita dicti». Scilicet a rudo, dis, rudi, dere, sum, quod est clamare asinorum quia strident ad modum asini. Et dicit Huguitio (*s. v.* Ruo) quod rudo, dis corripit primam sillabam. Unde Ovidius (*A.A.* III, 290),

> Ut rudit ad scabram turpis asella molam.

Idem in libro Fastorum (I, 433),

> Ecce rudens rauco silenti vector asellus
> Intempestivos edidit ore sonos.

Persius (3,9) tamen producit primam sillabam dicens,

> Clamat ut Arcadie pecuaria rudere credas.

Et dicit Huguitio quod «falsus est versus, si enim prima esset longa», secundum Priscianum (IX, 14) «faceret preteritum rudo rusi ut ludo lusi, sed rusi in veritate nichil est». Item dicitur rudio, rudis, dii vel divi, dire, scilicet commune clamare omnium animalium sive asine sive alterius animalis. Unde componitur erudio, dis, instruere quasi extra rudire vel extra ruditatem ponere.

RUGIRE proprie leonum est. Unde hic rugitus, tus, tui dicitur clamor leonis et quandoque simpliciter ponitur pro clamore sed improprie et per metaphoram.

RUBUS 6 contenti B 7 fragra C
RUDENS 3 dere rusus sum D 7 scrabam ABD 8 item B 9 silenti] sillem AD, cillem B 12 ut] cum C; credas] queras B 13 et] sed B 15 ludo dis lusi B 16 scilicet *om.* D
RUGIRE 3 per *om.* C

RUMINO, nas dicitur remandere, regustare, cibum ad rumam vel rumen revocare. Est autem ruma vel rumen eminens pars gutturis proxima gurgulioni in qua cibus et potus devorantur et ubi sapor cibi vel potus discernitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,59), «Rumen proximum gurgulioni, quo cibus et potus devorantur. Hinc bestie que cibum revocant ac remandunt ruminare dicuntur». Quid sit autem gurgulio dictum est supra ubi exponitur eructo, tas. Item Papias, ruma gula unde ruminant animalia, id est in rumam revocant. Idem ruminatio «dicta a ruma, eminente gutturis parte, per quam dimissus cibus a certis animalibus revocatur». Et nota quod frumen et ructa sunt in homine. Unde et ructare, non ruminare dicitur. Ruma autem et rumen in bestia. Et dicitur ruma et rumen a ruo, ruis quia per partem illam cibus ruit et descendit in stomachum.

RUMPHEA idem est quod framea. Unde Ysidorus Ethimologiarum xviii (6,3) ubi agit de gladiis, «Framea gladius est ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant. Ipsa est rumphea». Vide supra ubi exponitur framea. Quid sit spata dicetur in suo loco.

RUNCINA multa significat, sicut enim dicit Augustinus in iiii libro De civitate dei viii capitulo, Runcinam antiqui dixerunt deam illam que presidet segetibus cum runcantur, id est a terra auferuntur. Nam runco, cas dicitur herbas a terra avellere. Item «runcina est quoddam artificium lignarii, gracile et recurvum quo cavantur tabule domus ut una alteri connectatur». Ita dicit Haimo (*Com. in Is.*, *PL* 116,

RUMINO 3 gugurlioni D 6 potus] potio D; devoratur C 8 autem] ergo B 9 gula est unde BD 10 in *om.* D; dicta est a B 11 eminente scilicet gutturis B; certis] ceteris D 15 per] ad B
RUMPHEA 2 viii D 4 quid autem sit B 5 docetur C; in *om.* B
RUCINA 3 illam scilicet que B; runcantur] truncantur ABD 4 a terra] terre C 5-6 lignarium A 6 recurvunt D; caveantur C 7 connectatur] commitatur C

939) super xliiii (13) Isaie. Et sicut in prima significatione secundum Augustinum dicitur runcina a runcando, id est auferendo, ita et in secunda, runcina enim aufert et avellit interiora ligni cavando ipsum. Vel dicitur runcina a runcone quia curva est ad modum runconis. Est autem runco «ferramentum curvum cum longo manubrio ad densitatem veprium succidendam, quod alio nomine falcastrum dicitur a similitudine falcis. Et dicitur runco a runcando», sicut dicit Ysidorus in xx (14,5) Ethimologiarum. Item hic runco dicitur ille qui runcat. Et nota quod sive a runcando sive a runcone dicatur runcina semper producit penultimam. Dicit enim Priscianus (iv, 5), «In na desinentia denominativa sive verbalia . . . omni modo longam habent penultimam vel natura vel positione, ut officium officina, medicus medicina, rex regina, leo leena, doctrix doctrina, tonstrix tonstrina, coquus coquina vel culina, cantus cantilena, far farina, luceo lucerna, lux lucina, lateo laterna. Nam Mutina, sagana, pagina non videntur esse derivata. Sagana enim et saga idem significant». Ita dicit Priscianus in tractatu de denominativis. Idem in tractatu de possessivis (ii, 60) «fiscina corripit penultimam quomodo fuscina. Cur ergo piscina producitur? Quia hoc sine dubio a pisce derivatum est; fiscina autem a fisco an fiscus a fiscina an neutrum a neutro dubium est. Nam nec fuscina a fusco nec pagina a pago nec Mutina a muto nec Ariminum ab armo derivata, cum sint primitiva, penultimam

8 isaie capitulum et B 9 runcina a runco cas vel a A; runcando] runcinando B 10 in *om.* D 11 cavando] navando C; runcone] runcione B 12 runcionis B; runcio B 16 *Post* Ethimologiarum *add. in textu* A, *supra post* runconis (*v.* 12) C, *in marg.* D: runcina quasi runcana a runcando dicitur vel a runcone quasi runcona 17 runcone] runcione B 18 producitur D; penultimam] ultimam B; penultimam sillabam A 20 longuam D; habet B 22 rex regis regina BD; tonstrix tonstrina *om.* C 23 luceo] luce C 24 lux lucis lucina BC; sagana] sagina A, lagana B 26 ita] item AC; denominativis] nominativis BD; idem] item C 28 cur] cum C; hoc] hec C 29 autem an B 29-30 fisco aut fiscus C 30 fiscus an fiscina AD; fiscina aut neutrum C; nec] ne C

corripiunt». Cum igitur runcina verbale sit aut denominativum manifestum est quod semper secundum Priscianum producit penultimam. Unde Alexander Nequam sic ait (*fol.* 119^{a},21),

Runcinam runco, lector, generare memento.

Unde quidam versificator bene dixit,

Utilis est runcina fabro sed runcina nulli,

quia nichil significat. Item alii versus,

Runco runcinam parit, ut medeor medicinam.
Ergo doctrinam lector dicas asininam
Qua sic erratur ut runcina corripiatur.
Ante na longa fit i. Decet hec brevianda notari:
Cum trutina, patina, Prosperpina vult breviari;
Femina cum Mutina sic sarcina vult sociari;
Fuscina, fiscina, machina, pagina dic comitari;
Vult elemosina, buccina, lamina connumerari.
A mare cum na venit ipsi petit assimilari,
Femineo genere debet lex ista tenere.

Hoc est expositio: cum na, id est cum dictio terminata in na, venit a mare, id est a masculino genere, ut domina a dominus, asina ab asinus, tibicina a tibicen petit assimilari ipsi, id est masculino, in accentu. Unde, sicut dominus corripit penultimam, ita et domina, et sicut tibicen corripit penultimam ita et tibicina, et sicut vicinus producit penultimam, ita et vicina. Et sic de aliis.

33 corripuerunt BD; igitur] ergo C; runcina] mutina C 37 geminare C 38 unde et quidam B; bene dixit] sic ait et bene B 39 est *expunxit* D 44 hec] hoc AD, hinc B; breviando AD 47 comitari] sociari C 48 vult] vel C 49 mare] masculino *supra scr.* D; assimilari] associari C, assimulari D 51-57 hoc est . . . aliis *in marg.* D 51 hoc est expositio] a mare cum na etc expositio B, expositio sic patet C; na *alterum*] a D 52 genere *om.* B; ut *iteravit* C 53 tibicen] tibicine BCD 54 id est] ut C; dominus] dicit C 55-56 ita . . . penultimam *om.* D 55 domina corripit penultimam et B; tibicen] tibicinus B, tibicinis C; 55-56 penultimam *om.* C 57 sic] sicut B; *post* aliis *add.* A: quod dicitur hic intellige totum de nominibus substantivis feminini generis

In marg. fol. 158 *add.* D: ruo ruis rui rutum vel ruitum unde hec ruina ruine et hinc ruinosus id est ruina plenus

RUSTICATIO quasi rustici actio dicitur opus vel opera rustici. Unde Ecclesiastici vii (16), «Non oderis laboriosa opera et rusticationem ab altissimo creatam», id est impositam homini in penam primi peccati. Genesis iii (17), «maledicta terra in opere tuo». Item Ecclesiastici xxvii (7), «rusticatio de ligno ostendit fructum illius». Vide infra proximo.

RUSTICA vel rusticus que vel qui moratur in rure. Rus enim dicitur villa, terra, ager, sed rura dicuntur proprie inculti agri, ut silve, pascua quasi rudia. Ager autem qui colitur; unde ab agendo dicitur. Item rusticus dicitur inordinatus et deformis in moribus et secundum hoc comparatur rusticior, rusticissimus. Unde hec rusticitas et, sicut dicit Papias, «rusticitas est morum, rusticatio est operum». Item rusticus dicitur operarius qui rus vel terram operatur. Quod autem dicitur rusticus quasi ruris custos vel quasi rus colens ethimologia est non compositio. Versus de Grecismo (IX, 165-7),

> Rusticus a rure quoniam rus est sibi cure,
> Villicus a villa quia res disponit in illa,
> Dicitur agrestis ab agro, sit littera testis.

RUTA «dicta quod sit ferventissima... Hanc venenis repugnare mustele docent, que dum cum serpente dimicaverint, cibo eius armantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii g (11,8). Macer De viribus herbarum multum commendat eam et dicit quod est calida et sicca in tertio gradu. Unde ait sic,

> A medicis rute vis caustica dicitur esse 267

RUSTICATIO 1 opera] operatio B 2 xvii B
RUSTICA 1 vel *primum*] et BC, *om.* D 4 et *om.* D 6 rustisimus B, rusticimus D 7 est *primum*] vero C 8 quod] quia B
RUTA 1 quod] que C 2 dum *om.* C 2-3 dimicaverit D 5 est *om.* D 6 sic *om.* B 7 *In marg. ad hunc versum add.* C: a custos grece quod est incensio vel inustio sicut dicit huguitio et papias; *post* esse *add. in textu* A, *in marg.* D: causticus ca cum id est (dicitur D) incensivus a cauma caumatis (quod est incendium D)

Siccaque, fertur in hiis gradus illi tertius esse.
Utilis est sepe stomacho, si sepe bibatur
Expellit partum potu veneremque coercet,
Tussim si bibitur compescit, menstrua purgat.
Si coquis hanc in aqua, cui vinum iunxeris acre,
Compescit talis decoctio tormina ventris,
Pulmones iuvat et pectus, morboque medetur
Costarum, quem pleuresim vocat Attica lingua; 275
Lumbricos oleo decocta et pota repellit. 282
Cruda comesta recens oculos caligine curat. 285
Naribus expressus si succus funditur eius 292
Sistet manantem bene desiccando cruorem. 293
Obstat pota nimis vel cruda comesta venenis. etc. 304

S

SABA, sicut dicit glosa Isaie xliii b (3), «civitas est in finibus Ethiopie sita». Secundum Papiam Saba est Arabie regio in qua nunc Sabei habitant, dicta a filio Chus, qui nuncupatus est Saba. Alii dicunt quod Saba est fluvius a qua tota regio nuncupatur.

SABAOTH unum est de decem nominibus quibus deus nominatur apud Hebreos, que ponuntur supra ubi exponitur alleluia. Et interpretatur Sabaoth exercituum sive virtutum. Unde in Psalmo (23,10), «Dominus virtutum ipse est rex glorie».

SABATH dicitur Februarius, non Ianuarius, ut scribitur in

8 illi *om.* D 12 aquam ABD 14 pulmonem B 15 attrita AC; *in marg. ad hunc versum add.* C: grecismus atticus eolicus doricus ionicusque boetus / grecorum vere tibi sunt idiomata quinque (VIII, 1-2) 16 et pota] potata B 17 recens] cecos B 20 pota] cocta B; etc *om.* B

SABA 1 isaie xliii b *om.* B; xliiii b C; in finibus] insibus C 2 arabia ACD 3 sabei populus quidam B; dicta autem a D 4 fluvius] fluminis B

SABAOTH 1 decem *om.* B 3 dominus exercituum A; sive] vel A 4 unde . . . virtutum *om.* B

Siccaque, fertur in hiis gradus illi tertius esse.
Utilis est sepe stomacho, si sepe bibatur
Expellit partum potu veneremque coercet,
Tussim si bibitur compescit, menstrua purgat.
Si coquis hanc in aqua, cui vinum iunxeris acre,
Compescit talis decoctio tormina ventris,
Pulmones iuvat et pectus, morboque medetur
Costarum, quem pleuresim vocat Attica lingua; 275
Lumbricos oleo decocta et pota repellit. 282
Cruda comesta recens oculos caligine curat. 285
Naribus expressus si succus funditur eius 292
Sistet manantem bene desiccando cruorem. 293
Obstat pota nimis vel cruda comesta venenis. etc. 304

S

SABA, sicut dicit glosa Isaie xliii b (3), «civitas est in finibus Ethiopie sita». Secundum Papiam Saba est Arabie regio in qua nunc Sabei habitant, dicta a filio Chus, qui nuncupatus est Saba. Alii dicunt quod Saba est fluvius a qua tota regio nuncupatur.

SABAOTH unum est de decem nominibus quibus deus nominatur apud Hebreos, que ponuntur supra ubi exponitur alleluia. Et interpretatur Sabaoth exercituum sive virtutum. Unde in Psalmo (23,10), «Dominus virtutum ipse est rex glorie».

SABATH dicitur Februarius, non Ianuarius, ut scribitur in

8 illi *om.* D 12 aquam ABD 14 pulmonem B 15 attrita AC; *in marg. ad hunc versum add.* C: grecismus atticus eolicus doricus ionicusque boetus / grecorum vere tibi sunt idiomata quinque (VIII, 1-2) 16 et pota] potata B 17 recens] cecos B 20 pota] cocta B; etc *om.* B

SABA 1 isaie xliii b *om.* B; xliiii b C; in finibus] insibus C 2 arabia ACD 3 sabei populus quidam B; dicta autem a D 4 fluvius] fluminis B

SABAOTH 1 decem *om.* B 3 dominus exercituum A; sive] vel A 4 unde . . . virtutum *om.* B

Papia; sed forte vitio scriptorum sic erratum est sicut et hodie multi errant legentes Sabbato pro Sabath Zacharie i (7) ubi vera littera est hec, «In die xx et iiii undecimi mensis Sabath», ubi dicit glosa, «Sabath interpretatur virga». Item per aliam glosam patet quod sit Februarius, ubi dicitur «Merito hoc mense videntur Iudaico populo que sequuntur, quia, sicut Februarius est acerrimus in frigore hiemis et sicut xxiiii die mensis, luna deficiente in tenebras, obscuriorem habet noctem, sic populus, cui hec nuntiabantur, ex maiore sui parte in Medis et Chaldeis et Assiriis exulabat, quasi ceco et perpetuo noctis et frigoris horrore depressus». Illud idem probatur per textum, qui dicit «undecimi mensis», Sabath enim, id est Februarius, undecimus est apud Hebreos, sicut ostensum est supra ubi exponitur Adar, ubi ponuntur nomina et ordo mensium apud Hebreos.

SABBATI ITER dicitur mille passus ultra quos non licebat Iudeis ire in die Sabbati Actuum i (12).

SABBATO SECUNDO PRIMO Luce vi a (1) sic exponitur in Historiis (1572), «'In secundo sabbato primo cum Iesus transiret per sata' etc. vel in secundo sabbato a primo, de quo precessit sermo. Vel est una dictio, quam dicit Lucas deuteron proton, nos 'secundo primum'. Hoc est autem sabbatum quod discipuli non observabant. Ideo secundum vocavit ut significaret spirituale sabbatum iam inchoari et legalia cessatura. Est enim sabbatum secundo primum spirituale, id est superius inferiori legali, scilicet quod factum est de secundo primum. Quod enim prius fuit tempore factum est secundum munere gratie, et quasi caput versum

SABATH 2 scriptorum non intelligentium sic B; sicut] sic AD 4 hec *om.* C 6 glosam ieronomi patet C 8 frebuarius D 13 sabaoth B 15 ponuntur] exponuntur D

SABBATO SECUNDO PRIMO 5 protheron BC; est *om.* BC; autem *om.* A 5-6 sabbato B 6 secundum] sic D 8 secundum D 9 scilicet] secundum B; quod] quo AD 10 de *om.* B; in tempore C 11 factum est *om.* D

est in caudam. Unde, si quis Christum appellare velit Adam secundo primum, non errabit. Vel sunt due dictiones et dicuntur secundum et primum tempore, quia et ante legem sancti patres spiritualiter sabbatizaverunt et post, legali sabbata interposito». Glosa Luce vi (1) sic exponit, «Diem quo sabbati littera solvi cepit deuteron proton, id est secundo primum, sabbatum vocat per hoc innuens observantiam legalis sabbati cessaturam et naturalis sabbati libertatem, que usque ad Moysi tempora ceterorum dierum similis erat, restituendam, qua credentes per gratiam septiformis spiritus a malis operibus vacant. Sabbatum ergo gratie, ad distinctionem legalis sabbati, dicitur secundo primum, id est primum secundo prelatum, id est superius et dignius inferiori sabbato legali, vel ordine temporis quia et ante legem hoc sabbatum ita a patribus agebatur sicut et nunc agitur a nobis. Vel secundum primum potest dici ut unum idemque Novi Testamenti sabbatum sit et secundum, quia post legale a nobis observatur, et primum, qui ante decreta legis a iustis observabatur antiquis». Et dicit Interlinearis quod secundoprimum potest esse una dictio vel due».

SABBATISMUS dicitur sabbati observantia vel feriatio sive requies. Unde ad Hebreos iiii g (9), «relinquitur sabbatismus populo dei», glosa «relinquitur», id est reservatur, «populo dei sabbitismus». «Id est plene quietis feriatio, iocunditas significata per sabbatum quo requievit dominus, et in lege observabatur. Tunc enim perfecte vacabimus, gratia maiore refecti et deo pleni. Et sciemus perfecte quia ipse est deus, ibi vacabimus et videbimus et laudabimus et amabimus».

12 unde et si quis C 13 erravit B 15 post] primo C 16 *Glosa sequitur Bedam, PL* 92, 392. 17 solvit C; protheron B; id est] a B 20-21 restituenda B 22 ergo] quoque A 24 prolatum BC; inferiori] inferius A, inferiora C 27 novique B 29 nobis] vobis C 30 observabatur et antiquis C

SABBATISMUS 1 sabatissimus BCD 2 g] igitur D, c C 2-3 relinquitur . . . dei *om.* C 3 glosa] igitur C 6 gratia] gloria AD 7 deo] ideo C; est *om.* C; deus] dominus A 8 et videbimus *om.* B

SABBATIZARE dicitur requiescere vel sabbatum observare.

SABBATUM expositum est ubi exponitur neomenia cum aliis festis legalibus. Et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Sabeth), sabbatum dicitur «a sabbe, quod est vii secundum Hebreos, vel a sebo, quod lingua Syrorum dicitur vii». Et nota quod «septima dies septimane et ipsa septimana dicitur sabbatum. Unde», Luce xviii c (12), «'Ieiuno bis in sabbato', id est in septimana». Unde Iudei solebant ita computare dies: prima sabbati, id est prima dies septimane, secunda sabbati, tertia sabbati et sic usque ad sabbatum, cuius nomen non mutatur sed dicitur sabbatum simpliciter. Vel dicitur sabbatum sabbatorum per excellentiam aliorum dierum qui sabbata appellantur. Unde in Compoto (*De temp.* IV) ubi agitur de nominationibus dierum dicitur, «Silvester ferias et Hebreus sabbata dicit». Unde Matthei xxvii (28,1), «Vespere sabbati que lucescit in prima sabbati» quod exponitur in loco suo.

SACRASANCTA et sancta sanctorum ita distinguntur ab Ysidoro in xv (4,1-2) Ethimologiarum ubi agit de edificiis sacris, «Sacra sunt loca divinis cultibus instituta, utpote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrantur. Sancta iuxta veteres exteriora templi sunt. Sancta autem sanctorum locus templi secretior ad quem nulli erat accessus nisi tantum sacerdoti. Dicta autem sancta sanctorum quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel quia sanctorum comparatione sanctiora sunt, sicut Cantica Canticorum quia cantica universa precellunt, sanctum autem a sanguine

SABBATUM 3 a *om.* C; est *om.* A 4 quod est lingua B; siriorum CD 5 septima] septem B; die D 7 solent BC; ita *om.* C; diem A 8-9 tertia sabbati *om.* C 11 excellentiam respectu aliorum BC; que C 14 vespere autem sabbati B 15 lucessit BD; exponetur B; in *om.* B

SACRASANCTA 1 sancta *om.* B 1-2 isid eth li xv c iiii in principio C 2-3 ubi . . . sacris *om.* C 4 *Post* litantibus *add.* C: id est sacrificantibus 4-5 *Post* consecrantur *add.* A: litantibus id est sacrificantibus 5 exteriora] interiora A 5-6 autem *om.* D 7 sancta *om.* D 8 quia *primum*] quod C 10 precellant C

hostie nuncupatum; nichil enim sanctum apud veteres dicebatur nisi quod sanguine hostie esset consecratum aut conspersum. Item sanctum quod extat esse sancitum. Sancire autem est confirmare et irrogatione pene ab iniuria defendere; sic et leges sancte et mores sancti dicuntur». Verba sunt Ysidori. Papias dicit quod sacra dicuntur sacrificia, sollempnia, sancta, religiones, cerimonie, are, foci, delubra, templa.

SACRAMENTUM est invisibilis gratie visibilis forma, ita ut eius similitudinem gerat et causa existat. Quod autem dicitur sacramentum quasi sacre rei signum vel sacrum secretum ethimologia est. Ob hoc autem sacramentum dicitur quod sub visibili specie virtus sacramenti invisibiliter percipitur. Unde et grece misterium dicitur quod secretam et reconditam habeat dispensationem. Item, sicut ait Papias, sacramentum est pignus sponsionis, vocatum sacramentum quia violare quod quisque promittit perfidie est, sicut quando quis venit contra fidem vel prestitum iuramentum.

SACRIFICIUM «dicitur quasi sacrum factum quia prece mistica consecratur pro nobis in memoriam dominice passionis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (19,38) ubi agit de officiis, sed hoc pertinet ad corpus Christi. Generalius autem sumit sacrificium paulo ante (19,28) dicens, «Duo sunt que offeruntur: donum et sacrificium. Donum dicitur quicquid auro vel argento aut qualibet alia specie efficitur. Sacrificium autem est victima et quecumque in ara cremantur seu ponuntur».

12 hostie *om.* C; esset] fuerat B 12-13 conspersum] asperum C 13 sanctum est C; extat] constat B, *om.* C; esse] est C; sanctitum O; sanctire ABC 14 irrogare C 15 sic] sicut B; sancte esse et B 16 papias vero dicit B 17 foci] fana B; delubria B

SACRAMENTUM 6 ministerium D; dicitur eo quod B 7 habeat speciem vel dispensationem B; dispensationem] discretionem D 9 permittit C 10 prestitum] prefatum C, prestitutum D

SACRIFICIUM 2 pro nobis *om.* C 5 sumit] sunt B, *om.* A 5-6 duo autem sunt A 7 qualibet] quacumque B; efficitur] offertur C

SACRILEGUS proprie dicitur sacre rei fur, et componitur a sacer, sacra, sacrum et lego, gis pro furari. Versus (*Grec.* XVII, 56-7),

Fur aurum, virgo flores, mare navita, libros
Clericus equivoce singula quisque legit.

Et ponitur sacrilegus pro scelerato vel flagitioso sive facinoroso. Unde sacrilegium dicitur proprie sacre rei furtum. Committitur autem sacrilegium furando sacrum de loco sacro aut sacrum de non sacro aut non sacrum de sacro. Invenitur autem sacrilegium quandoque pro scelere vel enormi facto.

SACCUS «a sago dicitur eo quod sacco consuto efficiatur quasi sagum». Ita dicit Papias. Est autem sagum quoddam genus panni vel vestis tenuis et abrasa. Item a sacco hic sacculus et hic sacellus, ambo diminutiva. Versus de proprietatibus sacci,

Monoculus fortis vilis latices vomit asper,
Ventro non turget, premit et non pascit asellum,
Pulverulentus abit saccus sub vincla molentis.

Et adaptantur penitenti.

SADUCEI interpretantur iusti vel iustificati seu iustitie aut iustificationes. Hii resurrectionem spernunt dicentes in Genesi (3,19) scriptum esse «Terra es et in terram ibis». Vide supra ubi exponuntur Pharisei, Saducei et Essei.

SAGENA genus est retis piscatorii et dicitur a sagum, gi propter sui raritatem. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Sagio).

SAGINA, ne dicitur pinguedo, unde saginatus, ta, tum, id est pinguis, incrassatus, obesus.

SACRILEGUS 6 sacrilegus] sacrilegium B 7 proprie] quasi C 8 communiter C 8-10 furando . . . autem *om.* D
SACCUS 3 abrase B 4 hic *om.* A; versus] versa C 8 pulverentus D; monentis A 9 aptantur C, adaptantur hec omnia penitenti B
SADUCEI 1 id est seu A 3 esse] est B
SAGENA 1 piscatorus B; et dicitur a sagum gi *om.* D
SAGINA 2 et obesus B

SAGITTA dicitur a sagio, gis, sagivi, gitum, quod est ingeniose agere vel divinare. Unde hic et hec et hoc sagax, id est ingeniosum vel velox vel investigator. Dicitur autem sagitta a sagio vel a sagax eo quod «sagaci ictu vel ingenioso vel veloci mittitur. Pennis enim fertur quasi avis ut mors celeriter percurrat ad hominem». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (8,1).

SAGINA (*sc. sagma*), natis, sicut dicitur in Historiis (1208), «stratura est asini», sed Huguitio (*s. v.* Sagio) dicit hec «sagina, que corrupte vulgo dicitur salma, scilicet sella vel pondus et sarcina que ponitur super sellam. Et dicitur sic a stratu sagorum, id est sellarum, vel quia selle sago solent sterni». Item Papias dicit sic, sagina «que corrupte vulgo salma dicitur a stratu sagorum nuncupatur. Unde et caballus saginarius, mula saginaria dicitur».

SAGUM indumentum est militare quadrate forme. Item sagum est quoddam genus panni vel vestis tenuis et abrasa. Iuvenalis (6,591),

An saga vendenti nubat, caupone relicto.

Unde hoc sagulum idem. In Historiis (1176) autem super Exodum (26) dicitur sic, «Secundum operimentum erat saga cilicina, que et vela caprilacia vel capillacia quandoque vocantur, que facta erant de pilis caprarum, quos capillos quandoque dicimus ad differentiam lane ovium, de quibus cilicia fiunt. Unde et illa saga cilicina dicta sunt, que pro asperitate saga dicebantur. Unde et quosdam pannos asperos sagias dicimus, vel forte ex quadratura saga dicta. Unde et militare

SAGITTA 1 sagivi gire gitum tu A 3 dicit C 4 ictu] iactu AB, actu D; vel *alterum*] id est BC 6 hominem] populum B
SAGINA 2 statura D; dicit quod hec ABD 2-3 sagina huius ne A 3 scilicet] est B 4 super] supra D 5 selle] sepe B 7 nuncupatum C 8 mula saginaria *om.* D, mulaque saginaria B
SAGUM 2 arbasa C 4 nuba D 6 secundum *om.* A 8 erat A 9 quibus et cilicia C 10 cilicina] cilicia C 11 sagia B

pallium a Gallis inventum, quia quadrum erat, sagum dictum est. Quod tamen quia ex aspero fiebat panno contra aeris intemperiem etiam potuit dici sagum».

SAL dicitur a salio, lis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi (2,3) ubi agit de glebis ex aquis sic ait, «Sal quidam dictum putant quod in igne exiliat. Fugit enim ignem dum sit igneum, sed naturam sequitur quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. Alii a salo et sole sal vocatum existimant; nam aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus vel scopulis derelicta. Sunt et lacus et flumina et putei e quibus hauritur. Dehinc in salinas ingesta sole siccatur» etc. Idem ibidem (4), «Tragaseum nec crepitat in igne nec exilit; Agrigentinum Sicilie flammas patiens in aqua exilit, in igne fluit contra naturam». Versus de Grecismo (xii, 118-20 +),

Sal neutri generis condimentum notat oris,
Hic sal si dicas, id quod sapientia signat,
Cuius plurale reprehensio dicitur esse.
Verbaque cum salibus asperiora dedit.

Item Ysidorus (xvi, 2,6) loquens de sale dicit, «Denique cornea videmus corpora nauticorum. Quin etiam pecudes, armenta et iumenta sale maxime provocantur ad pastum, multum largiores lacte multumque gratiores casei dote. Corpora etiam sal astringit, siccat et alligat. Defuncta etiam a putrescendi labe vindicat ut obdurent».

SALIO, lis pro saltum facere neutrum est. Et secundum Priscianum (x, 51) triplex habet preteritum, scilicet salii, salivi et salui. Et similiter ab eo composita triplicant preterita. Unde

13 gallicis A; quia autem quadrum B 13-14 dictum est] dicitur B 15 temperiem B

SAL 1 dicitur] etiam D 2 ubi *om.* D; ex] et ACD 3 dum sit] dimisit A 4 sed] si D 5 alii] et D 5-6 existimant hoc salum sali idem est quod mare nam A 6 extremis] exemis B 7 derelicta id est a sole dococta C 10 silicie ACD, cilicie B 21-22 a putredine vel a labe B; putrescendo D; vendicat C

SALIO (1) 2 scilicet] id est C 2-3 salii et salui et salivi C

in multis locis invenitur in biblia insiluit pro insiliit vel insilivit et est antiqua littera. Unde et in Doctrinali (917) scribitur,

Dat salio salii, salui quoque sive salivi.

Item salire, quod vulgo dicitur ammontare, pertinet ad animalia irrationalia. Unde Ovidius (*A.A.* II, 485),

Leta salitur ovis, tauro quoque leta iuvenca.

SALIO, lis, lii vel livi, lire, salitum, tu dicitur sale condire, et salo, lis, li, salere, salsum, su invenitur in eodem sensu et utrumque dicitur a sal, salis. Unde non videtur quod in istis duobus verbis debeat duplicari l, sicut nec duplicatur in sal, salis, a quo descendunt. Versus,

Salio, salo cibum, salio pede, cantica psallo.
Salo facit sali, salivi salio, psallo
Dat psalli, salui salio saliique salivi.
Salo facit salsum, salitum salio, saltum
Dat salio, psallo tantum manet absque supino.

Item alii versus,

Sal, salis et salio pede dicimus abbreviando,
Sed producuntur ut ab hiis differre notentur
A sale verba duo venientia: salio, salo,

7 salio *om.* D
In marg. fol. 161 *add.* D: salio componitur assilio lis id est aggredi invadere et construitur cum dativo et accusativo ut assilio menia et assilio menibus item assilire est cum gaudio salire ad aliquid unde hic assultus tus tui et assulto tas item componitur absilio absilis absultum in diversas partes salire separari abrumpi item componitur circumsilio is id est undique aggredi item componitur desilio lis id est de uno loco ad alium transire unde desultor dicitur qui de uno loco ad alium locum se transfert item componitur dissilio lis id est separari abrumpi item exilio lis exultum id est valde vel extra salire unde exulto tas frequentativum exilire proprie fit cum letamur et ideo ponitur exultare pro letari sed proprie saliendo item componitur insilio lis id est insultum facere invadere unde hic insultus tus tui et insulto tas et est proprie insultare quadam cavillatione et derisione hostem deridere unde de beato laurentio subicientibus prunas insultat levita christi
SALIO (2) 9 salio quoque saltum A

Ne dicendo 'salis' commune sit omnibus istis.
Nec sequimur plures l in hiis geminare volentes,
Nam primitivi vox non vult l geminari.

Ad evidentiam istorum versuum nota quod salis genitivi casus huius nominis sal utramque sillabam habet correptam. Salis secunda persona huius verbi salio pro condire cibum utramque producit, salis secunda persona huius verbi salo producit primam et corripit secundam, salis secunda persona huius verbi salio pro facere saltum corripit primam et producit secundam. Et ita patet quomodo diversificatur hec dictio salis in omnibus istis, causa differentie.

SALINA dicitur locus ubi fit vel invenitur sal, et differt a salino, nam salinum dicitur vas ubi reponitur sal, et ponitur quandoque pro tota suppellectile quia sal condimentum est omnium ciborum. Unde Persius in illa satira (3) «nempe hec assidue» etc. (25),

Est tibi far modicum, purum et sine labe salinum.

SALIVA dicitur a sale quia salsa est et salis habet saporem. Vel dicitur a salio, salis quia salit ab ore.

SALIUNCA est «quedam herba spinosa» et dicitur a salio, lis eo «quod salire facit calcantes et propter hoc vulgariter calcacrepa dicitur quia calcantes facit crepere. Virgilius (*Ec.* 5,17),

Puniceis cedit quantum saliunca rosetis».

Ita dicit Huguitio (*s. v.* Salio).

SALIX arbor quedam est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,47), «Salix dicta quod celeriter saliat, id est ve-

20-23 salio . . . verbi *om.* A 21 salo] salio C 24 et *om.* D
SALINA 3 suppelectili C, super lectile B 6 labe] sale AD
SALIUNCA 1 salunca D 3 calcatrepa O; dicitur] vocatur B; crepere] crepare ABC, trepidare D; Virgilius] versus C 5 quantum] cantum D; salunca D; roseris B
SALIX 2 quod] quia B

lociter crescat, arbor lenta, vitibus habilis vinciendis. Cuius seminis hanc dicunt esse naturam ut si quis illud in poculo hauserit liberis careat, sed et feminas infecundas efficit».

SALSUGO secundum Papiam dicitur «res que salsum facit». Item salsugo dicitur amarus et salsus humor terre, et dicitur a sale, et inde dicitur salsugineus, nea, neum et salsuginosus, sa, sum.

SALTEM coniunctio est adversativa. Unde dicit Priscianus (XVI, 10), «Adversative coniunctiones sunt que adversum convenienti signant, ut quamquam, quamvis, etsi, etiamsi, saltem», et subdit ibidem, «hec etiam diminutivam significationem habent. Unde Virgilius in iiii (327-8) Eneidos,

> Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
> Ante fugam suboles».

Et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Salio), «Saltem per sincopam dicitur a salutem et est tractum a captivis qui, quando capti erant, ex timore non valentes integre loqui dicebant 'saltem saltem saltem', quasi ut vitam et salutem non amitterent». Eliminandus autem est quorundam abusus qui pro saltem dicunt saltim, quod nusquam in biblia scribi debet et longe aliud quam saltem significat. Cum enim dicitur «iste venit saltim» idem est dictum quod «iste venit saltando» sive «per saltus», et est adverbium qualitatis. Unde dicit Priscianus (XV, 19), «In im denominativa inveniuntur et verbalia sive participialia, ut a parte partim, a viro viritim, a vice vicissim,

3 habilis] apta A; vincendis B; huius D 5 cairat D; et] etiam C
SALSUGO 1 salsugo salsuginis B
In marg. fol. 161^{v} *add.* D: salsus dicitur doctus temperatus sapientie sale conditus sal etiam pro sapientia ponitur unde componitur insulsus id est indoctus
SALTEM 2 sunt] sum C 3 convenientes C; ut] a A, *om.* D; etiamsi] etiam B, etsi C 4 hec] hoc AD, hic C 5 habet O; eneidum C 6 te] re CD; suspecta B 7 soboles D 9 salute D; quando *om.* C 11 ut *om.* C; ut et vitam D; vitam etiam et C; salutem] sanitem B 15 est *om.* D 17 im] ivi B, iiii C

ab ostio ostiatim, a statu statim, a raptu raptim, a saltu saltim» etc.

SALTUS «sunt vasta et silvestria loca ubi arbores exiliunt in altum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiiii (8,25) ubi agit de montibus. Idem xvii (6,8) ubi agit de arboribus, «Saltus est densitas arborum alta, vocata hoc nomine eo quod exiliat in altum et in sublime consurgat».

SAMIA dicuntur «fictilia a Samo insula ubi figulorum ars primo inventa est». Ita exponit Interlinearis super illum locum Isaie xlv (9), «testa de samiis terre» etc. Alii dicunt quod est locutio ecliptica et subintelligitur in vasis. Papias sic dicit, Samia vasa quidam putant ab oppido Samo grece habere nomen. Ysidorus Ethimologiarum xvi a (1,7) sic ait, «Terra Samia a Samo insula dicta, glutinosa et candida et lingue lenis, medicamentis et vasculis necessaria». Idem in xx (4,3), «Fictilia vasa prius in Samo insula inventa traduntur, facta ex creta et indurata igni, unde et Samia vasa».

SAMBUCA vel sambucus est quedam parva arbor et mollis. Unde hec sambuca quedam species simphonie dicitur quia fit de illa arbore. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii a (21,7), «Sambuca in musicis species est simphoniarum. Est enim genus ligni fragilis unde tibie componuntur». Persius (5,95),

Sambucam citius caloni aptaveris alto,

id est robusto. Calo, nis dicitur lignorum portitor.

SANCTA SANCTORUM supra exposuimus ubi ponitur differentia inter sacra sancta et sancta sanctorum.

19 ab ostio . . . statim *om.* A; ostio] hostis C
SALTUS 1 vasta *om.* A 3 xviii C
SAMIA 4-5 et . . . dicit *om.* D 4 in *om.* B 5 samia dicit vasa A 8 idem] quos B
SAMBUCA 2 hec *om.* C; dicitur] est B 4 simphonie B 6 sambucum B 7 calo . . . portitor *in marg.* D; portitor unde caloni id est robusto B
SANCTA 2 sancta *alterum om.* B

SANCTUS, ta, tum dicitur a sancio, cis, sanxi, cire, sanctum, ctu. «Vetustissimi tamen», sicut ait Priscianus (x, 49), «sancivi vel sancii in preterito proferebant». Et tunc facit sancitum, tu in supino. Et est sancire idem quod «statuere, consecrare, sanctum facere et irrogatione pene ab iniuria defendere. Sic et leges sancte et mores sancti dicuntur et homines in fide confirmati sancti dicuntur. Item sancti quasi sanguine tincti dicebantur antiquitus sanguine hostie repersi, nichil enim sanctum apud veteres dicebatur nisi quod sanguine hostie esset consecratum vel conspersum. Unde et hii qui purificari volebant sanguine hostie tingebantur. Unde et sancti postea dicebantur. Sed modo dicitur sanctus quicumque est in fide confirmatus». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Sueo) et accepit de Papia et Ysidoro.

SANCTIFICARE dicitur sanctum facere, dedicare, consecrare, confirmare, rem aliquam domino sequestrare. Versus,

Quando sequestratur domino res sanctificatur.

Unde hec sanctificatio, quod participat significationes verbi a quo descendit et ponitur quandoque pro templo.

SANCTIFICATA «est ab immunditia sua» dicitur de Bethsabee ii Regum xi (4). «Hoc est post coitum lavit se vel concepit et cessavit menstruus sanguis, quem natura dicitur reservare post conceptum in alimoniam fetus. Quidam tradunt eum tunc menstruatam esse et ad tactum regis cessare menstruum». Ita scribitur in Historiis (1333).

SANCTUARIUM dicitur res sancta vel locus ubi sancta reponuntur vel ubi res sancte geruntur.

SANCTUS 1 sanctio ABD 2-3 sanctivi ABD 3 sanctii ABD 3-4 sanctitum ABD 4 *post* supino *add. in marg.* A: unde et participium sanctitus ta tum; sanctire AB 6 sic et] sicut B; et *primum om.* CD 7 confirmati *om.* C 10 esset] fuisset B, esse C; vel] et A 11-12 unde . . . dicebantur *om.* B 13 confirmatur A

SANCTIFICARE 4 quod *om.* B

SANCTIFICATA 1 de *om.* C 1-2 bersabee C 3 menstrius C 6 menstrum AD, monstruum C

SANDALIUM dicitur «quidam pannus quo equi nobilium solent cooperiri», et dicitur a sandice. Nam hec sandix, cis dicitur «quedam herba rubea de qua fit tinctura». Item «sandalium dicitur quidam pannus quo operiebantur vulnera et corpora mortuorum. Unde hec sandipila dicebatur feretrum quo mortui ferebantur». «Sandalia etiam dicuntur sotulares quibus papa et episcopi solent missam celebrare, quales Beatus Bartholomeus deferebat». Ita dicit Huguitio (*s.v.* Sandis *et* Sandalia). Item super illum textum Marci vi (9) «calciatos sandaliis» etc. dicit Beda (*In Mr. Evang. Expositio, PL* 92,187), «ut pes neque tectus sit neque nudus ad terram». Et super eundem locum dicitur in Historiis (1565), «Iussit eos uti soleis, id est sandaliis, id est peronibus».

SANGUIS latine vocatus eo quod suavis sit. Unde et homines quibus dominatur sanguis dulces et blandi sunt. Vel dicitur a saliendo quia saliat. Ysidorus autem Ethimologiarum xi (1,122-3) dicit sic, «Sanguis ex greca ethimologia nomen duxit quod vegetet et sustentet et vivat. Sanguis autem est dum est in corpore, effusus vero cruor dicitur. Unde cruor vocatur a currendo eo quod effusus decurrit, vel ab eo quod currendo corruat. Alii cruorem interpretantur sanguinem corruptum qui emittitur . . . Sanguis autem non est integer nisi in iuvenibus. Nam dicunt phisici minui sanguinem per etatem, unde et in senibus tremor est». Item Priscianus (v,54) ubi agit de numero nominis dicit quod «non utimur hoc nomine pluraliter quia auctoritas deficit. Cui si collibuisset, quomodo cruores, dicere sanguines . . . nichil im-

SANDALIUM 1 quidam *om.* C 2 hec *om.* C; huius cis A 5 sandapila B 10 calciates A 12 dicitur *om.* D 13 id est] et C; pennibus B; *post* peronibus *add.* C: papias perones sunt rustica calciamenta hic pero item perones ex corio crudo fiunt

SANGUIS 1 vocatur A, vocatus est B 2 in quibus B 5 quod] quia D; quod eo vegetet anima et C; sustentetur C 6 est *om.* C; corpore dum vero effusus B 7 vocatur] dicitur B, *om.* C; decurrit] currat B 7-8 ab . . . corruat] a crudelitate eo quod crudelitate vel violentia effunditur a corpore B 10 iuventibus D 12-13 utuntur C

pediret». Sacra tamen pagina, que non subiacet regulis Prisciani, raro in propria significatione eo utitur in plurali, sed pro peccatis ponit frequenter. Item dicit Prisicanus (VI, 66) quod «antiqui solebant dicere hoc sanguen». Nota quod sanguis plura significat. Unde versus (*Grec.* IX, 196-7),

Sanguis progenies, sanguis quoque dicitur humor,
Sit tibi peccatum sanguis, sanguis quoque vita.

SANGUISUGA vermis est aquatilis, scilicet yrudo; ceno alitur. «Potantibus insidiatur, cumque illabitur faucibus vel uspiam adherescit sanguinem haurit; et cum nimio cruore maduerit evomit quod hausit». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (5,3). Et licet componatur a sanguis et sugo, gis, quod primam sillabam producit, tamen sanguisuga penultimam corripit. In multis enim compositis inveniuntur sillabe breves que in componentibus producuntur et econverso. Unde in Doctrinali (2172-3) scribitur,

U pre g longa, tamen hinc tibi coniuge dempta
Sugo producis, sed sanguisugam breviabis.

SANIES, id est putredo, dicitur a sanguis, nis. Unde Ysidorus Ethimologiarum iiii (8,22) ubi agit de morbis in superficie sic ait, «Sanies dicta quia ex sanguine nascitur. Excitato enim calore vulneris sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocumque loco, nisi ubi sanguis advenerit, quia omne quod putrescit, nisi calidum et humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri non potest. Sanies autem et tabes sibi

15 que non *om.* D 17 item] ita ACD 18 solent C; dicere frequenter hoc C 21 sanguis peccatum sanguis quoque sit tibi vita C

SANGUISUGA 1 yrudo gallice sansue que ceno id est luto aqueo alitur B 2 potantibus] ambulantibus B; cumque] cum C 2-3 cumque . . . adherescit] insidiatur et tibiis vel uspiam faucibus B 3 adherescit] adheserit C 3-4 cruore tandem maduerit B 4 evomit quod hausit] sanguinemque hausit evomit B 6 sanguissuga D 10 hinc] huic C

SANIES 3 quia] quod ACD 4 saniem] sanie D 7 sibi] sic B

differunt. Fluere enim sanie vivorum est, tabe mortuorum». Vel sanies est que fluit, tabes que stat, quasi stabes.

SAPHIRUS lapis est pretiosus «ceruleus cum purpura habens pulveres aureos sparsos; optimus apud Medos, numquam tamen perlucidus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum XVI (9,2). In glosa autem que scribitur in fine Apocalipsis (21,19) dicitur quod saphirus «similis est sereno celo qui, percussus radiis solis, ardentem emittit fulgorem». Et dicunt quidam quod dicitur a saphir hebraico, quod interpretatur bonitas. Et nota quod invenitur saphirus quandoque prima producta, quandoque correpta. Quod autem quidam dicunt saphirum pro vitro, media correpta magister Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq.* 353, *fol.* 49) dicit esse trutannicum. Unde per consequens trutannicus videtur ille versus et sui similes, scilicet (*Grec.* XII, 121),

Pro vitro saphirum, pro gemma dico saphirum.

Credo quod Bene sensit, quia numquam inveni pro vitro.

8 sanie] sanguine B; tabe vero mortuorum B 9 est *om.* A; tabes aut que B

In marg. fol. 163 *add.* D: sapio sapis duo significat sapere id est habere saporem ut iste cibus bene sapit et est absolutum secundum hoc invenitur tamen constructum cum accusativo vel quia tunc per accusativum designatur causa et ponitur pro ablativo ut iste cibus sapit saporem id est sapore vel quia in eo intelligitur verbum quod exigit accusativum ut iste cibus sapit carnes asininas id est saporem representat vel imitatur illas item sapere id est habere sapientiam et est hec significatio tracta ex persona sicut enim per saporem discernimus cibum sic per sapientiam res et sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum sic et sapientia ad discernendas causas rerum

SAPHIRUS 9 quod . . . dicunt] quidam autem dicunt C 10-11 bene bene proprium nomen est magister dicit B 11 *Post* trutannicum *add. in textu* A, *in marg.* D: quidam magister vocabatur bene; unde et per B 12 trutannicus esse videtur B; scilicet *om.* C 14 dico] pone B; *post* saphirum *add.* B: item alii versus porticus est rome qua dum spatiando fero me / res querendo novas inveni de saphiro vas nescio tamen utrum bene senserit qui versus edidit quia ego numquam inveni alicubi alias pro vitro 15 credo . . . vitro *om.* B; quia numquam *om.* C

SARABALLUM, saraballi et saraballa, lorum lingua Chaldeorum vocantur «crura hominum et tibie. Unde et brache, quibus hec teguntur, dicuntur saraballa quasi tibiales et crurales. Unde Danielis iii (94) dicitur 'Saraballa eorum non sunt immutata'. Saraballa enim dixerunt ibi Aquila et Theodotio, non, ut corrupte quidam legunt ibi, sarabara. Et sunt sarabare fluxa et sinuosa vestimenta vel capitum tegmina qualia videmus in capite Magorum picta et sunt proprie Parthorum. Et», sicut dicit Huguitio (*s. v.* Sarabellum), «trahitur hoc nomen . . . a sare, quod est laxare».

SARCINA dicitur onus vel pondus, gallice fardel.

SARCOPHAGUS, ut ait Huguitio (*s. v.* Sarcio), dicitur «lapis in quo mortuorum corpora conduntur». Et dicitur a sarcos, quod est caro, et phagin, quod est comedere, quia corpora in eo condita absumuntur. «Unde et quodlibet sepulchrum vel area in qua ponitur mortuus dicitur sarcophagus quia ibi carnes consumuntur». Secundum Papiam et secundum Ysidorum Ethimologiarum xvi (4,15) videtur quod debeat dici hoc sarcophagum. Sarcophagus enim lapis in Troade silva nascitur et corpora mortuorum condita in eo infra xl dies absumi dicunt exceptis dentibus. Unde et nuncupatur, sarcia enim caro et fagin comedere dicitur. Ita dicit Papias et preponit ibidem dicens, sarcophagus archa est in qua mortuus clauditur, et subiungit verba Ysidori Ethimologiarum xv (11,2) ubi agit de sepulchris ubi dicitur, «Sarco-

SARABALLUM 1 lingua] ligna A 5 imitata A, immitata D; enim] eius AC 7 sinuosa] fumosa A, simiosa C, simosa D 9 porthorum C; et *om.* B 10 et trahitur B; est *om.* A

In marg. fol. 163v *add.* D: sarcio sarcis sarsi sartum secundum antiquos sarcivi sarcitum id est suere unde satores quasi sutores

SARCOPHAGUS 3 quod *alterum om.* D 5 ponitur] posita AC 6 absumuntur et consumuntur B; secundum *alterum om.* CD 7 deberet C 8 lapis est C 10 dicuntur C 11 sarcia vel sarchia D; Papias] glosa papie C 12 sarcofagum B 14 ubi dicitur *om.* B

phagum grecum nomen est, sic dictum quod ibi corpora absumuntur» etc.

SARCULA ferramentum est cum manubrio ad purgandas segetes aptum. Et dicitur a sario, saris, sarii vel rivi, rire, quod est purgare, circumfodere herbas et nociva avellere. Et est sarculum neutri generis. Unde Ovidius Methamorphoseon xi a (36),

Sarculaque rastrique graves longique ligones.

Item sarculum idem est quod sarpa.

SARDIUS gemma est «sanguinei coloris, rubee terre speciem habens». Ita dicitur in glosa que ponitur in fine Apocalipsis (21,20). Et de ista gemma dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (8,2) quod «dicitur Sardis eo quod ab ipsis primum reperta est. Hec rubrum habet colorem marmoribus prestans, sed inter gemmas vilissima».

SARDONIX quedam gemma est de qua dicitur in principio Persii (1,16),

Et natalicia tandem cum sardonice albus.

Et in penultimo Apocalipsis (21,20) ponitur «sardonix», pro quo quidam legunt sardonius. Unde dicit glosa que scribitur in fine Apocalipsis «sardonix tricolor: niger in imo, candidus in medio, rubeus in summo». Item Ysidorus in Ethimologiarum xvi (8,4) sic ait, «Sardonix gemma ex duorum nominum societate vocata est. Est enim ex onicis candore et sardio. Constat autem tribus coloribus: subterius ni-

15 dictum est AD; quia mortuorum corpora ibi consumuntur B; etc *om.* D

SARCULA 1 manubrio longo B; purgandum B 2 aptum et maxime a venas ordea et his et B; sarii] sarui C 6 sarculaque et rastrique C 7 idem *iteravit* C

SARDIUS 1 rube D 3 ista] hac B 4-5 reperta] percepta D

SARDONIX 1 dicit ABD 4 ponitur] dicitur B; hic sardonix A 5 unde] ubi C 8 ex] est D 10 ex tribus B

gro, medio candido, superius mineo. Hec sola in signando nichil cere avellit». Huguitio (*s. v.* Sar) dicit quod habet colorem utriusque gemmarum, scilicet sardii et onicis, ex quibus componitur. Quid sit sardius et cuius coloris exponitur supra proximo.

SARDONICUS, sicut dicit glosa xxviii (16) Iob, «terre rubre similitudinem habet», sed forte verius diceretur quod sardonicus est ibi adiectivum et exponeretur «lapidi sardonico», id est sardonici, nam a sardonix, cis dicitur sardonicus, ca, cum, id est ad sardonicem pertinens vel de sardonice existens.

SAREPTA «erat urbs modica inter Tirum et Sidonem, sed et silva iuxta urbem Sarepta dicebatur». Ita scribitur in Historiis (1378) super iii Regum xvii (9). Et inde sareptanus, na, num ad Sareptam pertinens vel de Sarepta existens.

SARIO, saris supra expositum est ubi exponitur sarculum. Et inde dicitur «hoc sarmentum quasi sarimentum quia purgatur et preciditur». Vel dicitur a sero, seris quasi serementum quia seritur. Vel dicitur sarmentum quasi sarpamentum a sarpo, pis, sarpsi, quod est aliquid cum sarpa avellere. Est autem sarpa idem quod sarculum quia sarmentum sarcitur, id est cum sarpa preciditur. Totum illud innuitur in Dirivationibus Huguitionis (*s. v.* Sarcio).

SARTAGO dicitur patella a sarcos, quod est caro, et ago, agis quia in ea caro agitur. Vel, sicut dicit Ysidorus in xx (8,5) Ethimologiarum, «Sartago a strepitu soni dicitur quando ardet in ea oleum». Et ponitur pro garrulitate, tracta metaphora a strepitu eius, ad multiloquium garrulitatis. Item

11 mineo] niveo ABC; significando B 13 sardii] sardonis B
SARDONICUS 1 dicit] dicitur in BC 2 sed si forte B; diceret B 4 dicitur] sive C
SAREPTA 2 iuxta *iteravit* D 3 et inde *om.* C
SARIO 4 sorementum C 7 illud] istud BC
SARTAGO 1 patella frixoria B 2 carnes aguntur B 4 oleum vel pinguedo et B

quandoque ponitur pro ariditate quia sartago arida est et in ea arescunt omnia; sic et loquela quorundam arida est et sine humore sapientie. Unde Persius (1,80-1),

unde hec sartago loquendi
Venerat in linguas.

SARTATECTUM dicitur «reparatio tectorum vel templorum vel tributum quod colligitur ad restauranda tecta templorum». Ita dicit Huguitio (*s.v.* Sarcio). Et componitur a sarcio, cis, sarsi, cire, sartum et tectum, ti. Est autem sarcire idem quod suere, reparare. Unde sartor dicitur sutor vel vestium reparator. Et dicit Huguitio quod antiqui dicebant sarcivi in preterito. Unde et sarcitum. Item Ysidorus Ethimologiarum xix (19,2) ubi agit de lignariis sic ait, «Sarcitector dicitur qui ex multis coniunctis hinc inde tabulis unum tecti sarciat corpus. Idem et tignarius qui tectoria lignis inducit». Et hic sarcatectus, sarcatecti idem quod sarcatector.

SATAGO, gis, egi, satagere, id est satis agere vel festinare, componitur a satis et ago, agis. Et nota quod omnia composita ab ago, agis activa sunt preter ambigo, dego et satago, que sunt neutra.

SATHANAS in latinum sonat adversarius sive transgressor.

SATELLES, satellitis dicitur minister crudelitatis et scelerum, miles tyranni, malefactorum socius, latronum domesticus sive fautor. Et dicitur tunc satelles quasi satis ledens vel satis lens, id est delens vel destruens. Nam leo, les, levi idem est quod delere vel destruere, sed non est in usu, sed

6 quandoque] quando C 7 et *primum*] etiam B 8 unde *om.* A 10 linguis AC

SARTATECTUM 2 restaurendo D 4 sarsi] sarci B; sartum tu B; et tectum ti *om.* B 8 sic ait *om.* A; qui *om.* D 9 sarciat] sarcinat C 11 sarcitectus A; huius sarcitecti A, huius sarcatecti BD; sarcitector A

SATAGO 1 sarthago D; egi] satagi D 1-2 festinare et componitur CD 2-3 et nota . . . agis *om.* B 3 ambigo et dego C

SATELLES 3 tunc *om.* C 4 vel destruens *om.* B 5 struere AD; sed] et B

componitur deleo, deles, etc. Item hic satelles dicitur qui adheret alteri ad custodiam. Et tunc dicitur satelles quasi satis tuens latus quia tuetur et defendit illum cui assistit.

SATIO, sationis dicitur quasi seminis actio vel quasi satorum actio. Unde Ecclesiastici xl f (22), «Gratiam et speciem desiderabit oculus», id est gratiosam speciem artificialium, «et super hec virides sationes», id est sata virentia, quasi diceret pulchriora sunt opera nature quam artis.

SATRAPE «dicuntur sapientes, iudices vel reges vel duces et prefecti provinciarum. Et dicuntur satrape, id est satis parati vel quasi satis rapientes vel petentes». Et declinatur hic satrapa, huius satrape. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Satis).

SATUM, sati «genus est mensure iuxta morem provincie Palestine, unum et dimidium modium capiens. Cuius nomen ex hebreo sermone tractum est. Satio enim apud eos nominatur sumptio vel levatio eo quod qui metitur eandem mensuram sumat et levet. Est et aliud satum mensura sextariorum xx duorum capax quasi modius». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (26,11) ubi loquitur de mensuris.

SAULUS «hebraico sermone temptatio dicitur eo quod prius in temptatione ecclesie sit versatus . . . Postea vocatus est Paulus, quod interpretatur mirabilis sive electus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (9,7-8) ubi agit de apostolis.

SCABELLUM quasi scannellum dicitur parvum scannum.

6 satelles litis dicitur B
SATIO 1 sario sarionis A 3 desiderabat AC 4 sariones A 5 natura D
In marg. fol. 164 *add.* D: a satis dicitur sat per apocopam et satio satias quia quod satis est satiat item a satis saturo saturas item satiatur quis uno cibo saturatur diversis satur ra rum id est saturatus a saturo saturas satus adverbium comparandi id est melius a satis
SATRAPE 2 prefecti] magistratus C; id est] quasi BC 2-3 parati] pati A; parati ad malefaciendum vel B 3-4 hic satrape huius D 4 huius *om.* C
SATUM 5 et *alterum*] autem C
SAULUS 2 sit] fuerit B; est *om.* D

«Scanna autem sunt que lectis altioribus apponuntur... Scabellum autem et subpedaneum dicitur. Nam quod Greci ypodion dixerunt Latini scabellum dicunt. Nam et alii dixerunt subpedaneum quod sub pedibus sit». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (11,8) ubi agit de sellis. Dicitur autem scannum a scando, dis, scandi, dere, sum, quod est ascendere, et pertinet ad versus propter scansionem pedum.

SCABIES «et lepra, utraque passio dicitur ab asperitate cutis cum pruritu et squamatione, sed scabies tenuis asperitas et squamatio est. Unde dicitur scabies quasi squamies». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iiii (8,10). Vel dicitur scabies a scabo, bis, bi, bere, quod est scalpere, gallice grater, quia scabiosi multum se scabunt.

SCALA est instrumentum cum gradibus, aptum ad ascendendum. Unde a scando, dis dicitur quia per eam scanditur. Unde Virgilius viii (IX, 524) Eneidos,

Rescindit vallum et scalas in menia poscit.

Item scala poculorum genus est ex ligno factum, et dicitur a calon quod est lignum. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (5,5) ubi agit de vasis potatoriis, «Calices et calati et scale poculorum genera sunt, antea ex ligno facta, unde et vocata, Greci enim omne lignum cala dicebant».

SCALPELLUM «vel scalpellus diminutivum» est a scalpro. Nam «hoc scalprum vel hic scalprus dicitur ferrum quo corium aptatur et cum quo raditur vel cultellus scriptorum... vel ferrum quoddam quod alio nomine dicitur celtis», cisel in gallico. Et dicitur scalprum a scalpo, pis, psi, pere, ptum,

SCABELLUM 2 que] qui C 3 nam *om.* D 4 nam et *om.* B 7 sum su A 8-9 pedum in illis B, pedum ut dicit Huguitio C
SCABIES 3 est *om.* AD 5 est *om.* B 6 se *om.* D
SCALA 4 recindit C 9 grece D
SCALPELLUM 1 scapellum vel scapellus AC 2 ferrum *om.* D; cum quo A 3 cutellus D 4 ferrum quod dicitur quod A; celtis scilicet chisel C 5 in gallico] gallice B, *om.* C

tu, quod est «gratare, sed proprie scalpere est cum uno digito vel duobus caput gratare et est proprie simiarum et luxuriosorum». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Scalpo).

SCANDALUM est dictum vel factum minus rectum, alteri prebens occasionem ruine. Vel sic scandalum est dictum vel factum vel signum cuius occasione trahitur quis in consensum peccati mortalis. Et dicitur a scandalon grece, quod est offendiculum vel offensio vel ruina vel impactio pedis. Unde versus,

Scandalon equivocant obex, impactio, casus.

Unde scandalizo, zas, id est offendere vel ledere vel occasionem ruine dare, trahere proximum provocando eum in consensum peccati mortalis occasione dicti vel facti vel signi excitantis.

SCAPHA dicitur navicula, de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (1,18), «Scapha, que et catascopus, navigium quod latine speculatorium dicitur, scopos enim grece, latine intendere dicitur». In Historiis versus finem (1717) dicitur, «scapha est levis navicula de una tantum arbore concavata. Vel dicitur modica navis viminea crudo corio tecta, cuiusmodi utuntur pirate. Et dicitur a scaphon, quod est speculum, quia huiusmodi navibus utuntur pirate ad speculandum et explorandum. Et deferuntur huiusmodi navicule in navibus et imminente naufragio deponuntur in mare ad subveniendum navibus quia hiis navis accingitur et procinctu tempestatis armatur».

6 tu *om.* D; quod est cum magno nisu fricare sed B 7-8 luxuriorum D

SCANDALUM 2 est *om.* B 3-4 consensu D 5 pedis latine B 9 provocando eum *om.* C 10 consensum] offensum A

SCAPHA 2 scatacopus D 3 scapos B 4 dicitur *alterum om.* D 6 est] dicitur C 6 vel] sed D 7 scaphon] scapha a scaphan C 8 utuntur ipsi pirate B 9 ad explorandum B, deplorandum D 9-10 in magnis navibus B 12 *Post* armatur *add. in textu* AB, *supra post* pirate (*v.* 8) C, *in marg.* D: hic pirata huius te (*om.* C) dicitur latro marinus qui semper defert pir id est ignem in ratem

SCAPULA, le dicitur spatula vel humerus. Et dicitur a scapus, scapi, quod est summitas vel cacumen vel humerus. Unde Augustinus De civitate dei (VII, 24,2) «super Priapi scapum nova nupta sedere videbatur».

SCARIOTH, ut ait Huguitio, «quidam vicus est. Unde hic et hec scariothis et hoc scariothe. Unde dicitur Iudas scariothis vel scarioth». Papias vero dicit sic, Iudas dicitur scarioth aut a patre aut a villa, sed melius dicitur merces et pretium quia pretium accepturus de pretio nomen accepit. Item declinatur hic scariothes, huius scariothe, sicut hic tesbites, huius tesbite. Et nota quod huiusmodi nomina in tes desinentia declinantur sicut patronomica masculina et sunt tantum masculini generis. Unde errant illi qui dicunt «Achinoen iezraelites» pro iezraelitis i Regum xxvii a (3) et «mulier tecuites» pro tecuitis ii Regum xiiii a (4) et «Naama amanites» pro amanitis iii Regum xiiii f (21). Et tunc declinatur hec iezraelitis, huius tidis ad modum patronomici feminini, et sic de aliis, sicut declinatur hec moabitis, huius bitidis et hec amonitis, huius tidis. Vel declinatur hic et hec iezraelitis et hoc lite et sic de aliis. Quando vero huiusmodi denominativa terminantur in ta communis sunt generis, ut israelita, ierosolimita, bethleemita. Ysidorus Ethimologiarum viii (VII, 9,20) ubi agit de apostolis sic ait, «Iudas scariothes vel a vico in quo ortus est vel ex tribu Isachar vocabulum sumpsit .... Isachar enim interpretatur merces, ut significaretur pretium proditoris quo vendidit dominum». Secundum Remigium (*Interpr.*) scarioth interpretatur «merces vel mercedem accepit».

SCATEO, tes, tui, tere dicitur ebullire, fervere, emanare,

SCARIOTH 2 unde et dicitur B 4 et pretium *om.* C 7 nomina] denominativa BC 9 errant] dicunt C 9-10 achinden B 10 iesralietites C; iesralielitam C 11 a *om.* C 11-12 a ... xiiii f *om.* C 11 naam AC, naaman B 12 naamanitis A 13 hec] hic ACD; israelitis C 15 hec amonitis ... declinatur *om.* B 16 izraelitis C 19 viii] xvii B 20 ex] a B

erumpere, sicut facit aqua dum currit inter angusta et dum emanat in locis humidis. Unde hec scatebra dicitur aque eruptio vel ebullitio que fit cum aqua fluit per aliquas rimas vel inter saxa vel cum erumpit in loco humido. Unde Papias, scatebre sunt ebullitiones, id est ortus aquarum. Item a scateo scaturio, turis idem quod scatere. Unde hec scaturigo, ginis, id est ebullitio aque vel eruptio, et scaturizo, zas idem quod scaturire vel scaturientem imitari. Sic exponit Huguitio (*s. v.* Scateo), scaturizo «componitur exscaturizo, exscaturizas, id est per aquam bullientem pluman avi auferre», eschauder in gallico. Unde dicit Matheus Vindocinensis (*PL* 205,939),

Exscaturizantes lesus abhorret aquas.

SCELESTUS, ta, tum idem est quod sceleratus vel scelerosus vel facinorosus vel flagitiosus. Et dicitur a scelus, sceleris, quod est facinus sive flagitium. Versus differentiales,

Regi celesti numquam placuere scelesti,
Ut sis celestis non assimilare scelestis,
Regnum celeste clausum tibi scito sceleste.

SCENOFACTORIA ars de qua fit mentio Actuum xviii a (3), dicitur ars faciendi tabernacula vel umbracula vel funes. Scenos enim grece dicitur umbra vel funis. «A scenos, quod est umbra, dicitur domus scenos ab umbratione, et hinc grece similiter tabernaculum dicitur scenos, tabernaculum enim ad similitudinem domicilii factum est». Scenos ergo, sive pro umbra sive pro tabernaculo sive pro fune potest componi scenofacio scenofacis ut dicatur scenofacio, cis, feci, scenofacere, id est umbram vel tabernaculum vel funes facere. Unde hic scenofactor dicitur huiusmodi artifex et inde sce-

SCATEO 2 sicut] sic A 4 rimas *om.* A 5 rumpit D 7 idem est quod B 9 idem quod *om.* D, idem est quod B 10 scaturizo zas componitur B 12 escauder B

SCELESTUS 2 flagisiosus D 3 flagium B 4-6 *Cf. Walther*[1], *no.* 16492 5 assimulere D 6 scito] dico C

SCENOFACTORIA 7-8 componi cum facio cis ut dicatur BC 8 feci *om.* C 9 funem D 10 hic *om.* B

nofactorius, a, um ad scenofactorem vel ad scenofaciendum pertinens. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Scenos). Scenos pro fune «componitur cum batin, quod est gradus. Et dicitur hic scenobates, tis, id est funambulus, qui graditur super funem. Iuvenalis (3,77),

Augur, scenobates, medicus, magus: omnia novit».

Item «a scenos, quod est umbra, dicitur hec scena, ne, id est umbraculum, locus adumbratus in theatro et cortinis coopertus, similis tabernis mercennariorum que sunt asseribus et cortinis cooperte». Et, sicut ait Huguitio, «scena quandoque dicitur totum theatrum, quandoque recitatio scripture, quandoque ipsa scriptura, quandoque allocutio diversarum personarum vel distinctio scripture que ibi recitatur». Et semper producit primam sillabam. Unde Oratius in Poetria (*A.P.* 183),

Digna geri promes in scenam multaque tolles etc.

SCENOPHEGIA supra exponitur ubi neomenia et cetere festivitates legales exponuntur. Et dicitur a scenos vel scenon, quod est umbra, quia tunc in umbraculis salicum comedebant. Et dicit Ysidorus in vi (18,9) quod «Scenophegia sollempnitas Hebreorum, de greco in latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur; que celebratur a Iudeis in memoriam expeditionis cum, ab Egypto promoti, in tabernaculis agebantur et ex eo scenophegia. Scena enim grece tabernaculum dicitur». Verba sunt Ysidori. Unde caveatur ille mendosus versus,

Scena tabernaculum scenophegia comprobat illud.

Scena enim et scenos semper producunt primam sillabam, sicut probatur per exempla Iuvenalis et Oratii supra pro-

11 ad *om.* A 13 bathim C 14 huius tis A; funabulus O; qui scilicet graditur B 16 magus] magis C 17-18 id est umbraculum *om.* B 18 thetro D 26 etc *om.* B

SCENOPHEGIA 1 scenophagia B, scenofegia D 2 vel] quod B 3 in *om.* B 4 in *om.* C 6 interpretatio dedicatio C 12 producuntur C

ximo posita. Unde scenophegia semper producit primam sillabam et incipit ab s, sicut patet per Huguitionem, Ysidorum et Papiam.

SCEPTRUM vel sceptron dicitur regimen vel virga regalis et est grecum. Ita dicit Papias.

SCINDO, dis, di, dere, scissum dicitur separare, frangere. Unde hec scissura et hoc scisma. Vide versus supra positos ubi exponitur prescindo, dis. Item a scindo dicitur hec scintilla, scilicet illa particula que prosilit ab igne, et est scintilla dum ardet, favilla dum extincta est. Unde Ovidius Methamorphoseon vii a (80),

Parva sub inducta latuit scintilla favilla.

SCIRPUS species iunci est et incipit ab s littera, sicut patet per Ysidorum et Papiam. Et est planus, sine nodo. Unde dicitur «in Proverbio 'Qui inimicus est etiam in scirpo nodum querit'». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (9, 97).

SCISCITOR, taris dicitur querere, perscrutari, investigare, interrogare et est frequentativum, irregulare et secundum formam et secundum significationem. Formatur enim a secunda persona huius verbi scisco, sciscis dempta s et addita tor. Scisco autem inchoativum est huius verbi scio. Et nota quod a scitu, quod est ultimum supinum huius verbi scio, u mutata in o et addita r, formatur verbum frequentativum deponens, irregulare secundum formam et secundum significationem scilicet scitor, taris, quod idem est quod sciscitari. Unde Virgilius in secundo Eneidos (105),

14 prima ABD 15 huguitionem et isidorum D
SCEPTRUM 1 regnum B 2 ita . . . Papias] sicut Papias ait B; *In marg.* D: sceptifer ra rex et regina
SCINDO 1 scissum su B 2 scisma quod idem est quod discordia et facit genitivum scismatis vide B; vide supra ubi C
SCIRPUS 3 qui] quod B; etiam] qui B; cirpo C
SCISCITOR 7 r] l B 9 sciscitor A

Tum vero ardemus scitari et querere causas.

Et de istis duobus verbis dicit Priscianus (VIII, 75), «Scitor, taris quomodo et sciscitor, taris quod a primitivo activo deponentia sunt nata».

SCISMA, matis dicitur discordia, divisio. Unde Ysidorus Ethimologiarum viii b (3,5), «Scisma a scissura animorum vocatur. Eodem enim cultu, eodem ritu scismatici credunt ut ceteri; solo congregationis delectantur discidio».

SCITUM, sciti dicitur decretum, iudicium vel statutum. Et dicitur a scio, scis. De hoc habetur Hester iii c (8).

SCIUS, scia, scium, id est sciens vel sapiens, invenitur Ecclesiastici xxi d (18). Unde sciolus, la, lum. Et componitur inscius et conscius et prescius. Tamen de istis ultimis posset dici quod descenderent a verbis conscio et prescio.

SCOLA, sicut ait Papias, grecum est et interpretatur vacatio quia ibi studio vacamus. Et, sicut dicit Huguitio, «in singulari tantum designat locum, in plurali etiam scolares». Alii dicunt quod scola est laicorum et maxime ribaldorum ubi exercent se in actibus tesserarum, sed scole in plurali dicuntur clericorum.

SCOPA, pe instrumentum est de virgis colligatis cum quo mundatur et purgatur domus. Et dicitur a scopa arbore unde fit, scope enim arbuncule vel arbuscule, id est parve arbores, sunt. Et dicitur scopa a scopo, scopis, quod est mundare, purgare, et proprie domum. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Scabo) scopo, pis dicitur a scobe, nam hec scobs, huius

11 ardemus] audemus BD 12 istis] hiis D 13 quomodo] quando AB; scicitor C

SCISMA 2 a] et B 3 enim] omni B 4 dissidio B

SCITUM 2 habetur] dicitur C

SCIUS 2 lum diminutivum et BC; et] ita C 3 et *primum om.* BD 4 dicii C

SCOPA 1 quo] qua B 3 enim *iteravit* D; arbuncule vel *om.* B

scobis est «ferrum quo ligna planantur». Unde, b mutata in p, fit scopo, pis. Oratius in Sermonibus (II, 4,81-2),

Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Consistit sumptus? neglectis flagitium ingens.

Invenitur et scopo, pas idem quod scopere. Per predicta patet quod ille versus falsus est,

Scrobs, scrobis est fovea, scobs, scobis qua fit et illa.

Dicamus ergo sic,

Vilia scopa levat sed scobs, scobis aspera levat,
Scrobs, scrobis est fovea, sic variantur ea.

SCOPULUS a scopin, quod est intendere vel speculari, dicitur eminens saxum quia longe videtur vel quia remota loca inde speculamur.

SCORIA, scorie dicitur sordes metallorum. Et dicitur scoria ab excoquendo vel excutiendo quia quando excoquuntur metalla tunc sordes cadunt et excutiuntur. Item dicit Papias, «scoria est suffocatio vesice, ita ut urina denegetur vel ventris officium et tumor in pectine reperiatur». Unde hic scorio, scorionis dicitur stultus vel fatuus.

SCORPIO vel scorpius, quod idem est, multas habet significationes. In Historiis (1572) enim super illud verbum iii Regum xii (11), «Ego cedam vos scorpionibus», dicitur «Scorpio est rubus aculeatus vel flagellum virgarum nodosum vel scutica habens in summitate glandes plumbeas». Ysidorus

13 scrobs scrobis] scobs scobis AD 15 sed fero scops A 16 *Post* ea *add. in textu* A, *supra post* ingens (*v.* 10) C, *in marg.* D: loquitur ibi de munditia et dicit quod ista licet (*om.* D) sint vilia et pro modico habeantur necessaria sunt que qui neglexerit immunditie incommodum sustinebit in domo sua dicit ergo (*om.* C) quantus sumptus id est quam modicus sit in hiis (+ tamen neglectis hiis C). *In postremo loco in textu add.* A, *in marg.* D: cum quid tollo levo planum faciens ego levo / pro plano levis pro levitate levis
SCOPULUS 2 romota C
SCORIA 2 quando] quandoque C
SCORPIO 3 scopionibus C 5 scortica B

autem in v (27,18) Ethimologiarum ubi agit de penis sic ait, «Virge sunt summitates frondium arborumque, sic dicte eo quod virides sint vel quod vim habeant arguendi, que, si lenis fuerit, virga est, si certe nodosa vel aculeata scorpio rectissimo nomine dicitur quia arcuato vulnere in corpus infigitur». Idem xii (5,4) ubi agit de vermibus «Scorpio vermis terrenus est qui potius vermibus ascribitur non serpentibus; animal armatum aculeo, et ex eo grece vocatum quod caudam figat et arcuato vulnere venena diffundat. Proprium autem est scorpionis quod manus palmam non feriat». Item scorpio est quoddam signum in celo in quod secundum fabulas scorpio animal fuit translatus quia quando sol est in illo signo primos frigoris sentimus aculeos. Unde Oratius in Sermonibus (II, 6,45),

Matutina parum cautos tunc frigora mordent.

Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (8,3) ubi agit de sagitta, «Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa, que dum ad hominem venerit, virus quod figit, infundit. Unde et scorpio nomen accepit». Versus continens omnia hec (*Brito Metricus* 1829),

Scorpius est signum vermisque, sagitta flagellum.

Scorpio pro animali, a quo et cetere significationes trahuntur, dicitur a scorte, quod est dulce, et poio, pois, quod est fingere quia in anteriori parte blanditias fingit et in posteriori pungit.

SCORTUM, id est meretrix, que apud Grecos scita vocatur, dicitur a scorte grece, quod est dulce, quia scortatoribus est dulcis. Item nota quod hec scortes, tis dicitur pellis arietis.

7 summitatem AD; arborumque] arborum B, arborum quia AD 8 quod *alterum*] quia B; si] sed C 9 certe] arte A, autem B 11 xii] in tercio B 14 arcuato] armato C 20 frigore C; mordens ACD 21 xviii] viii D 22 scorpio est sagitta *om.* D 23 venerit] venit D 25 hec est B 28 a] quod A 29-30 preteriori AD
SCORTUM 1 id *om.* B; scita] scota B 3 scortex B; huius tis A

Unde hic scordiscus dicitur crudum corium. Grecismus (XII, 338 *et* 340) ponit tales versus,

Dicitur hinc scortum quoniam solet excoriare
[Dicitur hinc meretrix quoniam subrita meretur]
Hinc lupa quod lupa sit deteriorque lupa.

Item a scorto scortor, taris verbum deponens, id est meretricari. Unde scortatur, scortatus, scortatio et hoc scortatorium, id est lupanar.

SCRABRO, bronis et scarabeus, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Cavo), diversorum generum animalia sunt. Et dicuntur «a cabo quia de putridis equorum carnibus nascuntur», nam hic cabo, cabonis dicitur equus a cavo, vas «quia pedem habet cavum vel quia terram pede cavat». Ysidorus Ethimologiarum xii (8,4) ubi agit de minutis volatilibus sic ait, «Scrabrones vocati a cavo, id est a cavallo, quod ex equis creentur. Sicut autem scrabrones nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex his iterum nascuntur scarabei, unde et cognominati sunt». Quid sit autem scarabeus patet per Papiam qui ait scarabeus «a cabo, id est caballo, vocatus quod ex eo nascitur; sicut autem locuste nascuntur de mulis», ita ex equorum carnibus putridis scarabei. «Est autem scarabeus animal modicum, volatile, cui supra summum verticem capitis oculi constituti sunt». Huic, licet nullum caput appareat, colla tamen ac dorsa cetero corpori celsiora sunt. Et est illi testa valida nec tantum tenuis membrana, sicut scrabronibus, que facile possit offendi.

SCRIBA, be nomen est dignitatis. Unde hic scribatus dicitur

4 scordiscus dici dicitur B 4-5 Grecismus . . . versus *om.* C 8 hinc] deterior A 9 scorto dicitur scortor C 10 scortatus *om.* C; et hoc] inde B

SCRABRO 1 scrabrabeus B, scrabeus D; sicut] sic A 4 huius cabonis A; habeat D 5 cavet D 6 minimis D; volatilibus] animantibus BD 8 autem] enim C 9-10 cognominati] ab eis nominati B 11 cabo] calo B; a caballo C; vocatur A 12 nascitur] nascuntur B 16 colla] cona D; dorsa de cetero A; corpore B 17 tantum] tamen A 18 facili AD; possunt C

SCRIBA 1 scribatus tus tui B

eius dignitas vel officium. Scriptor autem est qui assidue vel frequenter scribit vel qui peritiam habet scribendi. Et similiter quodlibet verbale in or convenit alicui ex frequentia vel assiduitate vel industria. Versus differentialis (*Grec.* IX, 119),

Denotat officium scriptor, sed scriba magistrum.

Scriba virtutum, id est exercituum, dicitur in Baruch.

SCRIBERE idem est quod disponere sive preordinare. Unde Exodi xxxii g (32), «dele me de libro quem scripsisti», id est in quo me ad vitam eternam disposuisti vel preordinavisti. Et est sensus secundum Augustinum, si non deles me dimitte eis. Scribi autem vel deleri de libro vite dicitur quis dupliciter, vel secundum prescientiam vel secundum presentem iustitiam. Item scribere idem est quod memorie commendare. Unde Apocalipsis xiiii f (13), «Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur». Item scribere idem est quod inferre Iob xiii f (26), «scribis enim contra me amaritudines». Item scribere idem est quod litteras protrahere. Unde Ieremie xxxvi e (18), «ego scribebam in volumine atramento». Item scribere idem est quod scripto representare. Unde Priscianus in principio maioris voluminis (I, 3), «litera est vox, que scribi potest individua». Unde versus,

Scribo dispono memoroque vel infero scribo,
Scribo representans scripto vel grammata formans.

SCRUPULUS est «lapillus minutus et asper, qui, si inciderit in calciamentum, nocet et molestia est animo. Unde et animi molestiam scrupulum dicimus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (3,5) ubi agit de lapidibus vulgaribus. Et est

8 exercitium ACD

SCRIBERE 4 si] sed A 6 prescientiam] priscianum D 7 item *om.* B 8 unde in apocalipsis A 9 scribere] scribe AD 10 xiii] xxx B; f *om.* C 10-11 amaritudines id est infers C 14 unde . . . voluminis *post* atramento (*v.* 13) *transposuit* A; Priscianus in *om.* B

In marg. fol. 167 *add.* D: scriniarius id est notarius sive tabellio

diminutivum a scrupus, pi, et est scrupus lapillus parvus et asper. Et dicitur a scrutor, taris quia quando latet in calciamento ledit nos et cogimur ipsum scrutari. Et, sicut ait Huguitio (*s. v.* Scrutor), «scrupus vel scrupulus dicitur molestia, sollicitudo, anxietas, dubietas, animi difficultas, questio subtilis, sicut enim parvus scrupus subtilis questio parva est ad videndum, sicut ille multum ledit et illa animum affligit». Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,11-12) ubi agit de ponderibus, «Scrupulus vi siliquarum pondere constat. Hic apud Grecos gramma vocatur. Scrupulus autem dictus per diminutionem a lapillo parvo qui scrupus dicitur».

SCRUTOR, taris dicitur inquirere, investigare, subtiliter inspicere.

SCURRA dicitur «qui sectari quempiam solet cibi gratia. Et dicitur a sequendo. Idem et assecla a sequendo». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum x (255). Vel componitur scurra a sequor, ris et curia quasi sequens curiam. Et secundum Papiam scurra vel scurro dicitur irrisor, vaniloquus, parasitus sive lecator, qui aliquem sequitur causa cibi. Inde dicitur hic et hec scurrilis et hoc scurrile et hec scurrilitas, id est lecacitas, turpitudo, turpis ludus, iocularitas que a stultis curialitas dicitur ad Ephesios v (4), «scurrilitas que ad rem non pertinet».

SCRUPULUS 7 sicut] sic ABD 9-10 difficultas sicut questio ACD; questio] quo D 10 sicut . . . questio *om.* B; sicut] sive C; scrupus parvus et sic subtilis questio C 11 videndum quod sicut AD, videndum et sicut B, videndum quia vera latere volunt et sicut C; ledit ita et B 12 xvi] vi D 14 hic] hoc AD, et hic B, hec C

SCRUTOR 1 subtiliter *om.* A

SCURRA 1 scurra re B; cibi] verbi A 2 assecula ABC 3 x] xi ABC; *post* x *add. in textu* AC, *in marg.* D: assecula vel assecla per sincopam proprie (*om.* C) dicitur serviens vel comes qui sequitur aliquem 5 irrisor vel vaniloquus C 6 inde] unde B 10 pertinet non nominetur in vobis B; *post* pertinet *add. in textu* AC, *post* cibi (*v.* 6) B, *in marg.* D: parasitus dicitur (id est C) lecator (*om.* B) a para (paris AD) quod est iuxta et sitos quod est venter (quod est venter

SCUTULATA, te vel melius hoc scutulatum neutraliter vestis quedam pretiosa est. Unde Iuvenalis (2,97),

Cerulea indutus scutulata aut galbana rasa.

Et est proprie vestis que habet in se quosdam orbes vel circulos sicut patet in quibusdam pannis sericis. Scus enim indeclinabile idem est quod rotundum sive rotunditas. Unde hec scuta, te dicitur forma rotunda et hec scutula diminutivum, id est monile rotundum ex auro vel argento, et inde scutulatus, ta, tum, id est scutula ornatus vel scutulam possidens vel quod habet in se orbes ad modum scutularum. Et inde, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xii (1,51), «Scutulatus equus propter orbes quos habet candidos inter purpuras». Et inde scutulata vel melius scutulatum dicitur indumentum Ezechielis xxvii (16).

SCUTARIUS dicitur qui facit vel vendit scuta. Sic etiam dicitur armiger, sed magis proprie scutifer dicitur quia ferat scutum ante dominum suum.

SCUTUM dicitur a scuta, quod est forma rotunda, eo quod antiquitus scuta fiebant rotunda, unde et ancilia dicebantur quasi ancisa. Unde Ovidius (*F.* III, 365),

Idque ancile vocant quod ab omni parte recisum est.

om. C; neuter B) quasi iuxta ventrem vel dicitur (*om.* C) a paro as et situs quod est dispositio id est (quasi BC, a D) parans situm (*om.* B) id est (*om.* B) dispositiones (disponens C) multorum vel dicitur parasitus quasi in parapside (impar B, panipside D) situs et producit penultimam unde iuvenalis in primo (5, 145) ad mensam quotiens parasitus venerit infans

SCUTULATA 1 scutulatum] sentulatum D 2 speciosa B 3 induta A, indutaris D 6 rotundus B 7 huius te A 14 Ezechielis xxvii *om.* B *et add. ibidem*: quo maxime induuntur divites viri et mulieres de serico contextum auro dicitur etiam indumentum de panno laneo cum scutulis et bestiis consutis yraudi et fatui regum et principum induuntur

SCUTARIUS 1 dicitur *om.* D

SCUTUM 2 scuta *om.* D; ancilia] ancila C; nuncupabantur B 4 est *om.* C

Vel, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (12,2), «Scutum ab excutiendo dicitur eo quod a se telorum ictum excutiat». Vide versus supra ubi exponitur clipeus.

SCUTRA, tre vas quoddam est et dicitur a scus vel scuta que supra exposita sunt ubi exponitur scutulata. Et enumerantur scutre inter utensilia altaris iii Regum vii (40). Unde dicit Magister in Historiis (1364), «Utensilia altaris enei fecit Iram ex ere: lebetas ad suspiciendas cineres et pruina altaris, ollas, que et caldarias, ad coquendas carnes, et hamulas, id est fuscinulas ad extrahendas carnes vel disponendas, et arpagiones, id est furcas, ad componendum ignem et membra hostiarum desuper disponenda, et scutras, vasa scilicet equalis amplitudinis in ore et fundo, ad calefaciendum. Iosephus addit, et trullas forte ad congregandos cineres vel eruendos vel ad verrendum pavimentum».

SECTA, secte dicitur propositum in malo circa aliquam disciplinam. Et dicitur a seco, secas. Unde «secta hereticorum quia secti sunt et divisi ab unitate fidei . . . Secta etiam accipitur in bono, scilicet sententia philosophorum et tunc dicitur a sequor, sequeris quia sequenda, id est tenenda est». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Seco). Sed Ysidorus Ethimologiarum viii a (3,4) sic ait, «Secta a sequendo et tenendo nominata. Nam sectas dicimus habitus animorum ac instituta circa disciplinam vel propositum quem tenendo secuntur, longe alia in religionis cultu opinantes quam ceteri».

SECULUM est spatium centum annorum et dicitur a sequor, sequeris quia unum sequitur aliud. Unde seclum per sincopam dicitur. Item seculum quandoque ponitur pro vita

6 ictus B

SCUTRA 3 vii] xvii B; dixit B 5 iran B; lebetes BD, *ad* lebetas *in marg.* C: lebetas vel lebetes utrumque habetur secundum papiam vide supra ubi exponitur lebes 8 aepagiones B 9 scrutas C 10 et in fundo C 12 erudiendos A, erundos C; vel] et C; virendum B

SECTA 3 etiam] enim B 5 sequenda est et tenenda ita B 7 secta a] secta in C;tenendo est nominata B

vel spatio temporis aliquantulum longo. Unde dicit Papias, seculum dicitur etas, tempus, evum, spatium, intervallum, vite cursus. Et sequitur, seculum et perpetuitatem ostendit et tempus. Unde «in secula seculorum» dicimus. Quid est autem seculum, seculi nisi cuius effigiem tamquam umbram habet hoc seculum? Vicissitudo enim temporum sibi succedentium, cum luna minuitur et rursus impletur, dum sol omni anno cursum suum repetit, dum ver vel estas vel autumpnus vel hiemps sic transit ut redeat. Eternitatis quedam imitatio est, sed huius seculi seculum est quod incommutabilitate et eternitate consistit. Et sequitur, «hoc quidam quinquagesimum annum dicunt quem Hebrei iubileum vocant. Ob hanc causam et ille Hebreus qui propter uxorem et liberos, amans dominum suum, aure pertusa, servitio subiugatus servire iubetur in seculum, id est usque ad annum quinquagesimum» etc.

SECUNDINA dicitur folliculus in quo puer involvitur in utero matris; et cum infante nascènte egreditur. Et dicitur a sequor, sequeris quia sequitur puerum cum editur. Ysidorus autem Ethimologiarum xi (1,144) vocat folliculum illum secundam, non secundinam. Et similiter Macer De viribus herbarum (626-640) dicens,

Fervida puleio vis siccaque dicitur esse.
Tertius a medicis datus est gradus huic in utroque.
Sepius hanc herbam si pregnans sumit abortit;
Menstrua deducit cum vino sumpta tepenti,
Hocque modo tardas hec extrahit herba secundas.
Hoc nomen, quia non notum reor esse quibusdam,
Exponam tali quid nomine significetur.
Ut nondum natus testa circumdatur ovi

SECULUM 4 longe D 7 unde et in B 12 vel hiemps *om.* C; quedam] quadam C 13 intimatio D 17 percussa CD 17-18 subiugatur C 18 id est] et B 19 etc. *om.* B

SECUNDINA 3 editur] egreditur C 4-5 secundinam vel secundinam D 9 si *om.* D 10 repenti B 11 extrabit D 12 nomen] enim B; notum] vocum C

Pullus, sic infans . . .
matris de semine facta,
Quam nascens rumpit, quasi testam pullulus ovi.
Istas pelliculas medici dixere secundas,
Quod mox expositos nature iure sequuntur.
Hee si plus iusto, vitio cogente, morentur
Aut mors subsequitur, dolor aut quivis toleratur.

SECUNDUS, da, dum nomen ordinale est et dicitur a sequor, sequeris quia secundum immediate sequitur primum. Item secundus dicitur prosper et bonus. Et dicitur a sequendo quia prospera de prope sequuntur. Unde et secunda dicitur prospera fortuna quia prope nos sequitur et iuxta nos est, sicut adversa opposita et recedens. Unde secundo, secundas dicitur prosperare, prosperum facere vel secundo loco sequi vel ordinare. Et est activum et componitur obsecundo, das, id est obtemperare, et est neutrum, quasi in omnibus secundare.

SECURIS secundum Ysidorum Ethimologiarum xix a (19,11) a succidendo dicitur «eo quod ea arbores succidantur quasi succuris». Item securis dicitur quasi semicuris; ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria. Hec apud veteres pinna vocabatur, utramque enim habens faciem bipennis dicitur eo quod ex utraque parte habeat acutam faciem quasi duas pinnas. Pennum autem antiqui acutum dicebant. Vel dicitur securis a secando.

SECUS, id est iuxta, prepositio est et potest dici a sequor, queris. Secus vero, id est aliter, adverbium est qualitatis, et tunc potest dici a seco, cas.

19 expositas C 20 hee] hec ACD

SECUNDUS 1 ordinabile B; est *om.* B 2 immedietate C 4 sequuntur] sequitur B 7 sequi] sedere B

SECURIS 1 a *om.* D 2 dicitur *om.* B; ea *om.* D 3 succuris] secures A, secturis B; securis secundum papiam dicitur A 4 hec] hoc AD; pinna] penum A 5 enim] autem C; bipennis nam bipennis dicitur AD 7 pinnas] pennas AC; autem] enim C; vel et melius B

SEDECIM vel sesdecim dici debet et numquam sexdecim. Dicit enim Priscianus in maiore volumine (II, 11), « In x nulla sillaba terminatur in media dictione nisi in compositis a prepositione ex, que integra manere potest sequente c vel p vel q vel s vel t, ut excurro, expello, exquiro, exsicco, extendo » etc.

SEDITIO, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum v (26,11) ubi agit de criminibus, « dissensio civium est quod seorsum alii ab aliis eunt ». Unde seditio dicitur quasi seorsum itio. Vel secundum Huguitionem (*s. v.* Sedeo) dicitur a sedendo per contrarium quia non sedent in pace et unitate. Alii dicunt quod seditio est discordia et dissensio animorum quam Greci diastasim dicunt. Et inde seditiosus, sa, sum qui seditionem facit et discordiam gignit ».

SEDUCERE dicitur decipere quasi seorsum a bono ducere. Item seducere dicitur seorsum ducere, separare, sicut fit quando causa consiliandi aliquis extra congregationem ducitur. Item seducere accipitur in bona significatione, id est a malo ad bonum ducere. Et secundum hoc potest accipi Ieremie xx c (7), « Sed duxisti me, domine, et seductus sum », et ita patet quod est seductor bonus et malus.

SEDECIM 4 ex] x A
In marg. fol. 168^{v} *add.* D: sedeo sedes et sido sidis in significatione non differunt sed in tempore differunt quia sedeo primam corripit in presenti sed sido primam producit unde composita a sido producunt hanc sillabam si sed composita a sedeo corripiunt eandem in presenti secunda enim sillaba huius verbi consideo brevis est huius autem verbi consido considis longa sido sidis et eius composita carent supino sed mutuantur a sedeo et eius compositis item sido et sedeo et ab eis composita neutra sunt preter assideo pro iuxta sedere circumsideo possideo obsideo et obsido que sunt activa nota quod sedeo aliquando ponitur pro placere ut non sedet mihi supersideo des id est dimittere licet quidam dicant supersedeo des subsideo des et sido dis id est subtus sedere inferius esse tempus semestre id est sex mensium
SEDITIO 2 est *om.* BD 3 eunt] sentiunt C; seductio B; dicitur *om.* B 6-7 diastasim vocant vel dicunt A
SEDUCERE 3 quando] quandoque B; conciliandi ABD; conciliandi quod aliquis B 7 et *primum om.* B

SEDULUS, la, lum dicitur assiduus, intentus, bonus. Et dicitur sedulus quasi sine dolo.

SEGES a semine quod iacimus vel a sectione dicitur.

SEGNIS, id est piger, componitur a se, quod est sine, et ignis. Unde segnis dicitur quasi sine igne, ut securus sine cura et sedulus sine dolo. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (247) sic ait, «Segnis sine igne, ingenio carens . . . frigidus, per quod inutilem accipimus». Unde hec segnities, tiei et hec segnitia, tie, id est pigritia.

SEGREGARE dicitur separare quasi seorsum a grege ponere. Et componitur a se et grego, gas, quod est minare, sed non est in usu. Et inde dicitur hic grex, gregis.

SELLA «quasi seda a sedendo dicitur. Unde et subsellia quasi subsedia». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx g (11,11).

SEMEN est «quod in agro spargitur ad gignendum fructum». Item semen est animalium quod spargitur ad gignendum fetum. «Unde hec sementis, id est semen frugum vel tempus seminandi vel dea Sementis vel ipse actus seminandi, . . . et hoc seminarium, id est semen, vel cuiusque rei exordium vel vas in quo ponitur semen, et seminarius, a, um, id est ad semen pertinens vel exordialis vel initialis». «Item a semine hoc seminium, id est semen vel cuiusque rei exordium vel lucrum de semine». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Sero). Grecismus (XII, 22-5) ponit tales versus,

In marg. fol. 168^{v} *add.* D: sedulo constanter adverbium

SEGNIS 1 id est] scilicet B 5 quod] quem C; hec *primum om.* B; huius tiei A 6 huius tie A

In marg. fol. 169 *add.* D: selenos dicitur lux noctis scilicet luna a sele vel sile quod est lux et nox et componitur cum pan quod est totum et dicitur panselenos id est tota lux noctis scilicet luna plena vel plenilunium

SEMEN 2-3 item . . . fetum *om.* B 4 dea] dicta A; seminandi] seminantis vel seminandi B 5 cuiuscumque BD 8 seminium] semineum B; cuiuscumque D

Est animatorum semen, campoque satorum
Sementis proprie, sementivum quod in archa
Clauditur atque suo spargetur tempore in agro;
Seminium cuiusque rei dicatur origo.

Et dicitur semen a sero, ris, sevi, serere, satum, tu, quod idem est quod seminare. Vide infra in suo loco.

SEMICINCTIUM, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xix (33,1) ubi agit de cingulis, dicitur zona minus lata, unde dicit ibi «cinctus est zona lata, et minus lata semicinctium». Et componitur a semis, quod est dimidium et cinctus, ti quasi dimidius cinctus. In glosa Actuum xix b (12) dicuntur «vestes ex uno latere dependentes vel zone sive vestes nocturne vel genus sudarii quo Hebrei utuntur in capite». Papias dicit, semicinctium eo «quod dimidium cingat».

SEMINIVERBIUS «est qui verbum seminat vel seminiverbius est sermologos quia semen est verbum dei». Ita dicit glosa Actuum xvii (18).

SEMIS, semissis secundum quosdam pondus est vi unciarum, sed Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,10?) dicit sic, semis grece dicitur semiobolus latine. Item semis idem est quod dimidium et in ista significatione secundum quosdam declinatur semis, semissis; et quandoque invenitur indeclinabile. Sed in Doctrinali (170-1) scribitur,

indeclinabile semis
Est pro dimidio; pondus semissis habeto.

12 sementivum] sementium C 13 clauditur] conditur C; spergetur D 15-16 quod idem est] aliqui dicunt situm situ et credo quod male et est idem B

In marg. fol. 169 *add.* D: semianimus semivivus vix vivens semicors minus habens cor semicaput dimidium caput semiermis sine armis minus armatus semimares spadones enuchi non perfecte mares semipes claudus semiplenus dimidius

SEMICINCTIUM 1 semicincium D, semicincium tii A 2 unde et dicit B 6 nocture C 7-8 semicincium dicitur eo B

SEMINIVERBIUS 1 semiverbius BC; vel] quasi C 2 est] id est BC

SEMIS 2 Ysidorus] secundum ysidorum D

Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,16) ubi agit de ponderibus, «Semuncia dicitur quia semis habet de uncia. Hec et semissis quia ponderis semissis est quasi semis assis». Nota quod semus, a, um dicitur imperfectus, non plenarius. Item semis pro dimidio invenitur, ut dictum est. Et communior opinio est quod sit indeclinabile et omnis generis. Unde et medici dicunt libram semis et dragmam semis et unciam semis, id est dimidiam libram, dimidiam dragmam et dimidiam unciam. Item, sicut dicit Huguitio (*s. v.* As), semis componitur cum as, assis, quod est «pondus constans ex xii unciis, et ponitur quandoque pro obolo» et dicitur «hic semissis vel hic semis, semissis, scilicet dimidius obolus, et accipitur pro quadam mensura» que vulgariter dicitur latitudo pugni cum extensione pollicis. Sed secundum Josephum (*in Petri Comestoris Hist.*, *PL* 198,1170) idem est quod palmus, qui xxv Exodi cubitum vocat duos palmos. Unde loquens de archa dicit ibi quod erat longitudinis v palmorum, latitudinis trium. Unde si in ista significatione accipitur bene possumus dicere semissem Exodi xxv et xxvi, sicut enim dicitur in Historiis (1170), «cubitus erat humanus non geometricus, quod apparet in altari Lateranensi, infra quod dicitur esse archa».

SEMITA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xv g (16,9), «itineris dimidium est». Et componitur a semis, quod est dimidium, et iter. Alii dicunt quod componitur a semus, sema, um, quod est imperfectum, et iter, quod est via. Et ponit Ysidorus ibidem (9-10) tales differentias, «Semita est hominum, callis ferarum et pecudum . . . Tramites transversa in agris itinera, sive recta via sic dicta eo quod transmittat. Divortia sunt flexus viarum, id est vie in diversa tendentes. Idem diverticula sunt».

11 est *om.* C 15 et *primum om.* D 25 dicit ibi] sic ait B 25-26 latitudinis vero trium B 26 bene] unde D

SEMITA 2 dimidium vel particula B 3 iter] ita A 4 iter] ita ABD; via imperfecta et B 7 agris] eis ABD 7-8 transmittat ad divortia B 8 sunt *om.* ABD 8-9 id est ad vias in diversa et idem B

SEMPITERNUS quasi semper eternus dicitur. Vide supra ubi exponitur eternus.

SENATUS «a senectute appellatur qui vel fundavit vel auxit Romam. Isti a Romulo electi sunt centum a populo, qui ob etatem senatores, ob similitudinem cure patres appellati sunt» eo quod sicut patres filiis ita providerent rei publice. Ita dicit Papias et subdit quod «modo senator dici non potest nisi qui in curia romana fuerit». Huguitio (*s.v.* Sentio) dicit quod senatus componitur «quasi senex natus vel natu quia in illa dignitate eligebantur senes natu vel nascebantur in ea, id est eligebantur senes saltem prudentia. Vel senatus dicitur a sinendo quia senatores facultatem eligendi dabant, nam sine licentia eorum nulli licebat magistratui aliquid facere. Et dicitur senatus locus in quo conveniunt senatores ... Senator autem qui dicitur habet illam dignitatem».

SENEO, nes, nui dicitur esse vel fieri senex et dicitur a senex, nis. Senex autem dicitur a sensu vel a senos, quod est sensus, quia sensus solet in senibus abundare, vel per contrarium quia sensus in senibus diminuitur. Unde dicitur senex quasi se nesciens. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (2,27) loquens de etatibus dicit sic, «Senes quidam dictos putant a sensus diminutione eo quod iam vetustate desipiant. Nam phisici dicunt stultos esse homines frigidioris sanguinis, prudentes calidi; unde et senes, in quibus iam friget, et pueri, in quibus necdum calet, minus sapiunt». Et dicit ibidem Ysidorus (28) quod «Senex tantum masculini generis est». Et comparatur senex, senior, quod similiter tantum mascu-

SENATUS 2 isti centum a romulo electi sunt centum C 5 quod] hoc B 7-8 natu ... senes *om.* D 8-9 vel ... eligebantur *om.* B 9 saltem prudentia senes vel morum maturitate vel B 11-12 facere vel dicitur senatus a senos grece quod est sensus latine quia de sapientioribus et antiquioribus fiebant senatores et B

SENEO 3 per *om.* D 4 quia] quod D; sensus] consensus ACD 7 iam pre nimia sui vetustate B, iam pro vetustate C 11 quod *om.* A 12-13 et ... generis est *om.* B

lini generis est, et caret superlativo, licet antiquitus senissimus diceretur. Versus,

Ante, senex, iuvenis, adolescens quatuor ista
Sola quidem solis utuntur comparativis.

Necessitas metri facit hic corripi hanc sillabam ra.

SENECTUS et senium supra exposita sunt ubi exponitur adoleo, les.

SENIOR, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (2,25), dicitur viridior, minus senex, ut comparativus gradus minus significat positivo.

SEPES dicitur munitio de spinis vel lignis que fit circa segetes ad arcenda pecora. Fiunt etiam sepes in obsidionibus ubi muri non sufficiunt ad arcendos hostes. Et declinatur hec sepes, huius sepis. Unde Ecclesiastici xxxvi g (27), «Ubi non est sepes, diripietur possessio», nam hic sepes indeclinabile. Vel declinatur hic seps, sepis. Serpens quidam est qui non solum corpus sed etiam ossa veneno consumit. Unde Lucanus in ix (723),

Ossaque dissolvens cum pectore tabificus seps etc.

SENIOR 2 ut] ubi BC
In marg. fol. 169^{v} *add.* D: senodocium est locus ubi peregrini aluntur et recipiuntur
In marg. fol. 285^{v} *add.* C, *in marg. fol.* 169^{v} *add.* D: papias sentes spine silve spinose seu vive huguitio (papias . . . huguitio *om.* D) a sentio hec sentis (+ tis D) id est spina vel arbor spinosa que sentix dicitur (que . . . dicitur *om.* D) et dicitur sic a sentio (*om.* D) quia graviter sentitur cum pungit vel sentis dicitur a situ quod est terra inculta in qua sentes et spine nascuntur (vel . . . nascuntur *om.* D) unde sentus ta tum et senticosus a um in eodem sensu (+ scilicet D) horridus asper vel sentibus plenus spinosus et sentosus a um in eodem sensu (et . . . sensu *om.* D) (+ item a sentis senticosus sa sum et sentarius a um idem scilicet sentis id est spinosus D)
SEPES 2 sepes quandoque in B; ubi] unde D 5 indeclinabile] est declinabile C 6 declinetur C 7 etiam *om.* A 8 in *om.* B 9 tabeficus BD

SEPIO, pis, sepsi, septum, et invenitur sepivi, pitum, idem est quod circumdare vel sepe concludere.

SEPTEMPTRIO, onis dicitur «quoddam signum a vii stellis quibus depictum est vel a vii stellis notabilioribus quam alie, habet enim plures quam septem. Dicitur ergo semptemptrio a vii stellis quas vocant boves quia, quasi boves ararii», «semper terunt aream nostri celi». Et componitur a septem et trio, onis, quod est bos quasi terio «quia terram terit vel quia in quibusdam regionibus cum bobus solet triturari frumentum. Unde et quedam stelle dicuntur triones quasi teriones quia semper nobis apparent et semper terunt aream nostri celi», «vel terion grece, latine dicitur stella ... Idem signum dicitur plaustrum sive carrum vulgo et ursa et elice, et ab illo signo pars mundi dicitur septemptrio, et ventus flans ab illa parte similiter dicitur septemptrio. Unde hic et hec septemptrionalis et hoc nale». Vide supra ubi exponitur aquilo et similiter ubi exponitur arturus quia que hic dicuntur verba Huguitionis (*s. v.* Tero) sunt.

«SEPTIES in die laudem dixi tibi» (*Ps.* 118,164). Versus,

Hec sunt septenis domino cur psallimus horis:
Prima flagris cedit, subducit tertia morti,
Sexta tegit solem, sed nona videt morientem,
Vespera deponit, reddit completa sepulchro,
In medio noctis devicta morte resurgit.

«SEPTUAGIES SEPTIES» (*Gn.* 4,24; *Mt.* 18,22), id est quadringentis nonaginta vicibus. Et nota quod lxxvii consistunt ex numero universitatis et numero transgressionis, id est ex vii et xi, nam septies xi faciunt lxxvii. Et dicit Magister in Historiis (1585) «quod quilibet tenetur rancorem animi pro

SEPIO 1 pitum tu A 2 circumcludere D
SEPTEMPTRIO 1 septentrio CD 1-3 a vii ... septemptrio *om.* C 4 quia *om.* D; aratorii C 8 quedam] quidam AD 10 terion] cenon A 12-13 et ... septemptrio *om.* B
SEPTIES 3 cadit B; cedit sed subdit C 6 media C
SEPTUAGIES 1 septuagesies A; in *marg.* D: septuagies est adverbium numeri et componitur septuagies septies

iniuria dimittere, etiam si non petat veniam qui lesit, quod si petierit teneor ei dicere ave et subvenire sibi si indiguerit, quod non teneor nisi petat nisi sim perfectus».

SEPTUM, ti a sepio, pis dicitur ambitus, locus circumclusus. Unde intra «septum templi» (*IV Rg.* 11,8), id est intra ambitum vel clausuram.

SEQUESTER, tri dicitur mediator vel reconciliator qui certantibus medius intervenit. Et hec sequestra, tre reconciliatrix. Et dicitur a sequor, ris. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (260), «Sequester dicitur qui certantibus medius intervenit, qui apud Grecos o mesos dicitur, apud quem pignora deponi solent. Quod vocabulum a sequendo tractum est eo quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequatur». Et inde dicitur sequestro, tras, id est separare, et proprie certantes. Item idem est quod pacificare et est activum.

SERA, sere dicitur firmatura hostii et proprie lignum quod ex transverso obicitur hostio et apponitur. Unde hec serula diminutivum. Et dicitur sera, a sero, seris, serui, quod infra exponitur in suo loco. Item a sera dicitur sero, seras, id est seram ostio apponere, ostium firmare, claudere.

SERAPH, seraphis dicitur quilibet de ordine angelorum illorum qui dicuntur seraphim. De quibus dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (5,24), «Seraphin multitudo est angelorum qui ex hebreo in latinum ardentes vel incendentes interpre-

6 ammittere D; etiam] et C; petat] petit C 7 petierit] petat C 8 teneor] tenetur D; sim] sit B

SEPTUM 3 vel clausuram vel D; *add. in marg.* D: sepio sepis sepsi septum et invenitur sepitum sepitu id est circundare sepe claudere unde septim id est clausim

SEQUESTER 1 reconsiliator C 2 huius tre A 4 x] v B 5 o mosos A, omosos BD, e mosos C 6 tractum est] dictum B 7 sequitur B

SERA 2 et *om.* D; hec *om.* C 4 in *om.* B; sera re C 5 firmare et claudere B

SERAPH 2 seraphin multitudo de D 3 seraphin] seraphim D, seraphin per n in fine C 4 incedentes A

tantur. Qui idcirco ardentes vocantur quia inter eos et deum nulli angeli alii consistunt et ideo quanto vicinius coram eo consistunt tanto magis claritate divini luminis inflammantur». Et nota quod seraphim et seraphin ita distinguntur sicut cherubim et cherubin. Vide supra ubi exponitur cherub.

SERIES, ei dicitur ordo vel tenor et dicitur a sero, ris. Unde serio, as dicitur ordinare, in ordinem ponere vel disponere. Et corripit series primam sillabam sicut et sero. Invenitur etiam serius, a, um, id est utilis et necessarius. Unde et Theodolus (29),

Ut tua iam nostro postponas seria ludo.

Et dicitur a serus, ra, rum quia seri, id est senes, utilia et necessaria tractare solent.

SERICUM «dictum est quia id Seres populi primi miserunt. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus hec circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi grece bombices nominantur. Placium est stupa et quasi crassedo serici, et est grecum nomen». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (27,5) ubi agit de lana. Papias dicit quod Seres «oppidum est a quo et gens et regio appellata, que nobilibus frondibus fertilis est, e quibus vellera decerpuntur que ceterarum gentium Seres ad usum vestium vendunt», apud quos de arboribus lana contexitur. Item a serico dicitur sericus, serica,

8 seraphim et *om.* D 9 cherubin] seraphin D

In marg. fol. 171 *add.* D: sereno nas avi id est exhilarare letificare illuminare vel lucidere unde serenus na num id est letus hilaris lucidus clarus tranquillus sed serenum ad celum refertur transquillum ad mare

SERIES 2 vel] et C 4 etiam] et C; et *primum om.* D; unde et] item B, unde C 7 seri] seria B, serii C; id est *om.* C

SERICUM 1 quia] quod C; series C 2 nasci *om.* AD; a *om.* C; hec] hoc A 3 arbore D; bumbices AD, lenebetes B 6 lanis C; seros AD; *post* Seres *add.* B: oppidum est quod dictum est ab ope quia vel indiget ope vel fert opem indigentibus 7 quo quidem scilicet oppido et gens B; appellata] nominata est B 8 cerarum D

cum. Et componitur cum olon, quod est totum, et dicitur olosericus, ca, cum, id est totum de serico existens.

SERMO, sicut ait Papias, est duorum vel «plurimorum collatio, quam Greci dialogum dicunt». Sermo autem dicitur a a sero, ris eo quod inter loquentes seritur vel quia serit utilitatem in mentibus auditorum. Et inde sermocinor, naris, id est sermonem facere.

SERO, seris, sevi, serere, satum, satu idem est quod seminare. Sero, ris, rui, serere, sertum, tu idem est quod plantare. Et est activum in utraque significatione. Versus de Grecismo (XVII, 11-12),

Si sero subiungas serui dic arboris esse,
At si subiungas sevi de semine dicas.

Invenitur etiam sero, ras, quod expositum est supra ubi exponitur sera. Et nota quod dicit Priscianus (x, 42), «A sero, ris composita quando mutant simplicis significationem, per ui separatas proferunt preteritum, o in ui conversa, ut desero pro derelinquo deserui, insero pro immitto inserui». Si enim de arbore dicam insero insevi facit preteritum et participium insitus, non insertus. Vetustissimi tamen in simplici etiam serui protulisse inveniuntur pro ordinavi vel pro sevi.

SEROTINUS, na, num dicitur tardus et tarde veniens vel vespertinus. Et dicitur a sero, quod est tarde, et ponitur pro hora que est in occasu diei. Et a serotinus dicitur serotino, nas, id est tardare vel serotinum facere. Unde «temporaneus imber dicitur in autumpno vel hieme iactis seminibus nu-

12 olosoricus B
SERMO 2 quam] quem BC; sermo autem] et B 3 vel *om.* C 5 id est *om.* C
SERO 1-2 seminare et sero B 10 in ui] in iu ui C 11 immitto *om.* B 12 insevi] inserui B; preteritum *om.* BCD 13 non *om.* C 14 etiam *om.* C; inserui D
SEROTINUS 1 et] vel C 4 tarde C

triendis, serotinus ad incrementum in vere vel estate». Ita dicitur in Historiis (1250).

SERPENS a serpendo dicitur. Unde Papias, serpentes nomen acceperunt eo quod «occultis accessibus serpunt». Est autem serpo, serpis, serpsi, serpere idem quod latenter ire vel corpore vel ventre repere. Et declinatur hic et hec serpens. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (4,39-48) quod «omnes serpentes natura frigidi sunt, nec percutiunt nisi quando calescunt. Nam quando frigidi sunt nullum tangunt, unde et venena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, et merito, quia frigidi sunt nocturno rore. In se enim adducunt vaporem corporis gelide pestes et natura frigide, unde et hieme in nodos torpent, estate solvuntur. Inde est quod quicumque veneno serpentis percutitur primum obstupescit et postea, ubi in illo calefactum ipsum exarserit virus, statim hominem extinguit. Venenum autem dictum eo quod per venas vadit, infusa enim pestis eius per venas, vegetatione corporis aucta discurrit et animam extinguit. Unde dicunt venenum non posse nocere nisi hominis tetigerit sanguinem. Unde Lucanus (IX, 614),

Noxia serpentum est ammixto sanguine pestis.

Omne autem venenum frigidum est et ideo anima, que ignea est, fugit frigidum venenum. In naturalibus bonis, que nobis et irrationalibus animantibus videmus esse communia, vivacitate quadam sensus serpens excellit. Unde legitur in Genesi (3,1), 'Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terre'. Dicit autem Plinius, si creditur, quod serpentis caput, etiam si cum duobus evaserit digitis, nichilominus vivit. Unde et totum corpus obicit pro capite ferientibus.

SERPENS 6 percutiunt quod nisi A 7 quando] quod C 9 et . . . rore *om.* C 11 et] in AC; in *om.* C; nidos AD; torpent et estate D 14 extingit B 15 dictum est B 16 aucta] interiora B 17 posset C 21-22 que nobis *om.* C 24 autem *om.* C; erat *om.* A; sapientior] callidior C; omnibus] cunctis C 24-25 pecoribus] animantibus B, animi C

Anguibus universis hebet visus. Raro in adversum contuentur, nec frustra, cum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeo ut citius audiant quam aspiciant. Nullum autem animal in tanta celeritate linguam movet ut serpens, adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit. Serpentium humida sunt corpora, adeo ut qua eunt viam humore designent. Vestigia sunt serpentum talia ut, cum pedibus carere videantur, costis tamen et squamarum nisibus repant, quas a summo gutture usque ad imam alvum pari modo dispositas habent. Squamis enim quasi unguibus, costis quasi cruribus innituntur. Unde, si in qualibet corporis parte ab alvo usque ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non potest quia ubicumque ille ictus inciderit spinam solvit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere dicuntur, adeo ut deposita vetere tunica senectutem deponere atque in iuventutem redire perhibeantur. Tunice serpentum exuvie nuncupantur eo quod hiis, quando senescunt, sese exuunt, quibus exuti in iuventutem redeunt. Dicuntur autem exuvie et induvie quia exuuntur et induuntur. Pitagoras dicit de medulla hominis mortui, que in spina est, serpentem creari . . . Fertur autem ut serpens hominem nudum non sit ausus contingere». (XII, 4,3) «Serpens autem nomen accepit quia occultis accessibus serpit, non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit». Verba sunt Ysidori. «Physiologus dicit iiii naturas habere serpentem. Prima natura, cum senuerit caligant oculi eius et si voluerit novus fieri abstinet se a cibo et ieiunat xl diebus et noctibus donec pellis in eo relaxetur, et querit petram in fissura angustam et inde se vehementer coartat atque tri-

28-29 continentur B, contuentibus D 30 temporibus] pectoribus A; audeant B 31 autem] enim C 31-32 serpens et adeo B 33 qua] quam C 35 tamen *om.* D 43 veteri B; tunice autem serpentum C 47 quia] quod D 48 pictagoras B 51 accepit a serpendo quia B 54 natura est cum B 55-56 et xl noctibus C 56 pellis eius in BC 57 fixura D; et inde] eadem que B 57-58 tributo AD

bulato corpore deponit senectutem et novus iterum fit. Secunda autem natura cum venerit aquam bibere de fonte non secum affert venenum, sed in cubili suo illud deponit, et sic aquam sitienter bibit. Tertia vero natura, si viderit serpens hominem nudum timet valde accedere ad eum, si autem vestitum viderit insilit in eum. Quarta quoque natura serpentis, quando venerit homo et voluerit eum occidere tradit totum corpus ad penam, caput autem suum custodit . . . Serpens, ubi oculos obduci sibi senserit nota remedia petit nec fraudatur affectu, nam pastus feniculo cecitatem repellit exceptam. Fertur autem quod rubi folia superiecta serpenti interimunt eum. Ieiuni hominis sputum si serpens gustaverit morietur». Ita scribitur in libro Papie.

SERRA est «pretenuis lamina ferri, dentium mordacitate resecans» arbores seu ramos. Ita dicit Papias. Et, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xix (19,9), «Serre nomen de sono factum est, id est a stridore serre», quasi diceret ficticium nomen est a sono. Vel dicitur a seco, cas. Item a serra dicitur serro, ras, id est serra secare, et inde verbalia.

SERVITUS «a servando vocata. Apud antiquos enim qui in bello a morte servabantur servi vocabantur. Hec est sola malorum omnium postrema pena, que liberis omni supplicio gravior est. Nam ubi libertas periit una ibi perierunt et omnia». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum v (27,32) ubi agit de penis. Servitus autem et servitium sic differunt, nam servitus est conditio serviendi, servitium muneris.

59 autem *om.* D 61 scienter C, scitienter D; vero] autem B 63-64 serpentis est quando B 65 corpus suum B; suum optime custodit B 65-66 serpens etiam ubi B 66 obduci] duci C; nota quod remedia BD 67 effectum C, affectum D; cecitatem *om.* A 68 serpentis A 70 in papia C

SERRA 1 dentium asperrimum B 2 seu] sive B; ait] dicit C 4 id est . . . serre *om.* B 4-5 ficticium nomen est] est nomen onomatopeion id est fictum nomen B 5 est *om.* C 6 id] quod B; verbalia quedam B

SERVITUS 3-4 supplicitio D 4 est *om.* A; ubi est libertas A

SERVUS a servando dicitur, sicut dictum est supra proximo. Et dicit Papias quod servus, famulus et mancipium ita distinguntur: servus dicitur «ex conditione servitutis», item «servus in bello captus atque servatus; famulus ex propria familia ortus; mancipium ex hostibus quasi manu captum». Item est servus empticius qui pretio emitur. Item verna sive vernaculus in domo nutritus quia vernat, id est claret, in domo.

SETHIM, sicut dicitur in Historiis (1169) super Exodum, «nomen est montis et regionis et arboris que similis est albe spine in foliis, et est levissimum lignum et incremabile et imputribile».

SEVUS dicitur crudelis. Proprie tamen sevus est in ira, crudelis in sanguine. Unde crudelis a cruore dicitur. Sevus autem a sevio, is, sevivi, ire, itum, quod est insanire, furere, sevum esse vel fieri.

SEVERUS, ra, rum dicitur rigidus, austerus. Et dicitur severus quasi sequens verum vel quasi satis verus. Tenet enim sine pietate iustitiam, contra illud Ecclesiaste vii (17), «Noli esse iustus multum», ubi dicit glosa, «Summum ius summa iniuria est». Invenitur etiam severus, id est castus, et inde hec severitas, id est austeritas, rigor vel integritas iudicii vel vehementia ultionis. Et inde severo, ras, quod non est in usu, sed componitur assevero, ras, id est asserere, et persevero, ras, id est persistere, in proposito permanere.

SEXTARIUS «duarum librarum est. Qui bis assumptus nominatur bilibris, assumptus quater fit greco nomine cenix, quinquies complicatus quinarem sive gomor facit. Adice

SERVUS 3 ex] pro C 6 est *om.* B; emptius C
SEVUS 1-2 crudelis vero in B 2 unde et crudelis B 3 insaniare A
SEVERUS 3 Ecclesiaste] sapientie A, proverbiorum BD; vii d C 6 id est castitas vel austeritas B 7-8 quod . . . ras *om.* D
SEXTARIUS 1 est *om.* B 1-2 nominatus A

sextum, congium reddit, nam congius sex metitur sextariis, a quo et sextarii nomen dederunt. Congius autem a congiendo, id est per augmentum crescendo vocatur. Unde postea pecunia beneficii gratia cepta congiarium appellatum est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (26,6-7) ubi loquitur de mensuris.

SIBAN dicitur mensis Iunius. Vide supra ubi exponitur Adar.

SIBILARE proprie serpentum est, et tamen homines sibilant. Unde hic sibilus in singulari et hec sibila in plurali eteroclitum est in genere. Et, sicut dicit Papias, «sibilus est spiritus tenuis. Fit autem vel exilis aeris pulsu vel verberati aeris ictu».

SICARIUS dicitur qui defert sicam. Est autem sica genus armorum, «a secando dicta. Est enim parvus gladius quo maxime utuntur qui apud Italos latrocinia exercent, a quo et sicarii dicti». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (6,8) ubi agit de gladiis. Vide supra ubi exponitur sicarius.

SICERA «est omnis potio que extra vinum inebriare potest. Cuius licet nomen hebreum sit, tamen latinum sonat pro eo quod ex succo frumenti vel pomorum efficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimantur, coctisque frugibus aqua pinguior quasi succus colatur et ipsa coctio sicera nuncupatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (3,16) ubi agit de potu.

SICCINE, id est sicne, adverbium est interrogandi. Et componitur a sic et ne, interposita i. Vel dicitur siccine absolute

6-7 postea beneficii pecunia beneficii A 8 xix BCD
SIBILARE 3 in *om.* B 4 vel *primum om.* BC; verberari D
SICARIUS 1 dicitur] autem est B, est C, *om.* D; defert] fert D 2 enim] autem B 3 utuntur illi qui B
SICERA 2 cuiuslibet D 3 fermenti ACD; efficitur C 4 exprimuntur B 5 cicera C

pro sic, et tunc cine est sillabica adiectio, et est adverbium similitudinis.

SICOMORUS «dicitur ficus fatua, in foliis moro similis, in aliis ficui». Ita dicit Magister in Historiis (1596). Quod autem dicitur sicomorus quasi sicut morus ethimologia est, non compositio. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,20), «Sicomorus et morus greca nomina sunt. Dicitur autem sicomorus eo quod sit similis moro. Hanc Latini celsam appellant ab altitudine quia non est brevis ut morus».

SICLUS genus est ponderis de quo Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,18), «Sicel, qui latino sermone siclus corrupte appellatur, hebreum nomen est, habens apud eos uncie pondus. Apud Latinos autem et Grecos iiii pars uncie est et stateris medietas, dragmas appendens duas. Unde, cum in litteris divinis legitur siclus, uncia est, cum vero in litteris gentilium, iiii pars uncie. Uncia autem dicta quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est complectatur». Item super illud Genesis xxiiii c (22), «pondo siclorum x» etc. dicit Ieronimus (*in Glosa*, *cf. Lib. Heb. Quaest. in Gn.*, *PL* 23,973), «Bache, quod hic pro didragmate ponitur, semiuncia est; sicel vero, qui latine sed corrupte siclus dicitur, uncia est».

SIDUS, deris dicitur a sedeo, des vel a sido, dis, quod idem est. Est autem sidus idem quod «stella vel collectio stellarum in aliquo signo, et dicitur sic a simul sedendo». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Sedeo). Et nota differentiam quam ponit Ysidorus Ethimologiarum iii (60) dicens, «Stelle et sidera et astra inter se differunt. Nam stella est quelibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut Hiades, Pliades.

SICCINE 3 adictio A
SICOMORUS 3 sicut] siccus B 6 eo quod sit] quasi C
SICLUS 1 quo] qua AD 2 latine C; siclus] ciclus C 6 uncie est A 7 dicta est B 8 completiatur B 11 dragmate C
SIDUS 1 sido, dis] sidonis C 3-4 ita dicit Huguitio *om.* C 4 nota quod differentiam A

Astra autem stelle grandes, ut Orion, Bootes. Sed hec nomina scriptores confundunt et astra pro stellis et stellas pro sideribus ponunt». Vide supra ubi exponitur astrum.

SIGNARE est signum facere vel signo designare, exprimere, ostendere. Et ponitur pro sigillare. Unde signanter, id est evidenter et aperte.

SIGNA dicuntur minora, ostenta maiora. Vide supra ubi exponitur monstrum et postea ubi exponitur ostentum. Item secundum Papiam signa dicuntur argumenta, rationes, indicia, note, testimonia, vestigia, coniecture. Item signa dicuntur vexilla. Item «quedam stelle», sicut ait Ysidorus Ethimologiarum iii (71,4), «idcirco dicuntur signa quia eas naute observant in gubernandis remigiis». Item xii signa celi posuerunt gentiles, de quibus invenies supra ubi exponitur arturus. Item signum invenitur quandoque pro custodia. Unde Ecclesiastici xlii b (6), «Super mulierem nequam bonum est signum», id est signata custodia.

SIGNIFICARE dicitur signum facere, manifestare, notificare, exprimere. Unde hec significantia, id est expressio significativa, et hec significatio idem. Unde i Machabeorum vii g (45), «tubis cecinerunt post eos cum significationibus», id est expressa signa dederunt in clangore tubarum quod vicissent vel forte sua insignia proclamabant.

SILEX, sicut ait Papias, dicitur durissimus lapis qui ictu ferri ignem emittit. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi a (3,1),

8 autem sunt stelle B; boetes C
SIGNARE 1 est] dicitur BC
SIGNA 3 rationis CD 5 quidam C; stelle sunt sicut A 6 idcirco] socirco C 7-8 item . . . gentiles *om.* C 9 quandoque *om.* BC 11 signum facere AD; id est] scilicet B; significata A
SIGNIFICARE 2 id est] et A; expressio] designatio A 2-3 significativa] expressa A, significatam C, *om.* D 3 i *om.* A 5 clangorem AD
In marg. fol. 173 *add.* D: sillabatim id est paulatim temperanter
SILEX 1 dicitur] est B

«Silex dicitur durus lapis, eo quod exiliat ignis ab eo dictus». Et nota quod secundum diversos auctores in masculino et feminino genere invenitur. Unde Ovidius Methamorphoseon vii (107),

Aut ubi terrena silices fornace soluti.

Virgilius in vii (VIII, 233) Eneidos,

Stabat acuta silex, precisis undique saxis.

SILIQUA, sicut ait Huguitio (*s. v.* Xilon), «genus est leguminis quod porci in Africa comedunt. Item siliqua dicitur folliculus cuiuslibet leguminis et purgamentum eius». Unde Virgilius in primo Georgicorum (74-6),

Unde prius letum siliqua quassante legumen
Aut tenuis fetus vicie tristisve lupini
Sustuleris, etc.

Item siliqua dicitur quedam arbor. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,29) ubi agit de propriis arborum nominibus sic ait, «Silicon, quam Latini corrupte siliquam vocant, ideo a Grecis tale nomen accepit eo quod ligni eius fructus sit dulcis. Xilon quippe dicunt lignum, licon dulce». In Historiis (1584) super Luce xv (16) dicitur sic, «Siliquas cibum porcorum dixit, et est secundum quosdam siliqua fructus arboris sonum faciens dum comeditur. Est autem genus leguminis sonoris folliculis et vacuis, quod magis onerat quam reficiat».

SILVA est spissum nemus et breve et dicitur a xilon, quod est lignum, quia multa ligna ibi ceduntur, et differt a nemore et luco. «Nemus enim a numinibus nuncupatur quia pagani ibi idola constituebant. Sunt autem nemora arbores maiores, umbrose frondibus. Lucus est densitas arborum

4 et *primum om.* B 4-5 et in feminino C 6 vii] vi AD
SILIQUA 1 est *om.* D 2 dicitur *iteravit* D 3 cuiusque C 5 cassante D 6 aut] at C 12 xilion C 13 lucam B
SILVA 2 differ C 5 lucus autem est B

solo lumen detrahens, et dicitur per antifrasin a luceo, ces». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (6,6-7). Secundum Huguitionem (*s. v.* Xilon) silva dicitur a silen, «quod est vastitas vel silentium . . . quia silva est ubi loca vasta sunt et deserta et silentio plena».

SIMBOLUM, sicut dicit glosa super illud Proverbiorum xxiii (21), «vacantes potibus et dantes simbola consumentur», «est collatio sermonum, ut in concilio, vel pecuniarum, ut in presenti loco». Gallice dicitur escot. Et dicitur a sin, quod est con, et bolos, quod est morsellus; quilibet ponit ibi morsellum suum, id est particulam suam. Unde «credo in deum» dicitur simbolum apostolorum quia in faciendo illud quilibet posuit bolum suum, ut puta *Petrus* credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre; *Andreas* et in Iesum Christum filium eius unicum, dominum nostrum; *Iacobus* qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine; *Iohannes* passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus; *Thomas* descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis; *Iacobus Minor* ascendit ad celos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis; *Philippus* inde venturus iudicare vivos et mortuos; *Bartholomeus* credo in spiritum sanctum; *Mattheus* sanctam ecclesiam catholicam; *Simon* sanctorum communionem, remissionem peccatorum; *Taddeus*, id est Iudas, carnis resurrectionem; *Mathias* vitam eternam. Amen. Composuerunt autem hoc simbolum postquam electus est Mathias, antequam dividerentur, unusquisque in sortem predicationis sue. Ex hoc patet quare non sunt aliqui articuli positi a Paulo et Barnaba, non enim adhuc electi erant in apostolatum. Item Ysidorus Ethimologiarum vi g (19,57-8), «Simbolum per linguam grecam signum vel

6 solo vel solis lumen B 8 silen] silon A 10 et silentio plena *om.* A
SIMBOLUM 2 consumuntur BD 3 collectio AC; vel *om.* B 4 gallice *om.* B 5 con] cum AD 6 suum *om.* A 7 quia] quod D 15 venturus est BC 20 hoc *om.* D 22 ex] et B 24 enim erant apostoli C

cognitio interpretatur. Descensuri enim apostoli ad evangelizandum in gentibus hoc sibi predicationis signum vel indicium posuerunt. Continet autem confessionem trinitatis et et unitatis et unitatem ecclesie et omne christiani dogmatis sacramentum».

SIMIE «grecum nomen est, id est pressis naribus. Unde et simias dicimus quod suppressis naribus sint et facie feda, rugis turpiter follicantibus ... Alii simias latino sermone vocatas arbitrantur eo quod multa in eis similitudo rationis humane sentitur, sed falsum est. Hee, elementorum sagaces, nova luna exultant, media et cava tristantur. Fetus, quos amant, ante se gestant; neglecti circa matrem herent. Harum genera v sunt, ex quibus circopedici caudas habent, simia enim cum cauda est, quam quidam clunam vocant. Spinge villose sunt comis et mammis prominentibus, dociles ad feritatis oblivionem. Cinocephali et ipsi similes simiis, sed facie ad modum canis, unde et nuncupati sunt. Satiri facie admodum grata, et gesticulatis motibus inquieti. Callitrices toto pene aspectu a ceteris distant. Sunt enim in facie producta barba et lata cauda». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,30-3).

SIMILA dicitur «flos tenuissime farine, qui et simulago dicitur et pollen vel pollis». Vide supra ubi exponitur pollenta. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Simul) dicitur simila a simul.

SIMILITUDO est, cum «secundum aliquam speciem visam, imago exprimitur vel pingitur vel formatur. Figura est, cum

26 apostoli *om.* B 29 christiane C

SIMIE 1 et *om.* D 6 et cava *om.* B 7 inherent D 8 circopetici ACD 9 enim *om.* C; quidam] caudam B 10 et *iteravit* C 10-11 dociles ... cinocephali *om.* B 10 dociles] faciles O *sed* dociles *in marg.* C 11 fertilitatis D; cinophali D; ipsis aliquantulum similes B; simis C 12 faciem habeant ad B; nuncupata D 13 gestulatis D; inequiti D 13-14 gallitrices ABD

SIMILITUDO 1 aliquam] aliam C 2 figura enim est D

impressione forme alicuius imago exprimitur», veluti si cera ex anulo effigiem sumat aut si figulus in argillam manum vultumque aliquem imprimat et fingendo figuram faciat. Ita dicit Papias.

SIMPHONIA «vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iii (22,14). Idem in eodem (20,3), «Simphonia est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce sive in flatu sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores gravioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonuerit sensum auditus offendat. Cui contraria est diaphonia, id est voces discrepantes vel dissone». Item super illud Luce xv (25), «audivit simphoniam et chorum» dicit glosa, «Simphonia est collatio quorumcumque sonorum, chorus vocum». Et dicitur simphonia a sin, quod est con, et phonos, quod est sonus, quasi consonantia vel concordia sonorum.

3 forme *om.* A

In marg. fol. 173^{v} *add.* D: hic et hec simmista te dicitur camerarius a simma me per duo m id est camera vel potest dici quod simmista dicitur secretarius et componitur a sin quod est cum et mista te communis generis quod est secretarius qui conscius est secreti vel misterii dicitur a mista a mistis quod est secretum

SIMPHONIA 3 sitque C; ea ex ea ABD 5 est *om.* D 7 hanc] hec B 8-9 sensu C 9 est *alterum om.* C 10 vel] et A 12 collectio D 13 con] cum AD

In marg. fol. 173^{v} *add.* D: a simul vel similis simulo las representare et proprie falso fingere videlicet fingere se scire quod nescit vel esse quod non est unde simulatorius a um et hoc simulacrum ymago vel effigies quasi similans aliud quam sit et hec simultas tis discordia contentio dolens et proprie latens odium et hinc hoc simultum ti quidam vermis in cornibus arietum qui facit eos cornipetare et simulto tas inimicos facere vel fugare vel odio habere simulo componitur assimulo las id est valde simulare dissimulo id est diffiteri negare inficiari se scire vel esse quod scit vel est unde solet dici simulo quod nescio vel quod non sum dissimulo quod scio vel sum item insimulo las id est accusare vel incusare quia accusatoris est simulare in adversarium quicquid et insimulor in eodem sensu deponens

SINAGOGA «grece, latine congregatio dicitur, quod proprie nomen Iudeorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie sinagoga dici solet quamvis et ecclesia dicta sit. Nostram vero apostoli numquam sinagogam dixerunt, sed semper ecclesiam, sive discernendi causa sive quod inter congregationem, unde sinagoga, et convocationem, unde et ecclesia nomen accepit, distat aliquid, quod scilicet congregari et pecora solent, quorum et greges proprie dicimus; convocari autem magis est utentium ratione, sicut homines sunt». Ita dicit Ysidorus viii a (1,7-8). Et dicitur a sin, quod est con, et goge, quod est congregatio vel congregare. Papias dicit quod sinagoga dicitur conventus vel congregatio sive collectio. Vide supra ubi exponitur ecclesia.

SINAPIS dicitur a sin, quod est simul, et napus eo quod foliis sit similis napo. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (10,10) ubi agit de oleribus dicit sic, «Sinapis appellatur eo quod foliis sit similis napis». Item Macer De viribus herbarum (1139-46) sic ait,

Inter eas, quas Pitagoras laudaverat herbas,
Asseritur primam laudem tribuisse sinapi.
Quartus ei gradus est in vi sicca calidaque.
Extrahit humores viscosos extenuatque,
Comburitque cutem, vis est sibi tanta caloris.
Maior vis eius in semine dicitur esse.
Sensus exacuit cibus eius, commovet alvum,
Confringit lapides, urinam et menstrua purgat.

Et sequitur (1151-3; 1186-7),

SINAGOGA 1 latine *om.* C 4 sinagogam *om.* D 5 congregationem iudeorum et fidelium fieret separatio manifesta unde B 5-6 unde sinagoga *expunxit* D 6 sinagoga] sine goga A; convocationem . . . ecclesia] a congregatione B 7 distat . . . congregari *om.* B; aliquid] aliud AC; unde et pecora B; et] congregationem D 8 dicimus congregari convocari C 10 sin] sym B; con] cum ABD 11 congregatio] gregatio D 11-12 dicitur quod conventus A 12 collatio AB

SINAPIS 1 a sin *om.* A 4 napo A 6 pictagoras B 8 ei] enim BD 9 viscesos D 10 utem D 11 maior] amor C

Mansum confortat stomachum, suspiria sedat.
Morsus serpentum, trito si iungis acetum
Et superapponas, tali medicamine curas.
Exprimitur succus tenero de caule sinapis,
Quem succum mandens dentis tormenta fugabit.

Et dicit Huguitio quod hoc sinapi indeclinabile invenitur pro semine illius herbe et pro confectione que fit ex illo.

SINCERUS, «ra, rum et hic et hec sinceris et hoc cere in eodem sensu, id est sine cera, sine mollitie, sine flexibilitate, scilicet purus, constans, firmus, mundus, sine vitiis». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Cera). Et componitur a sine et cera; et secundum hoc tam sincerus quam sinceris producunt penultimam. Unde Oratius in fine secunde Epistule (I, 2,54),

Sincerum nisi vas, quodcumque infundis acescit.

Item Virgilius in Moreto (42-3),

Subsidit sincere foraminibusque liquatur
Emundata Ceres.

Et possunt predicte significationes haberi per hos versus,

Since ris vel rus capit atque notat bene firmus,
Constans, non fragilis, non flexibilis neque mollis,
Nec non et mundus, purus quoque, non vitiosus.

Item potest sinceris componi a sine et caries quasi sine carie, id est sine corruptione. Et sic exponit glosa ad Philippenses i (10) «sitis sinceres», id est «sine operibus corruptionis». Et secundum hoc corripitur penultima. Unde versus,

Sinceris a carie, sed sinceris sine cera.

Item Grecismus (XIII, 71-4),

Res est sincera, res sinceris quoque pura,
Et cum predictis sincere signat idem.

15 mansum] sinapi *suprascripto* D; cedat C 18 tereno C; caulo D 20 hoc] hec C

SINCERUS 7 accessit ABD 9 foraminibus AC 15 caries ei quasi B; sine *alterum om.* B 16 putredine vel corruptione B 17-18 secundum *om.* D 19 sinceris est sine cera A

Diversa tamen hec veniunt ab origine, namque
Huic caries, illis est sine cera caput.

Sic ergo patet quod sinceris produci vel corripi potest secundum diversas compositiones.

SINDON, sindonis vocatur «lineum amictorium feminarum, quo humeri operiuntur. Idem et anabolagium». Ita dicit Papias. Item Ysidorus Ethimologiarum xix (25,7) ubi agit de palliis feminarum dicit sic, «Anabolagium est amictorium lineum feminarum quo humeri operiuntur, quod Greci vel Latini sindonem vocant». Et corripit sindon hanc sillabam do in obliquis. Unde in Aurora (*Evang.* 2819) scribitur,

Hii mundum corpus involvunt sindone munda.

Et quandoque simpliciter ponitur pro lineo panno.

SINGILLATIM, id est singulariter, per singulas vices, separatim. Ita exponit Papias. Vel secundum Huguitionem «singillatim adverbium est discretivum, id est per singulos, pro quo quidam dicunt sigillatim, sed male». Nam sigillatim, id est expresse, dicitur a «sigillo, las, quod est sigillum facere vel sigillo designare, firmare, claudere»; singillatim autem quasi singulatim dicitur a «singulus, la, lum, quod est unus vel unicus, sed in plurali accipitur distributive, ut singuli comedunt, id est separatim quilibet, per se, unus et unus per se».

SINGULARE certamen dicitur monomachia quando tantum unus pugnat contra unum, sicut David pugnavit contra Go-

24 huic] hec AD; sine cera] sincera B 25 sincerio B; potest *om.* D 26 compositionum variationes B. *In marg. add.* D: huguitio dicit male et sine omni excusatione dicitur sinceris penultima correpta ergo si versus ab aliquo magistro vel potius discolo factus ex defectu scientie inveniatur in quo sinceris penultimo producatur abradatur cum suo auctore de libro vite et cum iustis non scribatur

SINDON 2 humeri earum operiuntur B 3 ysidorus autem ethimologiarum B 4 est *om.* C 5 humeri] greci A, humeri earum B 6 sindon sindonis B 7 do in genitivo et aliis obliquis B

SINGILLATIM 2 vel *om.* A 5 dicitur *om.* D 6 autem *om.* A

liam. Et dicitur monomachia a monos, quod est unus, et machia, quod est bellum.

SINGULTUS secundum Papiam dicitur suspirium, viscerum pulsus, ploratio, gemitus, tristitia, planctus. Et subdit, singultus ex stomacho fit aut ex frigore aut ex frigido bibendo aut ex multo cibo vel potu aut ex parvo. Secundum Huguitionem singultus est tractus anhelitus cum difficultate. Et dicitur a singultio, tis, quod est trahere spiritum et anhelitum cum difficultate. Et deberet facere supinum singultitum, facit autem singultum. Unde singulto, tas frequentativum et singultatim adverbium.

SINO, sinis, sii vel sivi, sinere, situm, tu dicitur permittere, dimittere. Item sinere dicitur finiri vel terminari et cessare.

SINOPIS, dis color quidam est rubeus. Unde a quibusdam ethimologizatur sic: sinopis quasi sanguis nobilis quia sanguineum habet colorem. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum XIX (17,3) ubi agit de coloribus, «Sinopis inventa est primum in Ponto insula, unde a Sinope urbe Ponti nomen accepit. Species eius tres: rubra et minus rubens et inter has media».

SINUS dicitur a sino, nis et significat multa. Sinus enim dicitur collectio vestis. Unde Papias, sinum dicimus «sinuate vestis receptaculum». Item sinus dicitur naturalis portus, exesum fluctibus litus. Item maiores recessus maris dicuntur sinus. Item sinus altaris dicebatur in quo consumebantur igne que ponebantur super altare, et in ista significatio-

SINGULARE 3-4 unum vel unus et machos quod est pugna vel bellum quasi unius bellum B

SINGULTUS 1 suspirium a profundo corde vel a profundis visceribus editum viscerum B 3 frigido bibito vel bibendo B 4 multo] nimiis B 7-8 *singultitum* sed facit *singultum* B

SINO 2 perfiniri C

SINOPIS 6 minus rubens et *om.* C; rubens] rubea B

SINUS 2 simulate AD 3 vestis id est plicate flexe vel curvate vestis receptaculum B 4 litus *om.* AB

ne accipitur Ezechielis xliii c (13). Et a sinu dicitur «sinuosus, sa, sum, id est sinibus plenus et amplus et dilatatus et curvatus, . . . et sinuo, sinuas, id est ampliare, curvare, plicare, quod componitur insinuo, as, id est denuntiare, quasi in sinum mittere latenter, persuadere, dissimulare». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Sino). «Item a sinus dicitur hoc sinum, sini, scilicet vas in quo mulgetur». Versus (*Serlo* 2,112),

Implet mamma sinum lactisque coagula sinum.

SINUS ABRAHE, sicut dicit Magister in Historiis (1589), «locus erat in superiori margine inferni, aliquantam habens lucem, sine omni pena materiali, in quo erant anime predestinatorum usque ad descensum Christi ad inferos, qui locus propter sui tranquillitatem sinus Abrahe dictus est, ut sinum maris dicimus. Et dicebatur Abrahe quia ipse fuit prima via credendi, ipse enim primus publice predicavit unum deum tantum esse. Hunc tamen locum vocavit Iob tenebras pro tedio expectandi, dicens (17,13), 'et in tenebris stravi lectulum meum'».

SIQUIS, id est si aliquis, dictio est composita, sicut ostenditur per Priscianum (V, 67) supra ubi exponitur nequis. Vide versus ibidem positos. Et habet siquis gravem accentum, sicut nequis.

SIRENA, ne et hec siren, renis «monstrum est marinum quod dulcedine sui cantus nautas attrahit ad loca periculosa et submergi facit». Unde dicitur a siren, quod est tractus. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Siren). In glosa autem Isaie xiii g (22) dicitur sic, «Sirene sunt animalia vel serpentes cristati et

9 et a sinuo B 10 insinuo] a sinuo C 13 scilicet] id est C

SINUS ABRAHE 4 Christi *om.* C 5 est *om.* AD 6 dicebatur] dicitur A 8-9 pro tedio] propter tedium C 9 expectandi scilicet dicens B; et *om.* AD 9-10 lectum D

SIQUIS 1 si *om.* C 1-2 ostensum est BC 3-4 vide . . . nequis *in marg.* B 4 sicut et nequis C

In marg. fol. 175 *add.* D: siquominus si aliter quam dico

SIRENA 1 hec] hoc B 2 quod] quasi D 3 submergere eos facit B; unde et dicitur B 5 animalia] alia B

alati vel, ut alii dicunt, pisces marini in specie muliebri». Papias autem dicit sic, «Sirene in Isaia demones aut dracones magni, cristati pariter ac volantes, a quibusdam putantur». Ysidorus Ethimologiarum xi (3,30-1) ubi agit de portentis dicit sic, «Sirenas tres fingunt fuisse ex parte virgines et ex parte volucres, habentes alas et ungulas, quarum una voce, altera tibiis, tertia lira canebat. Que illectos navigantes sub cantu in naufragia trahebant. Secundum veritatem autem meretrices fuerunt que quoniam transeuntes ducebant ad egestatem, hiis ficte sunt inferre naufragia».

SIROPHENISSA dicta est mulier gentilis Chananea. «Chananei enim quondam Iudeam incoluerant, sed post dispersi sunt et ex hac dispersione erat mulier ista, ex Syris et Phenicibus orta. Quidam tamen dicunt Tirophenissam quia sic Phenissa erat quod Tiria, sicut Dido, fuit, hoc nomine indicantes regionem mulieris et patriam». Ita dicit Magister in Historiis (1578).

SISTO, sistis caret preterito et supino, sed accipit mutuo a diversis secundum diversas eius significationes, est enim absolutum et transitivum. Quando est absolutum idem est quod sto vel maneo, id est cum prius irem sto, et secundum

10 sirenes A 12 que et A, qui C 13 in *om.* D 14 quoniam] quandoque B; transeuntes ad eas ducebant B 15 naufragia etc. BC *In marg.* D: a sirena sirenicus ca cum id est dulcis delectabilis attractivus et periculosus item a siren quod est tractus dicitur hec sirtis et sunt sirtes loca periculosa in mari dicta ab attractione in cumulos cum enim est ibi inequalitas terre et maris in uno loco in aqua profunda in alio vadosa unde et periculosum est illac ire

SIROPHENISSA 2 sed] et B 4 sicut AD 5 Tira C 6 et] ac B

Inter sirophenissa *et* sisto *add.* C: sirtis est quidam locus periculosus in mari ab attractione harene in tumulos sic dictus unde dicitur a siren quod est tractus est enim inequalitas maris et terre in uno enim loco est aqua profundissima in alio est vadosa unde periculosum est illac ire et declinatur hec sirtis et sicut scribitur in papia sirtes sunt iuxta mare egiptium et admiscentur ea secundum remigium sirtis interpretatur tribulatio vel angustia sive punctio tractionis sive attractio

hoc accipit preteritum et supinum a sto et facit sisto, steti, statum. Quando vero est transitivum idem est quod statuo, ut «iste sistit menia», id est statuit. Accipitur etiam pro firmare vel retinere vel stabilire, ut «sisto equum». Unde Ovidius in libro Fastorum (1, 367),

Siste, puer, lacrimas; Proteus tua dampna levabit.

Item sistere dicitur representare, ut ibi «ut sisterent eum domino», (*Lc.* 2,22) et secundum hoc est transitivum et accipit preteritum et supinum a statuo et facit sisto, statui, statutum. Versus,

Sisto facit statui si transeat atque statutum,
Quod si sit neutrale steti nullumque supinum.

Supple proprium, sed bene accipit mutuo, ut dictum est.

SISTRUM pro tuba dicitur a sisto, sistis, sicut dicit Huguitio, vel a steron, quod lingua egiptiaca dicitur sistrum. Sed Ysidorus Ethimologiarum iii (22,12) dicit sic, «Sistrum ab inventrice vocatum est. Isis enim regina Egiptiorum id genus invenisse probatur. Iuvenalis (13,93),

Isis et irato feriat mea lumina sistro.

Unde et hoc mulieres percutiunt quia inventrix huius generis mulier extitit. Unde et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur». Et videtur per verba Ysidori quod non sit tuba, sed aliud instrumentum quod percussum reddit sonum, sicut cimbalum vel timpanum.

SITARCIA vas est repositorium, sicut saccus vel pera. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (9,6) ubi agit de vasis repositoriis sic ait, «Sitarcie nautarum sunt ab eo quod sicce sunt

SISTO 7 etiam] et D 8 siste D 13 preteritum statui et D 16 quod] sed B; stetit C
SISTRUM 2 quod est lingua A 2-3 sed secundum ysid. D 4 vocatum est *om.* A 8 amathonas B 9 per] ad A 10 sed magis aliud B 11 cimbolum C
SITARCIA 3-4 quod sicce sunt sunt appellate A

appellate». Unde i Regum ix a (7), «panis deest in sitarciis nostris». Vide supra ubi exponitur cistarca.

SITROPEDES invenies supra ubi exponuntur citropedes.

SITULA est vas aquarum et dicitur a sitio, sitis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (6,4), «Situla dicta est eo quod sitientibus apta sit ad bibendum; quod vas Greci cadum vocant». Item situla genus est serpentis, de qua quere supra ubi exponitur dipsas.

SITUS, ta, tum, id est positus, a sino, sinis dicitur. Item «hic situs, tus, tui dicitur representatio vel ordinatio vel humor vel modus vel natura vel vetustas vel negligentia ex vetustate». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Sino).

SMARAGDUS «gemma est cui nichil viridius comparatur», nam herbas quoque virentes frondesque exsuperat. Solo enim intuitu implet oculos nec satiat. Sculpentibus quoque gemmas nulla gratior oculorum refectio, inficiens circa se viriditate repercussum aerem. Ita dicit Papias et concordat cum Ysidoro Ethimologiarum xvi (7,1). Vide versus supra positos ubi exponitur abissus. Item a smaragdus, di dicitur smaragdinus, na, num nomen possessivum. Et producit penultimam secundum regulam Prisciani (II, 51) que scripta est supra ubi exponitur bissus. Invenitur etiam hec smaragdo, dinis idem quod smaragdus et inde smaragdineus, nea, neum. Unde Apocalipsis iiii b (3) habent multe biblie «et iris multa erat in circuitu eius similis visioni smaragdinis»; alie habent «smaragdine» et tunc est nomen possessivum.

5 cistarca] archa D, cistarcha cistarcia C
SITROPEDES sicropes A, sicropedes B, sitropes D; citropedes] ocropedes B
SITULA 1 aquarium B 5 exponuntur AD
SMARAGDUS 4 nulla fit gratior B; reflectio A, reflectioni B 7 a *om.* D; smaragdus da dum B 7-8 di dicitur smaragdinus *om.* B; smaradinus C 8 nomen est possessivum B 10 etiam] et A; hec smaragdo *om.* D 11 huius dinis A 11-12 neum et smaragdinus na num unde et apocalipsis B 12 multa *om.* C

SMIGMA, smigmatis, «quod quidam dicunt migma, sed corrupte, est quoddam unguentum vel confectio unguenti, saponis vel aliarum rerum boni odoris». Ita dicit Huguitio. Unde Danielis xiii (17), «Afferte mihi oleum et smigmata». Tene quod dicit notula supra posita ubi exponitur migma quia Huguitio contrarius sibi ipsi est.

SOBOLES dicitur «progenies, filius vel filia». Et dicitur soboles a suboleo, les, quod est subcrescere. Unde soboles «quasi suboles quia suboleat, id est subcrescat». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Oleo).

SOBRIUS, a, um dicitur abstinens et componitur a se et bria, quod est mensura. Unde dicitur sobrius quasi sebrius, id est secum habens briam. Unde hec sobrietas.

SOCER, soceri dicitur pater uxoris vel mariti. Unde hec socrus, huius socrus dicitur mater uxoris vel mariti. Et dicitur socer a socio, cias quia sociatur genero vel nurui et econverso. Nomina ad consanguinitatem et affinitatem pertinentia invenies supra ubi exponitur frater. Grecismus (XII, 401-4) ponit tales versus,

Est socer uxoris genitor, socrus genitrix est,
Ast uxor nati dicitur esse nurus,
Vir gener est proprie soceri, cui filia nubit,
Dicti sic quod ad augendum genus huic sociatur.

SOCIUS proprie est in periculo, collega in officio, comes in itinere, consors in premio, sodalis in mensa vel in sede quasi sedalis. Ysidorus Ethimologiarum x (245) dicit quod «socii dicuntur propter periculi aut operis societatem quasi in una caliga et in uno vestigio manentes». Et tunc dicitur socius a soccus, socci, quod est calciamentum comedorum. Vel di-

SMIGMA 5-6 Tene ... est *in marg.* D, *om.* B 5 dicit *om.* C
SOBRIUS 1 componitur] dicitur AD 2 dicitur *om.* D
SOCER 2 dicitur *om.* C 4 sanguinitatem D
SOCIUS 2 primio D 6 socrus socri C

citur a sequor, queris. Invenitur etiam socius, socia, cium. Grecismus (XIII, 203-5) ponit tales versus,

Me comitem via, me socium labor indicat esse,
Me scola consortem facit et conviva sodalem,
Missio collegam facit et collectio quemquam.

SOCIETAS dicitur pax, fedus et sociorum unitas.

SOL dicitur a solus, la, lum eo quod solus appareat, obscuratis fulgore eius sideribus. Unde sol dicitur quasi solus lucens. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum iii (51,1-2), «Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit; nam dies est sol super terras, nox est sol sub terra. Ex ipso enim sunt hore, ex ipso dies cum ascenderit; ex ipso etiam nox cum occiderit; ex ipso menses et anni numerantur; ex ipso vicissitudines temporum fiunt. Quando vero per meridiem currit vicinior terre est; quando vero iuxta septemptrionem sublimis attolitur. Cui deus diversos cursus, loca vel tempora constituit ne, dum semper in eisdem moretur locis, cotidiano vapore eius consumat omnia. Unde dum ad superiora conscenderit, ver temperat, ubi autem ad summitatem celi venerit estivos accendit calores, descendens rursus autumpno reddit temperiem. Ubi vero ad inferiorem redit circulum ex glaciali compage celi rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit» etc. Grecismus (IX, 201-5) ponit tales versus,

Dicitur hinc Titan quia nos illuminat, at sol

10 convivia A 11 *Post* quemquam *add.* B, *post* queris (*v.* 7) C, *in marg.* D: (Nota etiam quod B) comedus est (dicitur CD) ille (ille poeta CD) qui facit carmina (carmina vel cantilenas B) de rusticis et vilibus (viribus C) personis (personis poeta scilicet B) et dicitur a comos (comes CD) quod est villa et odos quod est cantus (unde comedia (comeda D) dicitur carmen de villanis et vilibus personis CD)

SOL 1 solus *alterum om.* BC 1-2 obscuritatis ABC 2 eius] suo A 2-3 lucens super omnia B 5 est] autem D; est sol] est latio solis B; terra] terram B 6 etiam *om.* C 10 cursus] cultus AD 12 ascenderit C 13 venit B; estivo D 14 accenderit A, arcendit B, ascendit C; rursurs D 15 reddit D 18 hic ABD

Quod solus celi super omnia sidera lucet,
Et quia res omnes illuminat hinc sit Apollo,
Quodque foco plenus sit Phebus dicitur inde,
Aut etiam Phebus quod sit novus esse probatur.

SOLARIUM dicitur quasi solaurium eo quod soli et auris pateat. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (3,11).

SOLERS dicitur sapiens, cautus. Et componitur a «solon, quod est totum vel multum» et ars, artis quasi totus vel multus in arte. Et secundum hoc dicit Huguitio (*s. v.* Arceo) quod debet scribi per unum l. Vel componitur a sollicitus, ta, tum et ars, artis et tunc scribitur per duo ll. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum x (243), «Sollers dicitur eo quod sit sollicitus in arte et utilis. Sollers enim apud antiquos dicebatur qui erat in omni arte instructus». Et inde dicitur hec sollertia, id est sollicitudo, vigilantia, astutia, industria, instantia. Ita dicit Papias.

SOLIDARE dicitur firmare, integrare. Unde solidus, da, dum, id est firmus, et hic solidus quoddam pondus. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,14) ubi agit de ponderibus sic ait, «Solidus nuncupatus est quia nichil ei deesse videtur, solidum enim Greci integrum dicebant et totum. Ipse quoque nummisma vocatur pro eo quod nominibus principum effigiebusque signetur. Ab initio vero unum nummisma unus argenteus erat».

SOLITARIUS, ria, rium, id est singularis, dicitur a solus, la, lum. Unde heremite dicuntur solarii quia soli in heremitariis commorantur. Item solitarius, ria, rium, id est consuetus, dicitur a soleo, soles. Item a solus dicitur hec solitudo, id est

19 sidera] lumina C
SOLARIUM 1 quasi solaurium *om.* C 2 xv] v B, x C
SOLERS 5 unde] sicut B; ait *om.* C 6-7 sollers *ambo*] soller D 9 hec *om.* C
SOLIDARE 2 id est *om.* B 4 nichil] vel A 6 nummissima D
SOLITARIUS 2 heremitoriis A, heremitagiis B 3 id est non consuetus C

solitaria mansio vel locus carens frequentia hominum, desertum in quo nullus habitat. Unde dicitur solitudinarius, a, um, id est solitarius vel in solitudine commorans vel ad solitudinem pertinens. Item a soleo dicitur hec solitudo, id est consuetudo, et inde solitudinarius, id est consuetudinarius.

SOLIUM dicitur sedes «in qua reges sedent propter tutelam corporis sui, secundum quosdam a soliditate dictum quasi solidum, secundum alios quasi sedium a sedendo». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (11,10).

SOLUM «est omne quod sustinet, a soliditate dictum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiiii (8,24) ubi agit de montibus. Idem xi (1,115) ubi agit de homine et partibus eius, «Solum inferior pars pedis, dictum eo quod terre vestigia imprimamus. Sed et solum dicitur omne quod sustinet quasi solidum. Unde et solum terra quod cuncta sustineat et solum pedis quod totam corporis molem portet». Unde in communi sermone de sanctis inter pascha et pentecosten dicitur de via vite «At ubi dominus resurrexit nota facta solo attrita est plurimorum», etc.

SOLUMMODO, id est tantummodo, adverbium est quantitatis.

SOLLEMPNIS dicitur «celeber vel festivus . . . Unde . . . hec solennitas», id est celebritas vel festivitas et hoc solenne, solennis pro eodem. Et nota quod solenne vel solennitas dicitur a soleo, les et annus, anni, «quod solet esse singulis annis; vel a solido, id est firmo, ut mutari ob religionem non debeat». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Soleo) et addit quod «predicta vocabula debeant scribi per unum l et per duo n et numquam per m vel per p», ut scribatur solennis, solen-

5-6 desertum scilicet in B 9 et *om.* A

SOLUM 3 et de partibus B 5-6 quasi solidum *om.* C 7 in *om.* D 9 de] in D

SOLLEMPNIS 1 sollemnis A; vel *om.* D 2 id est *om.* B 4 quod] quia BC 5 a religione B 7 debent B, deberent C; unicum BC

nitas. Hoc autem non observatur communiter ab omnibus propter euphoniam et ut prima sillaba ostendatur producta per positionem. Si enim per simplex l scriberetur posset putari quod ubique corriperetur, sicut in soleo et solido. Scribamus ergo secure et proferamus per duplex l.

SOLLICITO, tas dicitur «persuadere, ex suo loco removere, quasi ex toto et multum citare et commovere. Unde sollicitus, ta, tum, id est curiosus, anxius vel commotus ... et hec sollicitudo, id est animi anxietas, curiositas». Et componitur sollicito a solon, quod est totum vel multum, et cito, tas, quod est frequentativum huius verbi cieo, cies, quod est vocare, movere, festinare, congregare. Utrum autem sollicito «debeat scribi per unum l», sicut ait Huguitio, idem dico quod dixi supra de sollemni et sollemnitate.

SOPIO, pis, pii vel pivi, sopire, pitum dicitur facere dormire, sedare, extinguere, terminare, compescere, facere quiescere et est activum. Unde Ovidius Methamorphoseon vii b (149),

Pervigilem superest herbis sopire draconem.

Et inde sopitus, ta, tum. Unde Ovidius ibidem (186-7),

nullo cum murmure serpunt
Sopitis simile etc.

«SOMPNI pigrities sopor est, dormitio sompnus,
Que videt in sompnis qui dormit sompnia dicit.

(*Cf. Grec.* IX, 320-1).

SOPORO, ras dicitur sopire, facere dormire et proprie cum sopore et inde soporatus, ta, tum, id est sopitus.

9 servatur A 10 et *om.* C 13 duplex l absque p D
SOLLICITO 1 movere C 3 anxiosus C 4 id est *om.* B 7 movere] commovere B
SOPIO 1 pitum tu dicitur A 2 extinguere et terminare B 6 nullo crimine cum murmure D 7 etc. *om.* B
SOMPNI 2 que] quod D; dicas C
SOPORO 1 dicitur *om.* AD; sopire] perire A; et proprie *om.* D; proprie est cum B 2 sapore D

SORBITIO, a quo sorbitiuncula diminutivum, dicitur sorbendi actio. Item sorbitiuncula dicitur liquidus cibus qui de facili deglutitur, sicut solet fieri de farina. Et dicitur sorbitio a sorbeo, bes, quod est devorare, aliquid molle deglutire, ut ova mollia. Et nota quod secundum Priscianum (VIII, 56) sorbeo, bes vel sorbo, sorbis, sorbui vel sorpsi, et a sorbui sorbitum, a sorpsi vero sorptum debet fieri supinum. Et postea subdit (VIII, 57), «quorum neutrum adhuc in usu inveni, id est nec sorbitum nec sorptum». Aliqui dicunt sorbitiecula pro sorbitiuncula et tunc est diminutivum a sorbities, tiei, quod est idem quod sorbitio.

SORS quandoque dicitur coniectura, ut «ista vetula scit multum de sorte», quandoque possessio, ut «Ierusalem fuit in sorte Beniamin», quandoque temporis successio, ut ibi «ut cum dies abscesserit noctemque sors reduxerit» etc., quandoque capitale, ut «quicquid accipitur ultra sortem usura est», quandoque dicitur casus, ut in Ovidio Methamorphoseon (I, 452-3),

> Primus amor Phebi Daphne Peneia, quam non
> Sors ignara dedit etc.

Item sors dicitur fortuna vel eventus rerum. Unde Lucanus in primo (II, 45-6),

> O misere sortis, quod non in Punica nati
> Tempora Cannarum fuimus.

Item sors quandoque importat electionem, secundum quod dicitur «apostoli fecerunt sortem». Unde versus,

SORBITIO 1 sorbitio sorbitis etc a quo B 1-2 dicitur scilicet scorbendi B 2 item sorbitio vel sorbitiuncula BC 3 farina et lacte vel pingui aqua et B 5 secundum Priscianum *om.* AD 6 a sorbui] sorbivi A, sorbui D 7 sorbitum et a sorpsi B; vero *om.* D 9 nec *primum om.* AD; nec *alterum*] vel A; aliqui tamen dicunt B 9-10 sorbetiecula B, sorbitiecula et sorbitiuncula pro D

SORS 2 multa AC 4 accesserit B, abcesserit D; etc. *om.* A 8 pheneia 12 quod] qui A, quo C; in *om.* C 13 causarum B 14 sors *om.* B

Conicit atque tenet sors, dat seriem, capitalem,
Casum, fortunam, de multis eligit unum.

Ita distinguit magister Matheus Vindocinensis. Item alii versus,

Sors fatum, sors augurium, sors est capitale,
Sorsque ministerium, successio temporis est sors.

Huguitio dicit quod sors dicitur «eventus vel pars vel fortuna vel responsum vel oraculum ... quia in quibusdam locis dabantur per sortes responsa».

SORTIOR, tiris dicitur per sortes divinare, subministrare, dividere, adipisci. Et dicitur a sors, sortis sortito, id est per sortes.

SOSPES, sospitis communis generis est et significat multa que habentur per hunc versum,

Incolumis sospes, sanus, salvusque superstes.

Et componitur a se et spes, spei quasi secum habens spem.

SPADO eunuchus castratus et dicitur a spadix, quod est palma. Hec «spadix, dicis et hec spadica dicitur palma». Ita dicit Huguitio. Vel dicitur spado a spata, id est gladio cum quo castrabantur. Vel dicitur spado a patin, quod est passio, preposita s quia multum patitur cum castratur. In alia significatione ponit Ysidorus in xvii (5,6) Ethimologiarum ubi agit de vite dicens, «Spadones sunt surculi fruge carentes ex ipsa appellatione quod sint inhabiles fructu et sterilitate affecti».

SPATULA, spatule dicitur armus et proprie pecoris quia lata et spatiosa sit. Et est diminutivum a spata. Est autem spata,

18 item *om.* A
SORTIOR 2 adispici D 2-3 per sortes divido B
SPADO 2 huius dicis A; spadica huius ce A 4 qua BC; castrabatur B 5 s] sed A
SPATULA 1 pectoris D; lata *om.* C 2 est autem spata *om.* A

sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xviii (6,3-4), «Gladius ex utraque parte acutus et similiter appellatur framea et rumphea... Et dicitur a patin grece, quod est pati». Et preponitur ibi s. «Alii spatam latine autumant dictam eo quod spatiosa sit, id est lata et ampla». Item secundum Huguitionem (*s. v.* Spargo) spatule dicuntur «rami vel folia vel fructus palmarum antequam aperiantur ad similitudinem spate». Item Papias ait «spatule grece, delicie latine». Pro foliis vel ramis accipiuntur spatule in Levitico (23,40).

SPECULA, le dicitur altus locus aptus ad circumspiciendum sicut habent custodes murorum et vinearum. Et dicitur a specio, cis, quod est considerare sed non est in usu, sed componitur aspicio, conspicio, prospicio, etc. Et dicit Huguitio (*s. v.* Specio) quod hoc specular et hoc speculare similiter dicitur locus altus unde quis speculari potest. Unde et fenestra et vehicula de quibus speculantur specularia dicuntur. Item a specula dicitur «speculor, aris, id est videre, inspicere, investigare, explorare, de alto inspicere».

SPECULUM dicitur a specio, cis, quod est considerare, quia ibi femine speciem suam considerant. Vel dicitur a splendeo, des quia reddit splendorem. Hoc habetur ex verbis Ysidori Ethimologiarum xix (31,18) ubi agit de ornamentis.

SPELUNCA dicitur locus concavus, rupes concava vel fossa

3-4 gladius est ex A 6 annunciant C

In marg. fol. 177v *add.* D: spectabilis sublimis honoratus pulcher spectacula ludi erant ad quos videndos omnium ora patebant spectaculum ubi omnium visui publica prebetur inspectio specimen id est exemplar indicium signum documentum figura et corripit penultimam tam in nominativo quam in genitivo

SPECULA 4 aspicio, conspicio, prospicio etc.] specio specis prospicio prospicis preposita pro quod idem est quod procul et spicio quia inde procul aspicitur vel dicitur a speculo quia sicut in speculo clare videntur ei representata ita de loco illo clare videntur circumspecta B 5-6 similiter *om.* A 7 speculamur B 9 alio B

SPECULUM 4-5 ornamentis vel melius ut puto dicitur a specu quia videtur in speculo sicut in specu scilicet in profundo B

subterranea. Et dicitur a spelea grece, quod est spelunca latine. Et nota quod speleum vel spelea, spelunca, specus et antrum idem significant, sed speleum et antrum greca sunt, specus vero et spelunca latina. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Specio).

SPERA est, manente diametro, continua circa ipsum semicirculi circumdatio. Et dicitur spera quasi circulus rotundus. Et dicit Ysidorus in tertio Ethimologiarum (32), «Spera celi est species quedam in rotundum formata cuius centrum terra est, ex omnibus partibus equaliter conclusa. (34) Spera ista ab oriente et occidente semel in die et nocte vertitur ... (35) et tanta celeritate dicitur currere ut, nisi adversus precipitem eius cursum astra currerent que eam remorarentur, mundi ruinam faceret». Item Papias sic ait, spera est «mundi rotunditas, volubilitas et quicquid tale est a volubilitate». Spera a Grecis dicitur sicut pile quibus ludunt infantes. Unde hec sperula dicitur parva spera, parvus circulus vel parva rotunditas. Unde Magister in Historiis (1172) describens candelabrum ait, «Precepit dominus fieri candelabrum ex auro purissimo ductile. Tamen Iosephus fusile dicit, cuius hastile basi infixum erat, ferreum, supervestitum calamis aureis quinque geniculatis ad modum canne. Ubi autem calamorum capita inter se iungebantur capita habebant tumentia et invicem ad modum ciphi, quem cupam dicimus, iungebantur, tamquam duo ciphi erant, in modum nucis et ex fundo cuiusque ciphi procedebant flores recurvi quasi lilia et in ipso fundo inter ciphum et lilia erat sperula volubilis sicut in capitibus columpnarum fiunt sperule volubiles».

SPELUNCA 2 a *om.* D 3 vel] et A; *Add. in marg.* D: scrobs bis id est fovea

SPERA 1 ipsum] proprium D 1-2 semirculi D 3 eth iii B 9 sicut ait papias B 10 volubilis C; ad volubilitatem A, a volubilitate dictum C 11 pile de quibus B; infantes] iuvenes B 12 sperula diminutivum dicitur B 16 ferreum] secretum C 21-22 recurvi quasi lilia *om.* D

SPES, spei invenitur in plurali ii Machabeorum vii g (34), «noli frustra extolli vanis spebus». Unde quidam versificator dixit ibi,

Hic debet spebus proferri non speciebus.

Nec te moveat quod dicitur in Doctrinali (405-7),

Raro plurale dat quinta tibi nisi quinque:
Res pariterque dies, acies, facies, speciesque.
Progenies et maneries dic materiesque.

Debuit enim addere spes. Unde Virgilius in v Eneidos (671-2),

Heu miseri cives? non hostem inimicaque castra
Argivum, vestras spes uritis etc.

Item Oratius in libro Epistularum (I, 5,16-20),

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, ad prelia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, edocet artes.
Fecundi calices quem non fecere disertum,
Contractum quem non in paupertate solutum?

SPICAM «de maturis frugibus abusive dicimus, nam proprie spica est cum per culmi folliculum, id est extremum tumorem, ariste adhuc tenues in modum spiculi eminent». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,15) ubi agit de frumentis. Et dicitur spica a specio, cis, quod est considerare, quia de stipula prosilit et apparet. Et nota quod sagitte et breves lancee dicuntur spicula a spicularum similitudine. Item a spica dicitur spicatus, ta, tum, id est spicas habens vel spicis ornatus vel ex spicis compositus. Unde unguentum spicatum dicitur in Evangelio (*Mr.* 14,3) quia de spicis aromatum factum fuit. Item spina dicitur a spica propter acuitatem. Item spina, sicut dicit Ysidorus Ethi-

SPES 8 progeries D 9 debuit addere A, debuit autem addere B, debuit enim dicere C 11 unicaque D 12 vestras] irans B 18 quem] quid C

SPICAM 5 specio] spicio B 6 stipula provenit prosilit B 7 spicularum] spicarum C 9 ex] cum D; expositus D 9-10 unde et unguentum B 11-12 item . . . acuitatem *post* acutos (*v.* 14) B

mologiarum xi (1,95), «iunctura dorsi sic dicta quod habet radiolos acutos».

SPIRO, ras dicitur «vivere, spiritum ducere vel suspirare vel flare vel olere et redolere. Unde hoc spiramen vel hoc spiramentum, . . . id est aditus foramen vel aliud per quod spiratur. Unde et spiracula dicuntur omnia loca pestiferi spiritus que Greci vocant parana vel artherothea. Et spiracula dicuntur loca quibus terra spiritum edit». Ita dicit Huguitio.

SPIRITUALIS dicitur ad spiritum pertinens et per sincopam hic et hec spiritalis et hoc spiritale. Et licet videantur idem significare tamen differunt quia spirituale ad spiritum pertinet generaliter sive bonum sive malum sed spiritalia dicuntur bona, que pertinent ad salutem, ad vitam eternam.

SPIRITUS dicitur flatus vel angelus vel anima. Et dicitur a spiro, ras. Priscianus (XI, 33) tamen videtur velle quod a spiritu dirivetur spiro, ras. Spiritus autem multipliciter dicitur. Spiritus enim quandoque dicitur anima, unde Matthei xxvii f (50), «Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum». Quandoque dicitur ratio. Unde ad Galatas v (17), «Caro concupiscit adversus spiritum». Quandoque dicitur spiritualis intelligentia. Unde ii ad Corinthios iii b (6), «littera occidit, spiritus autem vivificat». Quandoque respirandi actio. Unde Ypocras «si spiritus sequens sit significat dolorem» etc. et Ecclesiastes iii f (19), «similiter spirant omnia». Interlinearis «unus spiritus est omnibus». Quandoque dicitur ventus. Unde Genesis viii a (1), «adduxit spiritum super terram» etc. Quandoque dicitur ira vel indi-

13 est iunctura C; sic *om.* A; quod] quia D; habeat BC

SPIRO 2 et] vel A; suspiramen D 3 additus D 4 spicula D 5 archeotheca A, archerothea D 6 dicimus C; loca *om.* B

SPIRITUALIS 2 et *tertium om.* AD 4 sed] sive A; sed spiritalia *om.* D 5 salutem et ad A; ad *alterum om.* C

SPIRITUS 4 enim] autem B, *om.* C; quando A 6-7 unde . . . spiritum *in marg.* B 7 conspicit C; spiritum etc C 9 b] e B; 9-10 quandoque dicitur respirandi C 13 unde] ut C 14 etc et quandoque B; ira vel *om.* B

gnatio. Unde Genesis vi a (3), «Non permanebit spiritus meus in homine» etc. Quandoque enim dicitur superbia. Unde Ecclesiastes x b (4), «Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris». Quandoque dicitur spiritus sanctus. Unde Matthei iiii a (1), «ductus est Iesus in desertum a spiritu». Et nota quod Michee ii f (11), super illum textum scilicet, «Utinam non essem vir habens spiritum» dicit glosa, «Ubicumque in novo et veteri testamento spiritus sine additamento ponitur in bonam partem accipitur». Quandoque spiritus dicitur homo. Unde in Psalmo (77,39) dicitur de homine, «Spiritus vadens et non rediens». Quandoque idem est quod vita. Unde Iob xvii (1), «Spiritus meus attenuabitur» etc.

SPONDEO, des, spopondi, spondere, sponsum, su idem est quod fideiubere et tunc est neutrum. Unde Isaie xxviii (38,14) ubi nove biblie habent «Domine, vim patior, responde pro me» et Hebrei et Haimo (*PL* 116,905) habent «sponde pro me». Item spondere idem est quod promittere sive velle et tunc est activum. Unde hec sponsio, id est fideiussio vel promissio. Item a spondeo hic sponsus. «Nam ante usum tabellarum matrimonii cautiones sibi invicem mittebant, in quibus invicem spondebant se invicem consentire in iura matrimonii et fideiussores dabant. Unde admissum est ut sponsum dicamus virum a spondendo et sponsam similiter. Ceterum spondere proprie velle est. Ergo sponsus non quia promittitur, sed quia spondet et sponsores dat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (7,3-4) ubi agit de coniugiis.

17 habentis etc C 18 ascenderit . . . dimiseris *om.* C; ne] non B 19 sanctus] scilicet B 20-21 f dicitur super B 22 et] ac B 23-24 partem vel accipitur B 26 est *om.* C 27 *Post* etc *add.* AC *in textu, in marg.* D: (versus C) spiritus est anima vel sensus spiritualis / actio spirantis simul indignatio bilis (vilis C) / estque tumor mentis homo vitaque spiritus almus / angelus et flatus spiransque (currensque C) per aera ventus

SPONDEO 1 spospondi D 4 et *primum om.* BC; habet A 10 matrimonium B 13 sponsores] sponsalia B

SPONSUS «'sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat hoc' Exodi iiii g (25-6) ubi dicit Augustinus: locus iste brevitate obscurus est. Ubi ergo ait 'tetigitque pedes eius' (*Ex.* 4,25) intelligendum sanguis tetigit pedes eius vel angeli. Unde irata ait viro 'Esne mihi vir sanguinum?' id est an ex coniugio tuo tantum scelus teneor facere ut fundam sanguinem filii mei? Et recessit ipsa ab eo vel angelis. Hebreus ita habet 'et tetigit pedes eius', id est Sephora Moysi. Indignans enim preputium iecit ad pedes Moysi et ait, 'Gener sanguinum tu mihi es', id est tu gener patris mei ideo factus es, ut esses michi, id est carni mee, in filio ad sanguinem, id est ad mortem. Vel sanguis meus effusus est ad placandum angelum qui tibi mortem minabatur. 'Et dimisit angelus Moysen', quod in Hebreo patet. Tamen Hebreus habet 'relaxavit eum angelus, quem prius scilicet usque ad mortem artabat'». Vide Historias (1147).

SPONTE, id est ultro vel voluntarie, adverbium est qualitatis et dicitur a spondeo, des, quod idem significat quod volo, vis. Et ponitur quandoque loco nominis. Unde Priscianus (XI,7) agens de participio sic ait, «Invenimus loco adverbii nomen, ut una, multum, falso, qua; et pronomen similiter: eo, illo; et loco coniunctionis tam nomen quam pronomen: quare, ideo; et adverbium loco nominis, ut mane novum, sponte sua et euge tuum et velle tuum et cras alterum».

SPORTA est quoddam genus vasis viminei, quod alio nomine corbis dicitur, et dicitur a sporto frutice unde in quibusdam locis texitur. Vel dicitur sporta ab asportando quia in ea

SPONSUS 3 ergo *om.* B; tetigit B; pedes] pes D 4 intelligendum ... pedes *om.* B; intelligendum est sanguis C 10 tu es gener B 11 ideoque factus B

SPONTE 2 des secundum quod idem quod significat quod volo B; significat] est C 4-5 nomen] unum B 5 qua] quia AC 7 mane novum] in alieno in B

SPORTA 1 viminei vel iuncei BC 2 dicitur *primum om.* D; scorto A 3 sporta ab asportando] asportando sporta A, sporta a sportando D; quia] quod C; ea] eo D

necessaria deportantur. Unde sportula et sportella, ambo diminutiva. Quod autem dicitur i Regum ix (7) «et sportulam non habemus» exponendum est, id est argentum in sportula.

SPUMA a spuo, spuis dicitur quia spuitur, id est extra proicitur, «sordes enim sunt undarum. Unde et mustum et ea que coquuntur spuma purgantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,6) ubi agit de abisso.

SPURCITIA dicitur immunditia vel feditas. Et dicitur a spurcus, ca, cum, quod est turpis, fetidus et immundus. Et dicitur spurcus quasi sputum creans, id est provocans, vel quasi spuere cogens vel quasi sine puritate.

SPURIUS est «qui de matre nobili et patre ignobili nascitur. Cui contrarius est nothus. Item spurius dicitur patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum spurii filius, quia muliebrem naturam veteres spurium vocabant, . . . hoc est a seminis, non patris nomine. Eosdem et Favonios appellabant quia quedam animalia Favonio spiritu hausto concipere estimantur. Unde et hii qui non sunt de legitimo matrimonio matrem potius quam patrem sequuntur. Latine autem spurii quasi extra puritatem, id est immundi dicuntur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (5,24-5) ubi agit de affinitatis gradibus. Item dicitur spurius, a, um, id est ignobilis et degenerans. Unde Sapientie iiii b (3) «spuria vitulamina non dabunt radices altas», id est degenerantia et non naturalia. Et hec est littera Rabani (*Com. in libro Sap.*, *PL* 109, 684) et antiquorum, licet Augustinus in ii libro De doctrina christiana (*PL* 34,44) dicat quod melius diceretur adulterine

SPUMA 2 sunt] est BCD; undarum] mustorum B 3 coguntur AD
Inter spuma *et* spurcitia *add.* C: spungia vel spongia sicut dicitur in glosa marcus xv est cava infirma arida ignibus apta et dicitur a spuma eo quod de spuma fit
SPURCITIA 2 et *primum om.* BC 4 sine *om.* C
SPURIUS 2 dicitur *om.* C 4 hoc autem est a BC 6 favonie B 9 immundi] mundi B; dicunt C 14 hec] hoc D

plantationes. Sed nos possumus exponere melius, id est intelligibilius propter simplices. Vide infra ubi exponitur vitulamen.

SQUAMA est serpentum et piscium et lorice. Unde Ysidorus Ethimologiarum xviii (13,2) ubi agit de loricis sic ait, «Squamata est lorica ferrea ex laminis ferreis aut ereis concatenata in modum squame piscis, et ex ipso splendore squamarum et similitudine nuncupata». Et dicitur squama a squaleo, les, quod est sordere vel «esse vel fieri squalidum vel asperum vel splendere». Squama enim aspera est et splendida. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Scabo).

STACTE dicitur «gutta mirre arboris, et ipsa mirra sic vocatur». Ita dicit glosa Genesis xxxvii f (25). Et declinatur hec stacte, huius tes. Invenitur etiam stacten indeclinabile. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii (IV, 12,5) ubi agit de odoribus et unguentis sic ait, «Stacten est incensum quod ex pressura manat». Huguitio expedit se breviter dicens stacten est «genus pretiose resine». In Historiis (1126) super Genesis xxxvii (25) dicitur quod stacten idem est quod mirra et est grecum nomen.

STADIUM «octava pars miliarii est, constans ex passibus centum xxv. Hoc primum Herculem statuisse dicunt illudque eo spatio determinasse quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac proinde stadium appellasse quod in fine respirasset simulque stetisset». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (16,3) ubi agit de itineribus. Et dicitur stadium a sto, stas quia Hercules stetit, ut dictum est. Versus,

In marg. fol. 179^{v} *add.* D: squaleo squales id est sordere hic et hec et hoc squalens id est sordens squalidus da dum id est sordidus vel asper

SQUAMA 1 serpentium AD; unde] ubi A 2-3 squama C 6 vel *primum*] et C; squalidum] squandum D 7 asperum] asper D

STACTE 2 super genesis A 3 etiam] et B, *om.* D 6 pressum A

STADIUM 3 eo *om.* AD 7 hercule D

Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum
Viginti quinque stadium, si milia re das
Octo facis stadia, duplicatum dat tibi leucam.

Mille constat ex octies centum xxv, et ita mille passus faciunt viii stadia, id est unum miliarium, quod constat ex mille passibus, quod spatium duplicatum dat tibi leucam. Ysidorus tamen Ethimologiarum (xv, 16,3) dicit quod «Leuva finitur passibus mille quingentis». Secundum ipsum dicitur leuva non leuca.

STAGNUM dicitur lacus «ubi immensa aqua convenit. Et dicitur stagnum ab eo quod ibi aqua stet nec discurrat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (19,9).

STAMEN, staminis dicitur filum, tele scilicet orditura, quia stantes solebant texere et tela erecta solebat disponi, sursum pendens a trabe. Trama autem dicitur filum ex transverso discurrens et dicitur trama eo quod recta via transmittitur per stamen.

STANNUM genus est metalli et secundum Huguitionem (*s. v.* Stasis) dicitur a «stanatos grece, quod est separans et secernens». Ysidorus vero Ethimologiarum xvi (23,1) dicit sic, «Stanni ethimologia apochorizon, id est separans et secernens. Mixta enim et adulterata inter se per ignem metalla dissociat et ab auro et argento es plumbumque discernit. Alia quoque metalla ab igne defendit, et cum sit natura eris ferrique durissima, si absque stanno fuerit, uritur et cre-

9 si] sic A; re das] reddas CD, reddes B 10 *Post* leucam *add.* B: si milia des re id est si coniungas hanc sillabam re cum hoc quod est milia et facias unum vocabulum dicendo miliare et hoc miliare huius miliaris octo facis etc. nota quod 11-16 mille . . . leuca *in marg.* D 11 constant C 13 leucam unam B 14 tamen *om.* D 14-15 leuva] leuca B 15 et secundum BC; ipsum] hoc C 16 leuva] leva D

STAGNUM 2 nec] ne B

STAMEN 1 ordinatura vel orditura B 2 deponi C 4 recta] transversa B; mittitur B

STANNUM 6 et ab argento B 7 eris] eius B

matur. Stannum illitum ereis vasis saporem facit gratiorem et compescit virus eruginis. Specula etiam ex eo temperantur. Cerussa quoque ex eo, sicut ex plumbo, conficitur». Hucusque sunt verba Ysidori. Cerussa exponitur infra ubi exponitur stibium. Item a stanno dicitur stanneus, nea, neum, id est de stanno existens, et stanno, nas, id est stanno ornare etc. Versus,

Stans aqua dat stagnum, speciesque metallica stannum,
G retinet primum, vult n geminare secundum.

STATER, stateris «quoddam pondus est, scilicet medietas uncie, appendens aureos tres. Unde et dicitur stater quia tribus solidis stet. Unde videtur componi a sto et ter». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Stasis) et sumit ab Ysidoro. Et corripit stater penultimam in obliquis. Unde versus,

Sepe minus statere lanx continet ampla statere.

«Hec et semiuncia dicitur quia semis habet de uncia. Hec et semissis quia ponderis semissis est quasi semis assis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,16) ubi agit de ponderibus.

STATERA est pondus habens dragmas iiii, que sunt scrupuli duodecim et pensat solidos tres. Item «statera dicitur trutina, scilicet pertica ex transverso in libra posita, sic dicta quia ex duabus lancibus et uno in medio stilo pendeat et stet». Unde a sto, stas dicitur. «Et statera sepe dicitur totum illud instrumentum». Ita dicit Huguitio. Versus (*Grec.* XII, 129),

Libra statera, stater est id quod pendet in illa.

Trutina a trudendo dicitur lingua libre quia semper truditur

11 confiscitur D 12-13 cerussa ... stibium *in marg.* D 13 stanno] stannum C 15 ornare] ordinare BC 16-17 *Cf. Grec.* XI, 170-1

STATER 2 uncie et appendens AD 3 exponi B 7 hec *primum*] hic ACD; hec *alterum*] hic ACD 8 semissis] semis D

STATERA 1 est *om.* C 4 una AD 5 dicitur statera et statera B 6-7 ita ... illa *post* eadem (*v.* 12) *transposuit* B 6 versus *om.* A 7 est id] enim A 8 nota trutina B 8-12 trutina ... eadem *in marg.* D 8 dicitur] est B

foras vel pertica transversalis quia truditur sursum et deorsum et pro ipsa statera ponitur. Unde Oratius in libro Sermonum (1, 3,72),

Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.

STATIO, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xiiii (8,39), «est locus ubi naves ad tempus stant». Item statio dicitur vita ista quia hic ad tempus stamus. Et statio dicitur ubi stat exercitus congregatus. Versus de Grecismo (x, 258-9),

Est statio vita, statio portus stadiumque,
Quicquid significet sto caput eius erit.

STATUA, statue dicitur imago vel simulacrum. Et dicitur a sto, stas vel a statu quia statum alicuius representat. Unde statuarius, ria, rium dicitur ad statuam pertinens. Et hic statuarius dicitur qui facit statuas, fusor imaginum. Quod autem quidam exponunt Zacharie xi (13) quod stater dicitur pondus, unde statuarius dicitur ponderator, approbet qui voluerit. Nam a statere vel a statera non formatur statuarius sed staterarius. Item «hoc statuarium dicitur candela cum qua cingitur statua vel circumdatur ecclesia vel altare», sicut dicit Huguitio (*s. v.* Stasis).

STATURA a sto, stas dicitur «status hominis, scilicet magnitudo eius». Item dicit Huguitio (*s. v.* Stasis) quod «statura

9 quia] que C 10 in *om.* BC
STATIO 1 ait] dicit C 3 et similiter statio B
STATUA 2 statu] statuo C 3 statuam C 4 fusor imaginum] fusor scilicet ymaginum vel etiam statuarius et statua dicuntur a statuendo ille quia statuit eam illa quia statuitur a statuario in loco suo 4-5 quod autem stater C 6 unde] et inde B; dicitur *om.* BC 7 a *alterum om.* BC; non] numquam B 8 sed] quia AD 9 circumdabatur D 10 *post* Huguitio *add.* C: ieronimus in originali super zacarie xi dicit quod pro statuario dicitur in hebreo ioses id est plasten quem nos fictorem et figulum possumus dicitur et est sensus proice pretium meum ad figulum qui creator et fictor est omnium (*Com. in Zc, PL* 25, 1578)
STATURA 2-3 quod statura dicitur *om.* A

dicitur post iactum lapidis in aquam, unde circuli fiunt in aqua, reditus ipsius aque».

STATUO, is, tui, tuere, statutum dicitur ordinare, censere, fabricare, edificare, construere, ponere.

STELLE, dicte eo quod fixe stant semper in celo nec cadunt. Nam quod videmus stellas celo quasi labi, non sunt stelle sed igniculi ab ethere lapsi qui fiunt dum ventus altiora petens ethereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur stellas cadentes. Nam stelle cadere non possunt. «Immobiles enim sunt et cum celo fixe feruntur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iii f (62). Quomodo autem differunt astra et sidera et stelle et signa invenies supra ubi exponitur astrum. Item dicit Ysidorus (III, 61), «Stelle non habere proprium lumen sed illuminari a sole dicuntur, sicut et luna».

STELLIO, onis reptile est simile lacerte. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (4,38) ubi agit de serpentibus sic ait, «Stellio de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. De quo dicit Ovidius Methamorphoseon v f (460-1),

> Fugit anum latebrasque petit aptumque colori
> Nomen habet, variis stellatus corpore guttis.

Hic scorpionibus ita contrarius traditur ut viso eo pavorem hiis afferat et torporem». Ita dicit Ysidorus. Et a stellione dicitur stellionatus, ta, tum, id est varius, fraudulentus, versipellis, malefactor, et hic stellionatus, tus, tui, id est malefactum, fraudulentia, versutia.

3 lapis A; aquam] aqua B
STATUO 1 tuere *om.* C; statutum *om.* B; statutum tu A
STELLE 3 ab ethere *om.* C 4 tractus C 6 cum] in C 7 differant AD 9 stellas B 10 lumen a se sed B
STELLIO 6 labetras C 7 corpora A 9 hiis *om.* D 10-11 versipellis *om.* C

STEMA, atis dicitur «nobilitas vel ordo imaginum nobilium vel honor vel dignitas vel corona vel ornamentum». Ita dicit Huguitio. «Stemata etiam dicuntur ramusculi quos faciunt in genere cum gradus cognationum partiuntur, sicut ille pater, ille avus, ille atavus, etc.».

STERNO, nis dicitur pacificare, preparare, insellare, obruere. Unde versus (*ex Huguitione*),

Sternitur equivoce mare, lectus, asellus et hostis.

STERNUTATIO est cum «inflatio a pectore exsurgit, que cum apertos ad emanandum poros non invenit, cerebrum tangit et congesta per nares exiens totum caput protinus concutit». Ita dicit Gregorius (*Moralia*, *PL* 76,709) in glosa super xli Iob (9). Et dicitur a sternuto, tas. Et dicit Huguitio quod a sterno, nis dicitur «hic sternutus, ti» idem quod sternutatio et a sternutus «sternuto, tas, id est sternutum facere».

STERQUILINIUM dicitur «stercus vel locus stercore plenus et videtur componi a stercus et liqueo, liques». Ita dicit Huguitio (*s.v.* Sterno). Melius michi videtur sterquilinium componi a stercus et colo, colis, quod est habitare. Unde sterquilinium dicitur quasi stercolinium, id est habitaculum stercoris, scilicet fimarium.

STERTERE est naribus dormiendo resonare. Et declinatur sterto, tis, stertui, tere et caret supino. Unde dicit Priscianus (x, 48), «A stertui supinum non inveni nec a sisto».

STEMA 3 quas C 4 cum] cuius C; cognationem C; percutiuntur C, permittitur D 5 etc *om.* D
STERNO 2 unde *om.* A
STERNUTATIO 1 que] qui C, quem B; cum] tamen A 2 aptos D
STERQUILINIUM 3-4 melius . . . componi] aliqui dicunt quod componitur B 6 scilicet] vel B, id est C; *Post* fimarium *add.* B: melius tamen videtur quod componatur a stercus coris et linio linis quasi linitus stercore
STERTERE 1 est] e D

STIBIUM dicitur «unguentum vel color, nomine cerussa, quo meretrices et solute mulieres solent uti». Ita dicit Huguitio. Dicitur autem cerussa album minium quod fit sic: aceto in olla posito, tenues lamine plumbi infra ipsam ollam suspenduntur et a sole bene cooperitur; tunc ex vi aceti quedam lanugo alba innascitur, que cerussa vocatur. Licet autem stulte mulieres cerussa abutantur valde medicinalis est. Unde Macer De viribus herbarum (296-8) loquens de ruta ait,

Cerusse miscens oleo nec non et aceto
Illius succum mirandum conficis unguen
Ad repellendum sacrum quem dicimus ignem.

Secundum Ysidorum Ethimologiarum xix (17,23) ubi agit de coloribus «Cerussa fit hoc modo: Vase enim aceto acerrimo impleto sarmenta aminea in eodem vasculo collocabis, ac super sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones, deinde vas diligentissime claudes, illiniesque ne aliquid spiraminis inde exeat; post dies autem xxx vas aperitur et distillatione tabularum innata cerussa invenitur. Que ablata et arefacta teritur atque iterum aceto ammixto in pastillis dividitur et in sole siccatur». Item a stibio dicitur stibinus, na, num ad stibium pertinens vel stibii coloris existens, quod habet colorem stibii.

STIGMA, matis dicitur «punctum, signum, caracter, cicatrix, coctura, inustio que fit calido ferro». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Stiga). Versus,

Dico genus stema, sed materiam voco tema,
Stigmaque cocturam signat, dat scema figuram,
Et simul ornatum dicas per scema notatum.

STIMULUS dicitur aculeus, compunctio, molestatio». Et inde

STIBIUM 2 et] vel C 3 albuminium C; sic *om.* B 4 ipsam *om.* C 7 cerussa *om.* B 9 ait *om.* B 10 cerussam C 11 unguentum B 12 depellendum C 16 pone D 17 illinesque D; suspiraminis D 18 et ex distillatione B 20 immixto B, admixto C
STIGMA 4 stema] forma A; tema] scema A

dicitur «hec Stimula, le quedam dea paganorum. Et dicitur stimulus quasi stigulus a stiga, quod est stimulus, aculeus, compunctio, incitatio. Unde «stigo, gas dicitur stimulare et instigo, gas valde stimulare. Quod autem dicitur instigare quasi instinctu agere ethimologia est». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Stiga).

STILLA dicitur gutta. Differunt tamen stilla et gutta. Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,5) ubi agit de abisso sic ait, «Gutta est que stat, stilla que cadit. Hinc stillicidium quasi stilla cadens. Stiria enim grecum dicitur gutta latine. Inde fit diminutivum ut dicatur stilla, dum autem stat aut pendet de tectis vel de arboribus quasi glutinosa gutta est, dum ceciderit stilla est». Et inde stillo, stillas dicitur guttare vel stillatim imminere vel fundere.

STIPO, pas dicitur «condensare, convallare, circumdare, congregare, replere, protegere, componere, fulcire». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Stringo).

STIPENDIUM dicitur lucrum, pretium, fructus laboris et proprie stipendium dicitur quod datur militibus solidariis pro pretio. Et componitur a stips, stipis, quod est pondus quoddam vel obolus et pendo, dis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi (18,8) ubi agit de auro sic ait, «Stipendium a stipe pendenda nominatum. Antiqui enim appendere pecuniam soliti erant magis quam annumerare». Significationes huius verbi pendo invenies supra ubi exponitur appendo.

STIPULA, le secundum Huguitionem (*s. v.* Stringo) dicitur a stipo, pas quia stipula facit culmum et stipat. Vel est di-

STIMULUS 2 hec *om.* D; huius le A; dea paganorum] *sic Hug.*, herba stimulorum ACD, herba armularum B 3 stigalus C 5 instigo] stigo C

STILLA 3 que stat *om.* D 4 latine *om.* CD 5 aut *om.* B 8 immittere BC; infundere C

STIPO 1 convallere D; circumdare *om.* D

STIPENDIUM 3 stirps C

STIPULA 2 facit] fulcit B; culmum] cumulum C

minutivum a stipa. Est autem «stipa quedam arbor, ut dicunt», ita dicta a stipando «quia ex ea stipantur tecta». Ysidorus autem Ethimologiarum xvii (3,18) ubi agit de frumentis sic ait, «Stipule sunt folia seu vagine quibus culmus ambitur atque fulcitur ne pondere frugis curvetur . . . et dicitur stipula quasi usta vel quasi ustipula ab usto, collecta enim messe uritur propter culturam agri».

STIPULATIO «dicitur interrogatio petitiva, adiuncta responsione promissiva, ut 'dabis mihi, hoc dabo'». Et dicitur a «stipulor, aris, quod est interrogare vel querere. Et proprie quidem stipulari est interrogare et querere petitive cum responsione facta promissive, ut si interrogans dicat 'Dabis mihi equum?' et interrogatus responderit 'Dabo'. Hoc est stipulari». Et dicitur a «stipulus, la, lum, quod est firmum». Ita dicit Huguitio (*s.v.* Stringo). Sed secundum Ysidorum v (24,30) ubi agit de instrumentis legalibus, «Stipulatio dicitur a stipula. Veteres enim, quando aliquid sibi promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant».

STIRPS, pis a sto, stas dicitur, scilicet radix, truncus. Item stirps dicitur progenies, prosapia, origo. Et est feminini generis. Unde stirpitus, id est radicitus, adverbium. Et stirpo, pas dicitur stirpes auferre. Et componitur exstirpo, pas, id est evellere, eradicare.

STOLA dicitur «matronale operimentum quod cooperto capite a dextro latere in levum mittitur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xix (25,3). Et dicitur a stolon vel stolos, quod

4 ita] scopa AD, stipa C; stipanda A; stipentur ACD 7 atque] ac C 9 uritur stipulatio propter B

STIPULATIO 2 et *om.* D 3 vel *om.* B 4 et] vel C 5 promissione C 7 firmus ma num C 10 sibi *om.* AD 11 tenentes eam rumpebant vel frangebant B 12 agnoscentes firmabant B

STIRPS 2 dicitur radix progenies C

STOLA 1 operiventum B; quod] que C 2 a *om.* D; dextero B 3 ethimologiarum *om.* C

est missio, quia superemittitur. Et est «signum maritalis dignitatis . . . Caput enim mulieris vir est, unde et super caput mulieris est». Ita dicit Ysidorus (25,4). Et ponitur quandoque pro ephot vel logion. Vide supra ubi exponitur ephot.

STORAX «species est resine». Ita dicit Interlinearis Genesis xliii (11). Ysidorus autem Ethimologiarum xvii (8,5) ubi agit de arboribus aromaticis sic ait, «Storax est arbor Arabie, similis malo Cidonii, cuius virgule inter Canicule ortum cavernatim lacrimam fluunt. Distillatio eius in terram cadens munda non est, sed cum proprii corticis scrobe servatur. Illa autem que virgis et calamis inheserit munda est et albida; dehinc fulva fit foliis clausa. Et ipsa est storax pinguis, resinosa, odoris iucundi, humecta et veluti mellitum liquorem emittens. Storax autem dicta quod sit gutta arboris, profluens et congelata. Nam Greci stiriam guttam vocant, grece autem stirax, latine storace dicitur». Quasi diceret Ysidorus «storax dicitur a stiria, quod est gutta, quia gutta est arboris stiracis».

STRAGULUM «vestis est discolor quod manu artificis diversa varietate distinguitur. Dictum autem sic quod in stratu et in amictu aptum sit. De qua Salomon (*Pro.* 31,22), 'Stragulatam vestem sibi fecit'». Ita dicit Ysidorus in xix Ethimologiarum (26,1). Et in Papia scribuntur eadem verba. Item Huguitio (*s. v.* Sterno) dicit quod a sterno, nis dicitur «hoc stragulum vel hec stragula, vestis discolor que torta dicitur . . . Et dicitur sic quia in stratu et amictu apta sit . . . Et inde dicitur stragulatus, ta, tum», id est stragulo vel stra-

6 mulieris vir est D 7 legion C

STORAX 1 est *om.* C 3 sic] sicut B; ait *om.* AB 3-4 arabie et similis AD 4 sidonio C 5 cadeus B 6 proprie B 6-7 servatur in illa D 9 iocundi D 11 Greci] grece B

STRAGULUM 2 stractu D 3 Salomon] proverbiorum C; *ad* Salomon *in marg.* A: sapientie ultimo 4 stragulam BD; sibi fecit] fecit sibi rex salomon B; in *om.* B 7 vestis scilicet discolor B

gula ornatus, «et stragulo, las, id est variare». Unde stragulata vestis, id est variata vel varietate texture distincta. In Historiis (1394) autem super iiii Regum viii (15) dicitur sic, «Stragulum proprie est stratorium quod lecto vel sedili supersternitur. Et dicitur quod Azael pannum perfusum aqua imposuit super Benadab ad refrigerandum. Hebreus habet 'expandit super faciem stragulum' ut non Azael sed Benadab hoc fecisse intelligatur. Et 'tum mortuus est rex et regnavit Azael pro eo'. Quidam tamen hoc exponunt de obsequio mortui, dicentes quod Azael mortuum lavit aqua et expandit stragulum super faciem mortui. Iosephus plane dicit quod Azael altera die infuso laqueo strangulavit illum. Ad hunc sensum quidam litteram illam, scilicet 'tulit stragulum' etc. referunt, dicentes quod Azael vestem madefactam posuit super faciem eius simulans refrigerationem, sed statim effudit aquam super os eius donec suffocaret eum».

STRAMEN a sternendo dicitur quia ante animalia sternitur et in lecto, quod et hoc stramentum dicitur. Item stramentum quandoque dicitur insellatura, illud scilicet quo equus sternitur, id est insellatur, et similiter illud quo lectus sternitur, id est preparatur. Dicitur stramentum sive sint vestes sive aliud.

«STRATORES languncularum», id est compositores Ieremie xlviii b (12).

STRATORIUM dicitur lectisternium, quod in lecto solet sterni. Item stratorium dicitur insellatura. Unde Iosephus primo Annalium (*A. J.* 1, 322), Rachel posuit idola in stratorio cameli, id est sub sella. In ponitur ibi pro sub.

10-11 stragulata] stragula D 12 Historiis] hester C 13 est *om.* C 14 profusum AC 15 benabab C 16 faciem eius B; benedab AD 17 tum] inde C 20 dixit D 21 stragulavit BC 22 illam *om.* D; strangulum C

STRAMEN 3 equus vel asina C 4 id est in quo insellatur B

STRATORIUM 2 insellatum D; Iosephus] *hoc habuit ex Huguitione s. v. Sterno* 3 ydolam D, rola C 4 in] inde B

STRATUM, ti et hic stratus, tus, tui in eadem significatione accipiuntur, scilicet pro lecto.

STRIDEO, des «di facit in preterito, quod etiam strido, dis tertie coniugationis invenitur». Verba sunt Prisciani (IX, 4-5). Est autem stridere idem quod fortiter sonare, dentes concutere, frendere et utrumque caret supino.

STRUES, is dicitur compositio, congeries, collectio, acervus lignorum. Et dicitur a struo, is, struxi, struere, structum, quod est «componere, edificare, ordinare, preparare». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Struo). Versus de Grecismo (X, 73-4),

Congeries tibi sit lapidum glomeratio, fili;
Lignorum proprie dicitur esse strues.

Tamen huius proprietates non semper servantur.

STRUCTIO «greco nomine quoddam animal in similitudine avis pinnas habere videtur. Tamen de terra altius non elevatur. Ova fovere negligit, sed proiecta tantummodo fotu pulveris animantur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xii (7,20) ubi agit de avibus. Et declinatur hec structio, structionis, sicut videtur per textum Iob xxxix b (13). Sed secundum Priscianum (v, 9) masculini generis est, qui ait, «In o, i antecedente, quando non sunt verbalia sive participialia, masculina sunt, ut hic stellio, gurgulio». Nichil excipit. Dicamus ergo quod hoc relativum refertur ad avem Iob xxxix b (17).

STUDERE dicitur operam dare, vacare discipline, invigilare, et proprie studere est cum magna voluntate vehementer applicare ad aliquid perficiendum. Unde hoc studium dicitur

STRATUM 2 scilicet *om.* A
STRIDEO 1 etiam] et AD 3 stridere *om.* C 4 et] sed C
STRUCTIO 2 habere videtur] habet B; de] a B 3 ova sua B 8 in o supplementa nomina i antecedente B; sive] vel BC 9 nichil que excipit B 10 que refertur ACD 10-11 Iob xxxix b *om.* B
STUDERE 3 perficiendum] perficie aliquid A

vehemens applicatio animi cum magna voluntate ad aliquid perficiendum.

STUPPA «canabi est vel lini. Hec secundum antiquam ortographiam stipa dicta est quia ex ea rime navium stipentur. Unde et stipatores dicuntur qui in vallibus eam componunt». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xix (27,2) ubi agit de lanis. Dicitur stuppa a stipo, pas quod expositum est supra.

STUPRUM dicitur illicitus coitus cum virgine. Inde stupro, pras, quod componitur constupro, pras. Vide supra ubi exponitur adulter.

SUBCINERICIUS dicitur panis sub «cinere coctus et reversatus. Ipse est et focacius», supple a foco. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (2,15). Et declinatur subcinericius, cia, cium et similiter focacius, a, um.

SUBIGO, igis, sicut ait Huguitio (*s. v.* Ago), «quatuor habet significationes, scilicet cogere, impellere, acuere, supponere vel subiugare quasi subtus agere». Et inde subactus, ta, tum.

SUBIUGALIS dicitur sub iugo positus vel ad ponendum sub iugo aptus quasi domitus. Et declinatur hic et hec subiugalis et hoc le. Et componitur a sub et hic et hec iugalis et hoc iugale, quod est iugo afflictus, sub iugo positus quasi domitus. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Iungo).

SUBIUGARE dicitur subicere, debellare, sub iugo ponere et componitur a sub et iugo, gas, quod est iungere, copulare, sub iugo ponere.

4 cum magna voluntate *om.* B

STUPPA 1 hec] sed AD; hec est C 2 stipenter C 3 eam *om.* A 5 dicitur autem stuppa C

STUPRUM 1 coitus scilicet cum B; virgine et inde D 2 quod . . . pras *om.* C

SUBCINERICIUS 2 supple *om.* C

SUBIUGALIS 1 poisitus D 2 actus C 4 iugo *primum*] vulgo C

SUBNAVIGARE dicitur consequenter navigare, latenter navigare.

SUBNERVARE dicitur nervos poplitum succidere. Tunc equi subnervantur quando nervi poplitum preciduntur.

SUBREGULUS dicitur quasi parvus regulus. Regulus autem diminutivum est a rege vel secundum etatem vel secundum regnum. Vide supra ubi exponitur regulus.

SUBSANNARE est rugato et contracto seu distorto naso irridere. Sanna enim est fruncatio naris et os distortum cum vultu. Unde Persius (5,91),

Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna etc.

Et inde dicitur sanno, nas, id est deridere, sed non est in usu sed componitur subsanno, nas.

SUBTEGMEN, minis dicitur filum quod in navicula textoris ex transverso per telam discurrit. Et dicitur a subtegendo vel a subtexendo quia sub stamine in tela texitur et tegitur.

SUBUCULA exponitur supra ubi exponitur linea stricta.

SUBULA a suo, suis dicitur instrumentum ferreum acutum cum quo suuntur calciamenta. Unde versus (*Grec.* x, 199),

Dic instrumentum subulam sutoris acutum.

SUBURBANA «sunt circumiecta civitatis edificia quasi sub urbe». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,16) ubi agit de edificiis publicis.

SUBNAVIGARE 1 dicitur sub aliquo navigare et sub civitate vel rupe vel nemore vel consequenter B
SUBREGULUS 2 vel *primum*] et C; etatem vel corporis staturam scilicet vel quantitatem vel B
SUBSANNARE 4 ira] ista B 5 et inde] unde B
SUBTEGMEN 1 quod *om.* A 3 stami B; et] vel BC
SUBUCULA supra *om.* AD
SUBULA 1 subula dicitur a suo et est instrumentum B
SUBURBANA 1 circumnecta AD

SUCCEDO, dis, successi, dere dicitur subtus vel post cedere. Unde successores dicuntur qui locum precedentium occupant. Item succedere dicitur prospere evenire. Unde hic successus dicitur prosper eventus. Et componitur a sub et cedo, dis, cessi, quod multa significat. Cedere enim dicitur locum dare, ut «cedo tibi». Item cedere, id est incedere, ut «cedo ad ecclesiam». Item cedere, id est recedere, ut «cedo domum». Item cedere, id est contingere vel evenire, ut «bene cedit tibi». Et secundum hoc ponitur impersonaliter. Unde cedo, cedis, cecidi aliud verbum est et significat verberare vel incidere. Versus,

Cedo facit cessi, cecidi cado, cedo cecidi;
Cedo facit cessum, cado casum, cedoque cesum.

SUDARIUM exponit Grecismus (XII, 267-71) sic,

Corpora quis tegimus pannos sudaria dicas,
Et sunt re vera sic a verbo suo dicta,
Talibus insuimus pannis quia corpus humandum.
Ast ad quadrupedem sudaria pertinet, eius
Sudo caput, quoniam sudore sit uda caballi.

Sudarium etiam a sudando dicitur, facitergium quo sudorem extergimus a facie. Versus,

Texta quibus tergo faciem sudaria dico,
A sudo dicta quia sint sudoribus uda,

id est madida.

SUDES, sudis dicitur palus. Et dicitur a suo, suis quia sepes quasi consuta sudibus videtur eo quod sudes per eam ex transverso figantur. Secundum Huguitionem (*s. v.* Sub) dicitur sudes a sudus, da, dum, quod est mundus et purus eo quod sudes «mundatur et purificatur» antequam in terra

SUCCEDO 3 proprie prospere A 4 et *primum om.* A 7-8 item . . . domum *om.* B 8 ut] unde BC 9 et dicitur bene B 10 unde] item BC; cedis] cedi C 12 *Totum versum om.* D
SUDARIUM 2 quis] qui A, *ad* quis *adnotat in marg.* CD: id est quibus 3 suo is B 7 citergium D
SUDES 2 asuta sordibus D 3 fugantur D 5 mundantur et purificantur cum enoddatur scilicet et accuuntur antequam B

figatur. Et nota quod sudus, da, dum dicitur «serenus, mundus, purus. Proprie autem tempus serenum dicitur sudum quia venit post pluviam», et componitur a sub et udus, da, dum, quod est humidus, unde dicitur sudus quasi subudus. Sudes feminini generis est. Unde Ovidius Methamorphoseon (XII, 299),

Qua iuncta est humeris cervix, sude figis obtusa.

Et dico cum Huguitione quod dicitur hec sudes in nominativo singulari. Unde qui voluerit acceptet illum versiculum,

Hunc sudis excerebrat etc.

SUFFECTUS, ta, tum dicitur loco alterius substitutus. Unde ii Machabeorum iiii f (31), «suffecto uno ex comitibus suis Andronico». Et dicitur a sufficio, cis, quod est subrogare vel substituere. Item sufficere idem est quod subministrare, ut «iste sufficit michi necessaria», id est subministrat. Invenitur etiam sufficio, cis, id est satis est. Et secundum hoc quandoque invenitur impersonale. Unde ii Regum xxiiii f (16) ait dominus «angelo percutienti populum: Sufficit: nunc contine manum tuam».

SUFFOCO, cas, id est sub fauce capere, strangulare. Et producit ubique hanc sillabam fo, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Fox). Componitur enim a sub et faux, cis. Et similiter dicit quod prefoco, cas, quod est «strangulare, perstringere, quasi fauces ab anteriori capere et stringere... producit hanc sillabam fo». Idem dicit Papias in maiori tractatu. Et Ovidius in Ibidi (558),

6 figantur B 6-7 mundus et purus B 7 tempus] ~~spiritus A 8~~ quia] quod B; udus] vadus A 9 *post* humidus *add.* D: unde dicitur subudus quod est humidus 10 sudes autem feminini B 12 fidis AD 15 hunc] hec B; *Add. in marg.* D: sudes sunt palli acuti ex utraque parte

SUFFECTUS 3 cis vel a sub et facio cis quod fere in idem redit et est sufficio idem quod subrogare B 4 substituere] sustinere C 4-5 ut si dicatur iste B 6 etiam] autem C 7 unde] et unde AD; ii] i C, *om.* B; xxiiii] xiiii D

SUFFOCO 2 ubique *om.* A 3 faus B 4 transgulare D 6 in Ibidi] inhibui AC, in ibin B, in ibui D

Prefocent animam noxia mella viro.

Et hoc movit magistrum Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq.* 353, *fol.* 49) ut diceret quod suffoco tantum habet mediam productam quia componitur ex sub et faux, cis et non ex sub et focus. Et dicit quod trutannicum est illud,

Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.

Cui consentio, presertim cum nullus nobilis auctor illam sillabam corripuerit et producta inveniatur, ut in predicto exemplo. Item Macer De viribus herbarum (1675-6) ubi agit de senecion ita ait,

Potari prohibent quia suffocare bibentem
Quidam confirmant.

Preterea sancti semper exponunt in ea significatione qua ab omnibus conceditur produci. Unde super illud Marci iiii (19) «concupiscentie introeuntes suffocant verbum», dicit Interlinearis «id est strangulant guttur mentis». Item Gregorius in xvi Omelia (xv, *PL* 76, 1133), «Suffocant enim quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulent». Contradictores igitur suis adinventionibus innitentes vel pro se auctores fide dignos producant, quod impossible est, vel tot auctoribus, quibus contra ire non possunt, penitus acquiescant.

SUGO, gis, xi, gere quod facit puer quando lactet. Et caret supino vel facit suctum. Et est neutrum cum suis compositis et producit hanc sillabam su, et debet scribi per unum g. Dicit enim Priscianus (II, 8) quod «g apud Latinos nullius sillabe est terminalis nisi cum loco b vel d ponitur in ad vel sub vel ob prepositione, ut aggero, agger, suggero, oggannio.

7 prefocant D 8 hec B; novit C; *ad* Bene *in marg. adnotat* C: bene proprium nomen est 9 ut] quod B; tantum *om.* C 10 faux] faus B 11 focus ci et B 12 *Cf. Walther*[2], *no.* 30626a; scindit vel stringit B 14 corripuerunt C; ut] sicut C 19 semper *om.* C; exponunt] confirmant C 23 xvi] vi C 24 quia] quod AD 26 producunt A

SUGO 1 lactat D 2 sugtum D 4 dicit . . . g *om.* D 5 terminabilis BC; ponitur ut in B 6 oganino D

SUGGERO, geris, gessi, gerere, suggestum componitur a sub et gero, geris. Et est suggerere idem quod «submittere, substernere, subministrare, indicare, dicere, suadere quasi latenter consulere, et proprie causa decipiendi vel nocendi illi cui fit suggestio». Accipitur tamen quandoque in bono. Item suggestio quandoque dicitur «persuasio vel consultatio. Et hic suggestus, tus, tui» idem. Suggestus etiam dicitur «tribunal, sedes principis» quia multa ibi in aure principi suggeruntur. Ita dicit Huguitio (*s.v.* Gero). Nota versum differentialem (*Grec.* XIX, 9),

Intimat ad mentem, sed suggero spectat ad aurem.

SUGGILLO, las dicitur a suggero, ris. Et est suggillare idem quod suggerere, strangulare, condempnare, suffocare, gulam stringere. Et tunc componitur suggillare quasi sub gulam capere. Significationes iste sumuntur de Papia.

SUILLUS, la, lum, id est porcinus, a sue dicitur. Nam hic et hec sus dicitur porcus a suo, is quia eius setis suitur. Vel dicitur a subigo, igis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (1,25) circa principium sic ait, «Sus dicitur eo quod pascua subigat, id est terra subacta escas querat». Quod autem sus sit communis generis patet. Dicit enim Ovidius Methamorphoseon x (549),

Setigerosque sues oculos animosque ferarum.

Item Oratius in ii Epistula (I, 2,26),

Vixisset canis immundus et amica luto sus.

Item dicit Papias quod suilli sunt «porci marini, sic dicti, quia dum escam querunt more suis terram sub aquis fodiunt». Item suillus dicitur parvus sus, diminutivum a sue.

SUGGERO 1 geris gessi gerere *om.* C; suggestum tu A 5 quandoque *om.* C 6 quandoque *om.* BD 8 principis D 9-10 versus differentiales B

SUGGILLO 1 a] idem quod B 1-2 idem quod suggerere *om.* B, idem est quod C

SUILLUS 5 sus *om.* C 8 serigerosque AB

SULPHUR fomentum ignis est, quod tamen sic ignem nutrit ut gravissimum fetorem exhalet. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi a (1,9), «Sulphur vocatum est quod igne accenditur, pur enim ignis est. Nam vis eius et in aquis ferventibus sentitur neque alia res facilius accenditur». Et distinguit ibi Ysidorus iiii genera sulphuris. Et componitur sulphur a solum, quod est terra, et pur, quod est ignis, quasi solum ad pur, id est ad ignem aptum. Vel componitur a solum et pir, quod est ignis, quasi terra ignis quia cito ignitur et accenditur.

SUMMA dicitur «compendium, totum quadam brevitate comprehendens, vel capitule . . . Unde summo, summas, id est summam facere vel summatim comprehendere vel colligere. Unde summatim, id est breviter». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Super), sed Papias dicit summatim strictim, leviter, raptim, propere, festinanter. Et dicitur summa a summus, ma, mum.

SUPPELLEX dicitur substantia vel facultas et omne instrumentum vel ornamentum domus. Et declinatur hec suppellex, huius suppellectilis. Unde Oratius in principio quinte Epistule (I, 5,7),

Iamdudum splendet focus et tibi munda suppellex.

Et est etheroclitum in genere, pluraliter enim dicimus hec suppellectilia. Unde in Doctrinali (380-1) scribitur,

Dicimus altilia si plura, sit altilis una,
Consimilique modo sit declinanda suppellex.

Et dicit Priscianus (VI, 94) quod antiqui dicebant hec suppellectilis. Et forte illud movit Papiam ad dicendum suppellectiles facultates. Item secundum Papiam dicitur hoc

SULPHUR 4 pur] ur O 5 nec C 7-8 pur *ambo*] ur O 9 quasi terra ignis *om.* D 10 et] id est A
SUMMA 5 summatim id est strictim A 6 summa *om.* B
SUPPELLEX 1 vel] et D 8 sit] sed C 10-11 suppellectis C

suppellectile. Unde dicit suppellectile dicitur omne instrumentum et ornamentum domus, cuius ablativum singularem, scilicet suppellectili, in plerisque bibliis invenies. Nam nominativus suppellex vel suppellectilis secundum antiquos tantum in e facit ablativum, scilicet suppellectile. Debet autem lector attendere quod suppellectili in ablativo, cum sit neutrum, non potest coniungi nisi cum neutris adiectivis. Suppellectile vero semper coniungitur femininis. Dicitur autem suppellex a suppleo, ples quia supplet defectum domus.

SUPERADULTUS, ta, tum dicitur superexcretus. Unde i ad Corinthios vii f (36) appellatur virgo «superadulta» que excrevit ultra etatem pubertatis. Vide supra ubi exponitur adoleo, les et patebit dirivatio.

SUPERBUS dicitur a super. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (248), «Superbus dictus quia super vult videri quam est, qui enim vult supergredi quod est superbus est». Inde dicitur superbia et superbio, superbis. Quod autem dicitur superbire quasi super se ire ethimologia est, non compositio. Unde erravit Grecismus in versibus supra positis ubi exponitur ambire. Non enim componitur a super et eo. Dicit enim Priscianus (x, 57) ubi agit de verbis quarte coniugationis «ambio ab eo compositum solum mutavit penultimam e in i». Cum igitur non dicatur superbeo sed superbio non est compositum ab eo, is.

14-15 ablativum scilicet singularem scilicet A 16 suppellex secundum modernos vel BC 17 scilicet] suum B 20 semper *om.* A; *Post* femininis *add.* B: sed nichilominus diligenter advertendum quia regula est quod quando nominativus terminatur in is et in e vel in e tantum ablativus terminatur in i tantum 21 defectum domus] offectum domus vel defectum B

SUPERADULTUS 1 superexcrescens C

SUPERBUS 1 dicitur *om.* C; super et abio abis unde B 2 quam est *om.* B 3 quod est *om.* B; inde] unde A 6 unde et erravit B 7 eo is B 9 penultimam *om.* C 11 *In marg. add.* D: nota quod superbus idem significat quod omnia ista nomina sequentia polosus a um ampulosus pinnosus iperfanus pomposus barridus insolens fastuosus fastidiosus superciliosus verticosus cervicatus nervosus

SUPERHUMERALE exponitur supra ubi exponitur ephot cum aliis indumentis sacerdotalibus.

SUPERLIMINARE dicitur superius limen quod ex transverso ponitur super ostium. Et componitur a super et liminare, quod est idem quod limen.

SUPERSTITIO est vitiosa religio, «superflua aut superinstituta observatio». Unde et superstitiosus dicitur «falsus religiosus aut idolorum cultor». Ita dicit Papias et concordat cum Ysidoro Ethimologiarum viii (3,6) ubi agit de heresi. Et addit Ysidorus ibidem (6-7), «Alii dicunt superstitionem a superstitibus, id est a senibus quia multis annis superstites per etatem delirant et errant superstitione quadam, nescientes que vetera colant aut que veterum ignari adsciscant. Lucretius autem superstitionem dicit superstantium rerum, id est celestium et divinorum que super nos stant; sed male dicit». Ita dicit Ysidorus. Huguitio (*s. v.* Stasis) vero dicit quod supersto, superstas, superstiti, titum dicitur «superesse, superfluere. Unde hic et hec superstes et hec superstitio, id est dampnum vel vana et superflua religio et observatio vel cultura idolorum».

SUPPLANTARE dicitur sub planta ponere, decipere, et proprie per plantam, quod fit cum latenter plantam ex transverso iacimus inter plantas alterius. Unde Genesis xxvii f (36), «Iuste vocatum est nomen eius Iacob, supplantavit enim me en alia vice».

SUPERHUMERALE 1 exponitur *utrobique*] expositum est B 2 indumentis universis sacerdotalibus B
SUPERLIMINARE 1 dicitur] est C; lumen B 3 quod *primum* . . . limen *om.* C
SUPERSTITIO 3 ita] item B 5 superstitionem] ibidem D 6 a *alterum om.* B 8 aut *om.* C; addiscant BCD 9 superstantium in libro viii c rerum C 10 super nos] superius A, super C 12 superstiti superstare superstitum superstitu B
SUPPLANTARE 1 recipere A 2-3 extraverso C 4 est] eius C 5 alia] a C

SUPPLEX dicitur qui supplicat vel dampnatus est, nam qui dampnatus est supplex est. Vide infra proximo.

SUPPLICIUM, id est supplicatio, a supplicando dicitur. «Mos enim erat antiquitus ut de rebus supplicum, id est dampnatorum, donaria in templa deorum ampliarentur, et ideo supplicia ponuntur pro supplicationibus. Unde supplicium proprie dicitur cum quis ita dampnatur ut bona eius consecrentur et in publicum ad opus templorum vel fisci redigantur». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Plico) et totum accepit de Ysidoro Ethimologiarum v (27).

SUPPUTARE dicitur latenter vel post vel parum putare vel numerare.

SURA, sure dicitur posterior pars tibie scilicet musculus tibiarum. Et dicitur a suo, suis quia suit et unit tibiam femori. Et sepe ponitur pro tibia ut Iudicum xv (8), «'Percussit eos plaga gravi, ita ut stupentes suram femori imponerent'. Littera autem lxx interpretum est 'percussit alienigenas Sampson tibiam super femur', quod ad priorem sensum reducitur, id est tam mirabiliter ut stupentes tibiam unius pedis super femur alterius ponerent. Tamen quia tibiis incedimus et super femur sedemus quidam exponunt sic, 'percussit tibiam super femur', id est pedites preter sedentes in equo». Ita dicit Magister in Historiis (1288).

SURRIPIO, pis dicitur latenter rapere, subtrahere, furari. Item pro falso suggerere ponitur Danielis v b (6,6) ubi dicitur «Tunc principes et satrape surripuerunt regi» etc.

SUPPLEX 1 vel qui dampnatus BC 1-2 nam qui dampnatus est *om.* B 2 est *primum om.* C

SUPPLICIUM 1 mox D 2 antiquis B 3 amplicarentur C 6 rediguntur BD 7 accipit C; de] ab C

SUPPUTARE vel *alterum om.* C 2 minare A

SURA 2 iungit B 4 plage A 5 interpretum *om.* CD; sanson BD 8 alterius pedis C; tamen] tum A 10 femur suum id est B

SURRIPIO 1 laterter C

SUSURRO, ras dicitur murmurare in aure alicuius, aliquid latenter dicere. Et est verbum ficticium, de sono locutionis dictum. Qui enim susurrat non in facie alicuius, sed in aure loquitur de altero detrahendo. Unde hic susurro, susurronis dicitur murmurator bilinguis, et hoc susurrium et hic susurrus, id est murmuratio, et susurrus, ra, rum, id est murmurans. Susurrare neutrum est.

T

TABERNA secundum Huguitionem (*s. v.* Teneo) dicitur domuncula in qua «panis et vinum et carnes cocte venduntur». Et dicitur a tabulis que ibi meretricibus substernuntur. Ysidorus autem Ethimologiarum xv (2,43) ubi agit de edificiis publicis in fine dicit, «Taberne vocabantur edicule plebeorum parve et simplices in vicis, axibus et tabulis clause. Unde et tabernarii qui ibi solebant consedere. Dicte autem taberne quod ex tabulis erant constructe, que nunc etsi non speciem, nomen tamen pristinum retinent».

TABERNACULA tentoria sunt militum, quibus in itinere solis ardores tempestatesque imbrium frigorisque iniurias vitant. Dicta autem tabernacula quod cortine, distente funibus, tabulis interstantibus, appenderentur, que tentoria sustinerent. Vel secundum Huguitionem (*s. v.* Teneo) tabernaculum dicitur a taberna, que «domus est non naturalis sed ad tempus durans quousque res venduntur». Sic et tabernaculum non est firma domus sed huc illucque mutatur et cum transmigrante migrat.

SUSURRO 2 fictivum A 4 hic *om.* B; huius susurronis A 6 id est] ri AB; murmuratio] murmurator A 7 sursurrare D
TABERNA 2 panes C 3 que] quia D 4 Ethimologiarum *om.* C 6 parve] porte B; vicis] viis B; vicis et axibus D; axibus] asseribus B 7 qui] quod A; solent C; considere BC 8 non *om.* C
TABERNACULA 2 frigorumque B 3 quod] que C; distincte C

TABERNACULUM erat «domus dicata, quadrata et oblonga, tribus clausa parietibus: aquilonari, meridionali, occidentali; liber patebat introitus ab oriente ut, sole oriente, radiis eius illustraretur» (1173). «Tabernaculum hoc in duas partes erat divisum. Posterior pars ad occidentem decem cubitis protendebatur, et ita quadratum erat, in longum scilicet et in latum, et in altum x cubitorum. Et hec pars aditum dicebatur vel sanctum sancti vel sanctuarium sanctuarii vel sancta sanctorum. Anterior pars ad orientem xx cubitis protendebatur que communis erat sacerdotibus et hec dicebatur sanctum vel sancta vel sanctuarium. Respectu huius posterior dicebatur sanctum sancti quasi sanctum consecutivum sancti, ut dicitur seculum seculi, vel sanctum sancti, id est sanctius sancto, ut dicitur dominus dominorum, rex regum» (1175). «Erat autem in interiori sanctuario archa cum hiis que in ea reposita diximus et cum hiis que erant eis superposita. In anteriori vero candelabrum ad austrum, mensa ad aquilonem, in medio autem velum, id est non longe ab adito altare aureum . . . Tectum tabernaculi non concameratum sed planum ad modum Palestine fuit, quatuor operimentis aptatum» etc. (1176). Ita dicitur in Historiis (1173-6) super Exodum. Et multa alia ponuntur ibi de tabernaculo. Vide glosam ad Hebreos ix (2). Item vide supra ubi exponitur altare et ubi exponitur arca.

TABEO, bes, bui, bere dicitur putrescere, liquefieri, deficere, languere. Unde hec tabes, tabis, id est putredo, valitudo. Invenitur etiam tabi, tabo, diptote forme in eodem sensu. Tabeo neutrum est et caret supino. Unde tabesco, scis inchoativum.

TABERNACULUM 1-2 oblonga tribus] oblongatibus C 2 meridiano BCD 2-3 meridiano et occidentali C 6 scilicet *om.* AC 7 aditum] aditus B; aditum dicebatur *om.* D 10 hoc D 13 ut] vel C; seculi *om.* A 15 erat] et C; interiorio D; cum in hiis C 16 eis] ei BC 18 id est] quasi B 19 concameratum] contaminatum AD, cameratum B 23 ix c A, ix capitulo BD

TABEO 1 putrere ABD 2 huius tabis A; id est] dicitur C 3 dipto D

TABITA hebraice, dorcas grece, damula vel caprea latine. Super Marcum (5,41) dicitur quod tabita interpretatur puella. Unde «tabita cumi» interpretatur «puella surge» et habet tabita mediam productam.

TABULA a teneo, tenes dicitur mensa quia tenet cibaria, sed proprie mensa pauperum est, tabula divitum quasi tenabula eo quod teneat bolos carnium et fercula et vasa diversa. Item tabula dicitur alea in qua luditur. Item tabula dicitur latum lignum, latus asser. Et in istis significationibus dicitur a teneo. Vel dicitur tabula a tego quasi tegula. Item tabule dicuntur fragmenta navium. Item a tabula dicitur tabulatus, ta, tum, id est tabulis ornatum et hic tabulatus, tus, tui et hoc tabulatum in eadem significatione, scilicet paries ex tabulis vel edificium coaptatis tabulis factum.

THALAMUS «grece, cubiculum vel coniugalis lectus latine vel camera sponsi et sponse; vel dicitur a Thalamone duce, qui cum Romulo et aliis Sabinam quandam nobilem rapuit et responsum est oraculo eam deberi ei, et quia felices fuerunt ille nuptie institutum est ut in omnibus nuptiis Thalami nomen iteretur; vel dicitur thalamus a theleme grece quod latine dicitur voluptas». Ita dicit Huguitio.

TALARIS dicitur ad talos pertinens vel pertingens.

TALENTUM quoddam pondus est «quod summum esse perhibetur in Grecis, nam nichil est calco minus, nichil talento maius . . . Est autem talentum triplex: minus, medium et summum. Minus est l librarum, medium lxx duarum, sum-

TABITA 1 damula] annula C; capreea B 2 interpretatur] dicitur C 3 tabita cumi] tabitacium A *sed in marg. corr.*, tabita cum C
TABULA 5-6 teneo tenes B 8 ornamentum D; hic *om.* A 9 significatione ex hoc tabulatum scilicet C 10 cooptatis] ex capitatis C
THALAMUS 2 camera scilicet sponsi B; telamone B, thelamone C 4 ei oraculo eam ei deberi C; ei] ibi B 4-5 fuerunt] sunt A 5 omnibus domibus et nuptiis B 6 thelem A; greco BD
TALENTUM 1 est *om.* B 2 calo C 3 autem] enim A 4 duarum] librarum C 4-5 summum vero B

mum centum xx constat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvi (25,22) ubi agit de ponderibus.

TALLOS «dicuntur vasa offertoria esse, iuxta modum turrium facta, cum quibus in precipuis festivitatibus offerebant. Quorum similitudo hactenus in quibusdam locis habetur». Ita scribitur in glosa ii Machabeorum xiiii a (4).

TALPA animal quoddam est ad similitudinem muris, de qua Ysidorus Ethimologiarum xii (3,5) ubi agit de minutis animalibus, «Talpa dicta quod sit dampnata cecitate perpetua et tenebris. Est enim absque oculis, semper terram fodit et humum egerit et radices subter frugibus comedit».

TAMETSI, id est quamvis, adversativa coniunctio est et componitur a tam et si.

TAPETA dicta quod pedibus primum sternerentur quasi strapedia. Et declinatur hoc tapetum, ti. Et nota quod dicitur hoc tapete, tis et hic tapes, petis in eodem sensu. Unde Ovidius Methamorhoseon xiii d (638),

Regia tecta petunt positisque tapetibus altis.

Invenitur etiam hec tapeta, te. Unde Virgilius Eneidos viii c (IX, 358),

Armaque craterasque simul pulchrasque tapetas.

THARSIS «secundum Iosephum civitas est Cilicie, secundum quod in Paralipomenon (*I Par.* 1,7) legitur locus est Indie. Hebrei vero putant mare generaliter tharsis vocari». Ita scribitur in glosa Ione i a (3). Et est indeclinabile et acuit ulti-

TALLOS 1 talles B; offertoria] olfactoria A
TALPA 1 muris vel rati B
TAMETSI tametsi una dictio id C; est *alterum om.* C
TAPETA 2 huius ti A 3 hoc tapete] hec tapete C; huius tis A; et hic tapes petis *om.* C; huius petis A 6 huius te A 8 tapetas etc. B
THARSIS 1 est] es C

mam sillabam. Item Tharsis fuit quidam de genere Iapheth. Unde et civitas eius dicta fuit Tharsis.

TARTARUS dicitur infernorum locus profundissimus, unde deus neminem extrahit. Et dicitur a tartarizin grece, quod est horrere vel tremere. «Illic enim 'fletus et stridor dentium'» (*Mt.* 8,12). Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiiii g (9,8). Et est etheroclitum in genere. In singulari enim dicitur hic tartarus et pluraliter hec tartara, rorum. In Doctrinali (382) ponitur iste versus differentialis,

> Tartarus ater habet plurale ra, vinaque dant rum,

quia hoc tartarum dicitur fex vini.

THAU hebraica littera est, et est ultima in hebraico alphabeto et interpretatur signum vel subter vel consummatio vel consummavit.

TAXO, as dicitur nominare, dicere, confirmare, licitari, imponere pretium rei que venditur. Unde hec taxatio ii Esdre viii b (*III Es.* 8,22), «omnia sine taxatione», id est sine quantitatis determinatione.

TECA, tece grece repositio, latine scilicet repositorium ubi reponitur aliquid. Vel dicitur teca a tego, gis eo quod aliquid receptum tegat. Et tunc ponitur c littera pro g. Plures tamen greco nomine tecam vocari asserunt quia ibi reponatur aliquid, unde et biblioteca vocari librorum repositio dicitur. Ita dicit Papias. Sed ii Esdre ix b (III *Es.* 9,14) ubi scribitur, «Ionathas autem filius Ezeli et Ozias tecam susceperunt secundum hec» teca videtur significare compromissionem vel factam positionem seu statutum quia omnia que ordinave-

TARTARUS 1 dicitur *om.* C 2 tartarizen A, tharisim B, tarsin D 3 enim est fletus B 6 pluraliter] in plurali B; rorum unde in B 7 ponitur] scribitur B

THAU 1-2 alphabeto talis figure p et B 2-3 commensuratio vel commensuravit C

TAXO 3 omnia *om.* C 3-4 qualitatis C

TECA 1 repositio est latine A; scilicet *om.* C 4 quia] quod AB 5 vocari *om.* A 8 hoc ABD 9-10 inordinaverant D

rant posuerunt in arbitrio istorum. Aliqui tamen dicunt quod ibi est falsa littera, quod videtur per aliam translationem in qua dicitur «et post decretum hoc Ionathas filius Azeli et Ozias filius Thocanis susceperunt hoc et Mosollamus et Levis et Sabatheus consenserunt eis», et ista michi verior littera videtur et credo quod vitio scriptorum ponitur tecam ubi deberet poni filius Thocanis.

THEATRUM est spectaculum ubicumque fiat, semicirculi formam habens, in quo stantes omnes inspiciunt, cuius forma primum rotunda erat, sicut amphitheatri sed postea ex medio amphitheatri theatrum factum est, sic a spectaculo nominatum. Et dicitur a theoro, as, quod idem est quod videre vel considerare. Quod autem dicitur theatrum quasi theos atrium, non convenit theatro secundum omnem sui acceptionem. Dicit enim Ysidorus Ethimologiarum xviii (42,2), «Idem et theatrum et prostibulum eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur».

THEBETH, id est Ianuarius. Vide supra ubi exponitur Adar cum aliis mensibus.

TELA pro longitudine staminum dicta a telon, quod est longum.

THELONEUM «dicitur ubi merces navium et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet, pretium rebus impositurus, et voce a mercatoribus rogitans».

12 aseli ACD 13 hoc] hec BC; mosillamus C 15 teca D 16 filius *om.* D

In marg. fol. 186v *add.* D: teda de est lignum luminaribus aptum et dicitur a tedo per contrarium quia tedium non conferat et quia tede et faces ardentes solebant ferri ante nubentes ideo ponitur sepe teda pro nuptiis vel coniugio teda invenitur iob xli (10) ibi de ore eius lampades procedunt sicut tede ignis accense

THEATRUM 3 erat] fuit B 7 theo C; theatro *om.* C; omnem *om.* A 8 viii B 9 idem] item AC; et *om.* ACD 10 ludo D; ibi *om.* CD

THEBETH 1 thebet AD

TELA 1 stannum D; dicta est C

THELONEUM 3 et . . . rogitans *om.* C

Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,45) ubi agit de edificiis publicis. Secundum Hugutionem «telon grece, latine dicitur tributum. Unde hoc theloneum dicitur tributum et proprie quod de mercibus marinis circa litus accipitur. Unde et theloneum dicitur locus ubi colligitur vel exigitur . . . Unde hic thelonearius dicitur ille qui exigit ibi tributum et thelonearius, a, um» ad theloneum pertinens dicitur. Versus de accentu ipsius,

Quando canopea lego, mausolea, trophea
Vel thelonea fore nomina testor Achea,

id est greca. Vel sic,

Dico canopeum mausoleumque tropheum
Ac theloneum morem sectatus Acheum,

id est grecum. Quando scribitur conopeum tunc derivatur a cono, ut supra dictum est, et producit primam sillabam. Unde Iuvenalis ii (6,80),

Ut testudineo tibi, lectule, conopeo etc.

TELUM a telon, quod est longum, vocatur «quicquid longe iaci potest, quamquam abusive gladius dicatur telum . . . Proprie autem telum a longitudine dictum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (7,10). Item dicunt quod lapis qui longe iacitur telum dicitur.

TELLUS dicitur terra fructifera, a tollendo dicta quia fructus eius tollimus vel quia fructus eius nos tollant, id est nutriant, vel quia nos tollit, id est portat et sustinet. Vide supra ubi exponitur arida. Et nota quod tellus in singulari tantum numero invenitur.

8 vel] et BC 10 um id est ad C; dicitur *om.* C 12 mensolea D 15 tropheum] capheum D 16 secatus D 17 canopeum ABD, conopeum per o C 19 ii b A, sexto B 20 canopeo ABD; etc. *om.* B

TELUM 1 telum dicitur a C 3 longitudine est dictum C

TELLUS 2 eius *om.* B 2-3 id est nutriant *om.* B 3 tollis C

TEMPESTAS dicitur quasi tempus pestis et componitur a tempus et pestis. Item tempestas quandoque ponitur pro tempore et tunc dicitur tempestas quasi temporis status. Et hoc est quod dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (11,20) ubi agit de ventis, «Tempestas», inquit, «aut pro tempore dicitur, sicut ubique historiographi solent dum dicunt 'ea tempestate' aut a statu celi quia magnitudine sui diebus multis oritur. Verno autem tempore et autumpnali quam maxime fiunt tempestates quando nec plena est estas nec plena hiemps. Unde medium et confine utriusque temporis ex coniunctione aerum contrariorum efficiunt tempestatem». Vide supra ubi exponitur procella.

TEMPORANEUM dicitur prematurum. Unde Isaie xxviii (4), «quasi temporaneum ante maturitatem autumpni», Interlinearis, «Malum prematurum vel aliquid huiusmodi». Item temporaneus, nea, neum dicitur ad tempus pertinens vel in tempore veniens. Vide supra ubi exponitur serotinus.

TEMPUS secundum Huguitionem (*s. v.* Tepeo) dicitur a tepeo, pes, quod est esse vel fieri calidum, id est non calere vel non frigere. Et dicitur tempus a tependo «quia tepeat et temperetur vicissim: humore, siccitate, calore et frigore». Vide supra ubi exponitur autumpnus et invenies de iiii temporibus anni. «Et dicitur tempus multipliciter. Dicitur enim spatium sive mora in qua vivimus, ut annus, mensis. Item dicitur tempus aer vel qualitas aeris. Unde dicitur 'pulchrum tempus est', 'nubilosum tempus est'». Item tem-

In marg. fol. 187 *add.* D: temno nis psi ptum id est vilipendere depreciari et componitur contemno nis et notandum quod temno non habet p in presenti sed est ibi m ante n in preterito autem habet p cum m ante s ut tempsi tempestare molestare destruere dissipare

TEMPESTAS 5 aut *om.* D 6 sicut] sic AB; dicunt] dicuntur B 7 ab D

TEMPORANEUM 2-3 Interlinearis] inter vel B 4-5 vel in tempore veniens *om.* D

TEMPUS 3 non *om.* B; tependo] temperando C; et *alterum*] vel C 4 tepetur B

pus dicitur «coemptio rerum», secundum quod dicitur «carum tempus est», id est facilis rerum coemptio. Item tempus dicitur «opportunitas faciendi aliquid», ut «omni negotio tempus est», id est opportunitas, vel «tempus est comedendi», id est opportunum est ut comedatur. Item tempus dicitur accidens verbi, scilicet modus significandi. Item tempus est quedam pars capitis, de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,32), «Tempora sunt que calvarie dextra levaque subiacent. Que ideo sic nuncupantur quia moventur ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam intervallis mutantur», quasi diceret tempus dicitur a tempus, temporis. Et dicit Huguitio, «Nota quod quidam idiote pro illa parte capitis consueverunt dicere timpus per i», quod sine dubio nichil est. Hoc etiam potest probari per textum Psalterii (131,5) ubi dicitur, «et requiem temporibus meis donec inveniem locum domino». Et exponit glosa pro illa parte capitis dicens, «A requie temporum sompnus venit ad oculos quia dum dormiunt tempora gravari incipiunt, et cum senserint sibi gravari tempora iam imminet sompnus». Item Grecismus ponit tales versus (XI, 142-5),

Pertinet ad quando tempus dimensio rerum,
Signatur per idem pars preterea faciei,
Hac pro parte tamen presumunt dicere quidam
Timpus, quod tamquam dictum puerile refuto.

TEMPLUM componitur a tectum et amplus, pla, plum. Unde templum dicitur quasi tectum amplum. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (4,7), «Templum nomen est

10 coemptio rerum] conventio rerum vel coemptio B 10-11 carum et bonus tempus B 11 est *primum om.* C; id est caro et difficilis rerum emptio et bonum tempus est id est facilis C 12 aliquid] aliud AB; ut in omni C 17 xii D 18 nuncupatur AC 23 nichil est quia nec latinum est hoc autem B 25 domino etc B 27 dum] donec A; dum . . . incipiunt] non dormiunt donec ipsa gravari incipiunt C 27-28 senservio D 32 hac] ac A, et B, hanc C 33 timpus tempus A; quod . . . refuto] quod siquidem dictum satis est puerile B

TEMPLUM 2 dicitur *om.* B

generale; pro locis enim quibuscumque magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta quasi tecta ampla. Sed et locus designatus ad orientem a contemplatione templum dicebatur. Cuius partes iiii erant: antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra ad septemtrionem, dextera ad meridiem spectans», etc. Quod autem dicitur templum a theos, quod est deus, et platea quasi dei platea, ethimologia est. Nota versus differentiales quos ponit Grecismus (XI, 87-93),

Dicitur a templor templum, quod non habet usus,
Quod contemplari debemus in hoc bona tantum.
Sunt a delendo vel diluo delubra dicta,
Namque precamur in hiis a nobis crimina tolli.
A fando fanum dicetur, vel quia fandum est
  Hic pro delictis, sive per antifrasim,
Aut a fane, quia parent ibi sepe maligna.

TEMERE, id est presumptuose, fatue, stulte, sine consilio, sine causa. Unde hec temeritas, id est presumptio, violentia, fatuitas; et temerarius, a, um, id est presumptuosus, fatuus, audax, qui audet audenda et non audenda; et temero, ras, id est corrumpere, violare. Item a temere dicitur hoc temetum, id est forte vinum, quia sepe facit hominem temere agere vel temetum quasi tenens mentem dicitur. Versus de Grecismo (XI, 97-9),

Quod natum vite sit vinum dicitur inde,
Dicitur inde merum quia nil sit aque sibi mixtum,
Bachus quod furere faciat, temetum quia forte.

Et componitur temetum cum lentos, quod est plenum, et dicitur temulentus, ta, tum quasi temeto plenus, sicut est ebrius.

TENDICULA, le et hec tenticula idem significant. Sic enim vocantur «insidie vel instrumenta que tenduntur avibus vel

5 et *alterum*] etiam D 10-11 nota autem versus B 17 hic pro delictis] in eo culpas B 18 apparent A
TEMERE 2 violenta D 9 fit C 10 quia] quod B; sit] est B; sibi] tibi C 13 temetus C
TENDICULA 1 tenticula] tendicula A

leporibus vel aliis animalibus capiendis». Et dicuntur a tendo, dis. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Tendo). Et nota quod tendo, dis, tetendi, tendere, tensum vel tentum dicitur ire. Item tendimus arcum et vineam et brachia.

TENEBRE «dicuntur quod teneant umbras. Nil autem sunt tenebre, sed ipsa lucis absentia tenebre dicuntur, sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est silentium dicitur. Sic tenebre non aliquid sunt, sed ubi lux non est tenebre sunt». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,12) ubi agit de arcus et nubium effectibus. In Historiis (1056) autem super illud Genesis i (2), «et tenebre erant super faciem abissi», dicitur sic, «Tenebre nil aliud sunt quam absentia lucis. Obscuritas autem quedam aeris a deo creata est et dicta tenebre. Unde in catalogo creaturarum dictum est (*Dn.* 3,72) 'benedicite, lux et tenebre, domino'».

TERAPHIM exponitur in textu Iudicum xvii c (5) ubi dicitur, «fecit ephot atque teraphim, id est vestem sacerdotalem et idola». Sed super Osee iii f (4) dicit Ieronimus (*PL* 25, 844), teraphim dicuntur figure et simulacra, que hic intelligimus cherubin et seraphin vel quelibet alia templi ornamenta.

TEREBINTUS, sicut dicitur in glosa Genesis xliii c (11), «arbor est cuius resina vocatur similiter». Item Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,71) dicit sic, «Terebintus arbor, grecum nomen, generans resinam resinarum omnium prestantiorem».

TENEBRE 2 sed] nisi B; tenebre dicuntur *om.* B 4 sunt nisi privatio lucis vel absentia eiusdem et ubi lux non est sed B 5 ethimologiarum *om.* C 7 illud *om.* C 9 quedam *om.* B 9-10 aeris vel opacitas a deo creata vel terra nox dicuntur tenebre B 11 domino etc. B
In marg. fol. 188 *add.* D: tenus iuxta usque prepositio ablativi casus
TERAPHIM 1 teraphin A 2 teraphyim B 3 sed *om.* C
TEREBINTUS 1 dicit CD; in *om.* C 1-2 arbor est odorifera thusque et resina B 3-4 arbor generans resinam resinarum omnium prestantiorem et est grecum nomen B 4-5 prestantiore C

TERES, teretis dicitur longus et rotundus, sicut hasta. Unde Grecismus (XIII, 31),

Dicitur hasta teres proprie pomumque rotundum.

Et dicitur a tero, ris et est omnis generis secundum Priscianum (V, 24), licet Huguitio et Doctrinale (621) dicant ipsum esse communis, et sepe ponitur simpliciter pro rotundo.

TERISTRUM «palliolum est quo usque hodie Arabie et Mesopotamie mulieres velantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (25,6) ubi agit de palliis feminarum. Papias dicit quod teristrum est genus vestimenti quod nos palliolum dicimus. Item in glosa Genesis xxviii (38,14) dicitur quod teristrum erat «velamen quo utebantur Palestine mulieres». Alii dicunt quod teristrum vestis erat tenuis, sicut vela que delicate mulieres portant in capitibus suis. Et dicitur a terion, quod est estas, quasi vestis estivalis.

TESTA quasi tosta dicitur a torreo, torres, quod infra exponitur. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (4,4) ubi agit de vasis escariis quod «argilla excocta testa vocabulum suscipit quia, dum mollis esset, efficitur tosta». Item testa communiter appellatur olla vel quodcumque ex creta et argillosa

TERES 1 teredis AD 5 Huguitio *om.* B
In marg. fol. 188 *add.* D: tergivesor ris id est in varias partes se vertere decipere animum quasi tergum huc et illuc vertere unde tergiversator deceptor quia animum quasi tergum huc et illuc vertat ne qualis sit intelligatur et hec tergiversatio id est deceptio
TERISTRUM 3 paliis *om.* C; Papias *iteravit* C 4 terestrum C 5 item sicut dicitur in glosa gen xxviii B; quod *om.* B 7 sicut sunt vela B
In marg. fol. 188 *add.* D: tesseron vel tesseras grece latine dicitur quatuor et componitur cum dia quod est de et dicitur diatessaron id est de quatuor consonantia item componitur cum decas quod est decem et dicitur hec tesseredecas adis id est quatuordecim unde invenitur quod matheus distinxit generationes in principio evangelii sui in tres tessericades id est in tria quatuordecim
TESTA 3 quod] quia ACD; ex costa C; sucipit D 4 tosta] testa AC 5 quodcumque aliud B; et] vel D

terra coquitur. Unde et quadam similitudine dicitur testa capitis.

TESTAMENTUM «vocatum quod nisi testator mortuus fuerit nec confirmari potest nec sciri quid in eo scriptum sit quia clausum et obsignatum est. Et inde dictum est testamentum quia non valet nisi post testatoris monumentum. Unde ad Hebreos ix (17) 'testamentum in mortuis confirmatur'». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum v (24,2) circa principium. Et subdit ibidem (3), «Testamentum sane in scripturis sanctis non solum dicitur quod non valet nisi testatoribus mortuis, sed omne placitum et pactum testamentum vocabant». Idem ibidem (5), «Testamentum iuris civilis est v testium signis signatum, subscriptione firmatum. Testamentum iuris pretorii est vii testium signatum signis». Dicitur autem testamentum a testor, aris, quod est testamentum facere, testificari, testimonium dare, coniurare vel iurare vel in testem adducere vel rogare. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Testor). Et secundum diversas acceptiones verbi potest testamentum diversimode accipi.

TESTICULI «per diminutionem a testibus dicti, quorum numerus incipit a duobus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum x (XI, 1,104). Vel dicuntur testiculi quia marem esse testantur eum qui habet testiculos.

TESTAMENTUM 1 nisi] si C 2 quia *om.* B 3 est *primum om.* C 4 quia] quod C; testoris D 5 confirmatum C 8 non hoc solum C 15 vel rogare *om.* CD; et *om.* A

TESTICULI 3 esse *om.* B

In marg. fol. 188 *add.* D: a testor hic et hec testabilis et hoc testabile qui testari potest scilicet vel testimonium dicere vel facere testamentum et componitur intestabilis le qui non est dignus ut in testem recipiatur vel testamentum faciat testamentor aris id est testamentum facere testor componitur cum anti quod est contra et dicitur antestor aris id est contra testari id est testimonium perhibere contra et est absolutum unde si dicatur ille negat se hoc fecisse et ego antestor si vero dicatur antestor illum idem est quod illum testem contradico

THESAURUS dicitur locus ubi reponitur aurum vel potius ipsum aurum depositum. Et dicitur a thesis, quod est positio, et aurum quasi auri positio vel aurum repositum.

TETRAGRAMATON est nomen domini ineffabile, iiii litterarum: ioth, heth, vau, he. Unde dicitur a tetras, quod est quatuor, et grama, quod est littera. Et exponit glosa Exodi xxviii (36) sic, «He iste, ioth principium, heth passionis, vau vite, et totum sonat iste principium passionis vite, quia Christus est principium vite in Adam amisse, quam reparavit sua passione». Vide supra ubi exponitur alleluia.

TETRARCHA dicitur princeps super quatuor vel super quartam partem regni. Unde Grecismus (IX, 276-7),

Qui quartam partem regni tenet ille tetrarcha est
Ac dominus super quatuor est id idem.

Et dicitur a tetras, quod est iiii, et archos, quod est princeps· Ysidorus autem Ethimologiarum ix (3,24) ubi agit de regnis sic ait, «Tetrarche sunt quartam partem regni tenentes . . . qualis fuit apud Iudeam Philippus».

TETRICO, cas nichil est. Vide infra ubi exponitur tricare.

TEXO, is, texui, ere, textum verbum est quod ad telam pertinet et quandoque ponitur pro cooperire, ordinare et construere. Unde hec textura, re et hic et hec textilis et hoc le et hic et hec texilis et hoc le in eadem significatione, scilicet quod facile texitur et hec textrina et hoc textrinum idem, scilicet locus in quo texitur. Invenitur etiam textrinus, na,

TETRAGRAMATON 2 *Post* he *add.* B *quatuor litteras hebraicas*; unde et dicitur BC 5 sonat *om.* B 5-6 christus id est christi passio fuit principium B 7 vide *om.* D; *In marg.* D: de hoc nomine quere super illum locum psalmi semel locutus est deus nonne deo lxi psalmi

TETRARCHA 4 id *om.* B

TETRICO Tetrico] trico D

TEXO 2 et *alterum om.* B 3 huius re A; et hic et hec textilis et hoc le *om.* B 3-4 et hic et hec texilis et hoc le *om.* A 5 et hoc] vel C

num. Unde Tobie ii (19) legitur de Anna quod «ibat ad textrinum opus cotidie». Item a texo hic textor et hec textrix.

TIARA «grecum nomen est et est genus pallioli vel pillei». Ita dicit Interlinearis Danielis iii (21). Exodi xxviii (37) dicit glosa, tiara que cidaris et mitra vocatur caput tegebat et ornabat pontificis. Et nota quod tiara producit mediam sillabam. Unde Ovidius Methamorphoseon xi b (181),

Tempora purpureis temptat velare tiaris.

Unde Virgilius in vi Eneidos (VII, 247),

More daret populis, sceptrumque sacerque tiaras.

Item Grecismus (XII, 417-18),

Pilleus est iuvenum, peregrinantumque galerus,
Presulis at mitra sit, nobiliumque tiara.

Forte propter verbum Papie dicit sic, qui ait «tiara genus est palliorum apud Persas». Tiara pilleum est sive capitis ornamentum quod Persarum reges habent.

TIBIA, id est crus, dicitur a tibin, quod est iuncus, propter longitudinem. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Tybi). Sed Ysidorus Ethimologiarum xi (1,110) dicit sic, «Tibie vocate quasi tube. Sunt enim et longitudine et specie similes». Item tibia est musicum instrumentum, de quo Ysidorus Ethimologiarum iii (21,4), «Tibias excogitatas in Frigia ferunt et has diu funeribus tantum adhibitas, mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant quod primum de cervinis tibiis

TIARA 2 exodi autem xxviii BC 3 vocatur que scilicet caput B 6 tempta D; velare] violare A, molare D 8 septrumque C; sacrique B; tiaris C 11 at] est B 13 pilleus B

In marg. fol. 189^{v} *add.* D: hic tiberinus fluvius romanus a tibere vel tiberino rege albanorum in eo submerso dictus nam antea a colore aque albula dicebatur quia nivibus albus sit et idem dicitur tyberis vel tybris bris vel bridis similiter a tyberino sed tyberis in cotidiano sermone tibris in versu

TIBIA 1 iunctus C 3 ix B 4 et *primum om.* B 6 iii a BD, xiii a C 8 de cervinis] decernimus A, decrevimus C; tibiis *om.* D

cruribusque hinnulorum fierent, deinde per abusionem ceptas vocari etiam que non de cruribus ossibusque essent. Hinc et tibicen quasi tibia canens».

TIGNARIUS dicitur qui tectoria tignis inducit; idem et architector. Verba sunt Papie. Et dicitur a tignum, tigni. Dicuntur autem «tigna ipsa laquearia vel ligna que ipsis laquearibus illaqueantur». Et dicuntur tigna a tego, gis vel a tegula. Ita dicit Huguitio (*s.v.* Tego). Intellige quod ligna illa que ascendunt directe ad cacumen edificii et totum tectum supportant tigna dicuntur.

TIGRIS «vocata est propter volucrem fugam, ita enim nominant Perse et Medi et Greci sagittam. Est autem bestia variis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis, ex cuius nomine flumen Tigris appellatur quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. Has magis Hircania gignit». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,7). Et nota quod pro bestia declinatur hec tigris, huius gris vel gridis, pro fluvio autem declinatur hic Tigris, huius gris. De quo dicit Ysidorus in xiii Ethimologiarum (21,9), «Tigris fluvius Mesopotamie de Paradiso exoriens et pergens contra Assyrios et post multos circuitus in mare rubrum influens, vocatus hoc nomine propter velocitatem instar bestie tigris, nimia pernicitate currentis».

THIMIAMA erat quedam compositio diversarum specierum quam sacerdos in altari thimiamatis adolebat, de qua dicitur

9 ceptas] capetas D 10 ossibusque ve C, ossibus ve D
TIGNARIUS 1 tignareus A 4 illaquentur A 5 intellige] intelligendum tamen B
TIGRIS 1 velocem D 2 persi B; autem] etiam C 4 appellatur eo scilicet quod B; is *om.* B 6 pro *om.* AD 7 tigris genitivo huius B 8 hic] hec C; in *om.* BC 11 vocatus est hoc AD 12 ad instar B; tigris] tigridis B, *om.* D; nimia *om.* C 12-13 pernicitate id est velocitate a pernitor perniteris currentis B, pernicitate currentis pernicitate id est velocitate a pernitor perniteris C, id est velocitate a pernitor teris *super lineam scr.* D

Exodi xxx g (34-5), «Sume tibi aromata stacten et onicam, galbanum boni odoris et thus lucidissimum; equalis ponderis erunt omnia; faciesque thimiama» etc. Et exponit Magister in Historiis (1188) dicens, «Onica fertur ostreola parvula, suave redolens, magnitudine humani unguis, unde et onica dicitur quia onix grece unguis dicitur. Stacte est gummi quod defluit de mirra, quod et mirra dicitur. Galbanum vero succus est ferule et nascitur in Syria optimum, cartilaginosum scilicet et minus lignosum . . .Ferula vero in Gargano nascitur, cuius succus vilior est. Thus vero lucidissimum optimum, quod masculum dicitur quia instar humani testiculi rotundum est. Et libanum, a Libano monte Arabie, in quo nascitur arbor thuris, ad aceris qualitatem, perplexo vimine . . . et quia dominus prohibuit talem compositionem fieri in usus hominum . . . inde est quod in ecclesia non detur odor thuris benedicti sponso et sponse. Inde etiam est quod, oblato thure benedicto super altare, si descendat thuribulum ad clericos in choro vel ad laicos, aliud thus sine benedictione apponendum est et hominibus offerendum». Ysidorus in iiii (12,2) Ethimologiarum ubi agit de odoribus ait sic, «Thimiama lingua greca vocatur eo quod sit odorabile». Unde dicitur a thimo flore qui odorem refert nam hoc thimum quedam herba odorifera dicitur. Et hic thimus, flos eius, qui valde redolet.

THIMIAMATERIA dicebantur vasa in quibus thimiama servabatur. Et dicitur thimiamaterium a thimiama et terion, quod est status, quasi vas in quo stabat thimiama. Vel dicuntur thimiamateria vasa in quibus teruntur species

THIMIAMA 3 xx D 5 thimiamata C; exponitur ABC 9 mirra *primum*] mirca D 10 est *om.* C 11 scilicet *om.* B 12 vilior] rarior B 15 *ad* aceris *add.* C *in marg.*: hec acer aceris species ligni coloribus imparibus ut dicit papias; quantitatem ABC; perplexa B 15-16 perplexo et in torto vimine C 18 et *om.* A 19 thuribularius C 20 aliud] ad C 20-21 benedictione scilicet apponendum B 21 offerendum vel afferendum B; ysidorus autem in B 25 dicitur] est C

THIMIAMATERIA 1-2 servabantur D 2 thimiamateria BC

ex quibus conficitur thimiama. Et tunc dicuntur thimiamateria a thimiama et tero, teris.

THINA LIGNA, «de quibus Salomon gradus fecit in domo domini», incognita sunt ligna, etiam peritioribus Iudeorum. Ita dicit Papias, et scribit per n et cum simplici i. Sed super illud iii Regum x c (11) «Attulit ex Ophir ligna thina» dicit glosa, «imputribilia, spinosa, in similitudinem albe spine, thina rotunda sunt et candida». Item ii Paralipomenon ix d (10) super illud «attulerunt de Ophir aurum et ligna thina» dicit glosa, «hec rotunda et quasi spinea, sed multo candidiora et valde fulgentia».

TIMPANUM quoddam instrumentum est musicum, scilicet pellis vel corium ligno ex una parte extensum. Et dicitur a tinnio, nis quia tinnit, id est resonat. Vel dicitur «a ticon, quod est medium, est enim media pars simphonie» in similitudinem cribri, et virga percutitur. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Tinio) et sumit ab Ysidori Ethimologiarum iii (22,10). Et inde dicitur hec timpanistria que canit in timpano, que et timpanotria dicitur.

In marg. fol. 189 *add.* D: timoratus id est timore plenus timorosus idem timidus qui semper timet timens qui ad horam timet ex causa similiter distinguntur pavidus et pavens providus et providens superbus et superbiens languidus et languens timo sive timos grece latine dicitur mens inde timeus liber platonis quia ibi multa de divina mente continentur timo quod est mens componitur cum ab et mutata b in u fit autumo id est affirmare putare credere quia a mente sic habetur credere item timo componitur cum e et dicitur estimo mas id est appreciare vel putare quasi ex mente sic habere et hoc iterum componitur cum ex et dicitur existimo as id est putare item timo componitur cum in et dicitur intimo as id est in mentem immitere indicare notificare

THINA LIGNA 1 thina sunt ligna B; fecit] fecto D 3 scribitur D; sed *om.* C 5 spinosa *om.* D; similitudine C 6 item] in C; Paralipomenon] parabolis C 8 glosa scilicet rotunda B

TIMPANUM 2 corum A; parte vel duabus extensum B; dicitur *om.* B 6 sumitur D; ysidoro D 8 *Post* dicitur *add* C, *in marg.* B: exo xv dicit glosa timpanum secundum ieronimum est tube in summo habens fistulam per quam reddit sonum

TINEA est «vestimentorum vermis sic dicta eo quod teneat et eo usque insideat quo erodat. Inde et pertinax quod in eandem rem identidem urgeat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xii (5,11).

TINTINNABULUM dicitur a tinnio, nis vel est nomen ficticium. Unde Ysidorus Ethimologiarum iii (22,13), «Tintinnabulum de sono vocis nomen habet, sicut plausus manuum et stridor nabulum valvarum».

TIPHONICUS ventus secundum aliam translationem dicitur ventus tempestivus et dicitur tiphonicus a tiphos, quod est inflatio. Idem dicitur euroaquilo, qui supra exponitur in loco suo.

TIPSANA, sicut dicit glosa ii Regum xvii (19) dicitur, «ordeum siccatum, pila tunsum, decorticatum, et fit inde cibus aptus carentibus dentibus». Et Alexander Nequam (*fol.* 113v, 2) sic ait,

Cortice nudata tipsanas ordea dicas.

Optime fecit producens penultimam. Unde Oratius in Sermonibus (II, 3,155),

Tu cessas? agedum, sume hoc tipsanarium orize.

Iste versus, sicut sciunt boni grammatici scanditur ac si esset littera talis,

Tu cessas? agedum, sume hoc tipsanar orize.

Unde patet quod media producitur. Et dicitur tipsana a tipso, quod est percutere, quia percutitur in pila quando decorticatur.

TINEA 2 erodat et inde et D; quod] quia B 3 idem et idem B
TINTINNABULUM 1-2 dicitur . . . tintinnabulum *om.* AD 1 tinno C 2 Ysidorus *om.* C 3 manuum] navium C 4 valvarum] vulvarum A
TIPSANA 2 siccatum *om.* B 2 pila tunsum] pilatum sive BD; decoricatum D 3 carentibus] hiis qui carent B; et *om.* C 5 nudatos C 9-11 iste . . . orize *in marg.* B 9 sciunt] dicunt D 13-14 decordicatur D

TIPUS dicitur figura vel similitudo. Unde ii Regum xii g (31), «traduxit eos in tipo laterum» glosa «traduxit cultros per eos in tipo, id est in similitudine, eo modo quo traducuntur per lateres adhuc teneros, ut formentur». Huguitio autem dicit sic, tipus dicitur «figura vel forma vel status, et tipus quedam herba est que in aqua nascitur et ab aqua inflatur. Unde et ambitiosorum hominum et sibi placentium tumor et superbia tipus dicitur. Item ab illa herba frigide febres tipi dicuntur. Unde tipicus, ca, cum, id est figurativus, et etiam tipica febris dicitur quandoque. Quidam periodicam dicunt». Periodicas febres appellant physici cotidianas, tertianas et quartanas, que non continue sed interpolate affligunt. Et dicuntur sic a peri, quod est circum, et odos, quod est via, quia cum interpolatione circueunt.

TIRANNUS dicitur «rex fortis quia olim tiranni et reges nullam habebant differentiam». Et tunc dicitur «a tiro, quod est fortis». Unde fortes reges tiranni vocabantur. «Sed postea accidit tirannos vocari pessimos et improbos reges . . . Et tunc dicuntur tiranni a tiro, quod est angustia, quia angustiant et cruciant suos». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Tiro).

TIRO, onis dicitur novus miles vel noviter ad militiam electus. Et dicitur a tiro, quod est fortis vel angustia, quia fortis solet ad hoc officium eligi vel quia ad acquirendam probitatem multum se angustiant.

TIRSUS nomen est compositum a terra et sursum. Unde Papias, tirsus est «generalis omnium herbarum vel olerum medius frutex, sic dictus quod a terra sursum conscendat».

TIPUS 2 in *om.* D; latorum B 3 similitudinem AD 8 tipi *om.* AD 9 figura cuius D 10 quandoque] quam C; dicunt] vocant C 11-14 periodicas . . . circueunt *in marg.* D 11 et *om.* C 14 circumvenit B

TIRANNUS 4 accidit . . . vocari] tirannos vocaverunt B 5 dicti sunt B; tiros B; quia] quasi D 6 suos] sibi subditos B

TIRSUS 3 quod . . . conscendat *in marg.* B

Item tirsus est «genus cimbali in modum fenestre quadrate factum», quod ab utraque manu tenetur et tam aperiendo quam claudendo sonat. Tirsus etiam dicitur baculus vel ramus quo utuntur in sacrificiis Bachi.

TITAN grece dicitur sol et interpretatur illuminans quia sol terram illuminat. Unde dicuntur Titanes quidam viri fortissimi quasi mundum illuminantes sua probitate. Vel dicuntur a tito, quod est ultio. Unde Papias, Titanes quosdam in Grecia ferunt fuisse robustos et excellentes viribus, quos ferunt fabule ab irata contra deos terra ad eius ultionem creatos; et a Iove superati fulminibus interierunt. Invenitur etiam Titan indeclinabile pro eisdem. Unde Iudith xvi b (8), «nec filii Titan percusserunt eum».

TITIO idem est quod torris et dicitur a torreo, res quasi torrio. Vide infra ubi exponitur torris.

TITULUS est brevis annotatio eorum que diffusius in sequenti opere continentur. Et dicitur a Titan, quod est sol vel illuminans, quia titulus illuminat quasi totum opus sequens. «Vel dicitur a Tito Livio qui primus librum suum per distinctiones divisit et singulis titulum apposuit. Vel dicitur titulus a theta, figura sic facta, Θ scilicet, que olim in frontibus dampnatorum imprimebatur». Unde quidam ait,

O multum ante alias infelix littera theta.

Habet enim telum per medium, quod est signum mortis. «Sicut autem per illam figuram reddebatur homo noscibilis, sic per titulum cognoscitur liber ... Titulus etiam dicitur

7 ramus cum frondibus quo BC

TITAN 3 mundus A 5 viros C; quod A 6 ab] ad C 8 Iudith *om.* D; xvi] xii B; b *om.* C

TITIO 1 quasi] quod est A

TITULUS 1 que] qui AC 5 titulum suum A 6 theta] tota AC, tetha B, teca D Θ *om.* ABD; scilicet *om.* BC 8 ante] inter D 9 per medium] in medio B; medium] dimidium C 10 noscibilis et notabilis B 11 sic etiam B; etiam] autem B

quedam nota brevitatis que dictionibus apponitur», que apud Grecos apanusirma, id est superior tractus, dicitur. Item «titulus dicitur inscriptio vel signum laudis et honoris vel laus quia olim in imaginibus laudes nobilium intitulabantur». Omnia ista invenies fere in Dirivationibus Huguitionis. Papias dicit quod titulus dicitur significatio, signum vel indicium, manuum scriptura. Et inde titulo, las, id est titulo designare vel titulum apponere.

TOLERO, ras dicitur stustinere, pati, suffere. Unde verbalia, et debet scribi et proferri per simplex l. Unde Ovidius Methamorphoseon ix c (288-90),

Tantum erat, ut posses auctorem dicere tanti
Ponderis esse Iovem, nec iam tolerare labores
Ulterius poteram.

TOLLO, lis dicitur elevare, auferre, nutrire, portare, sufferre, et caret preterito et supino, sed mutuo accipit sustuli, sublatum. Unde Priscianus (x, 34), «Tollo tetuli, pro quo nunc in usu frequenti est sustuli. A tulo quoque, quod veteribus in usu fuit, tetuli dicebatur». A tollo quoque deficit supinum, sed pro eo utimur sublatum. Grecismus (IX, 100-2),

Qui removet tollit, qui sublimat quoque tollit,
Et pro nutrire tollere sepe datur;
Qui tollit removet, gerit, erigit, accipit, aufert.

TONDEO, des, totondi, dere, tonsum, su dicitur capillos secare vel aliud diminuere, in circuitu corrodere. Unde hic tonsor et interposita t hec tonstrix.

TONO, «nas, nui, nitum, id est tonitruum facere, et convenit soli deo. Unde solum in tertia persona debet inveniri. In-

12 que] qui ABD 13 a pamisirma A, a panu sirena B, apami sirena firma D; dicitur *om.* B 14 in scripto B 17 papias vero dicit B
TOLERO 2 proferri *om.* B 3 ix *om.* D 4 posset D 5 nec] ut C
TOLLO 1 portare suffere *om.* B 3 tetuli] retuli C 4 quod] pro C 5 retuli C; a] ut A; defuit BC 9 erigit] eripit B
TONDEO 1 totundi D
TONO 1 nitum] tonere B 2 in tertia *om.* C

venitur tamen in prima et in secunda per prosopopeiam et per translationem, ut tono, id est sono vel fortiter proclamo, et per apostropham. Unde hic tonus, id est sonus». Ita dicit Huguitio. Prosopopeia interpretatur fictio persone, ut cum res animata loquitur ad inanimatam vel econverso aut inanimata ad inanimatam. Et dicitur a prosopos, quod est persona, et poio, pois, quod est fingere. Apostropha autem est directio vel conversio sermonis ad aliquem absentem. Et dicitur ab apo, quod est re vel de, et strophos, quod est conversio.

TONITRU indeclinabile et neutri generis et hic tonitrus, huius tonitrus, trui et hoc tonitruum, tonitrui idem significant. Et componuntur ista tria nomina a tonus, ni, quod est sonus, et terreo, res quia huiusmodi sonus valde terret. Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (8), «Tonitruum dictum eo quod sonus eius terreat, nam tonus sonus dicitur. Qui interdum tam graviter concutit omnia ita ut celum discussisse videatur quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit, turbine invalescente exitumque querente, nubem, quam excavavit, impetu magno prescindit ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures. Quod mirari quis non debet cum vesicula quamvis parva magnum tamen sonitum displosa emittit... Lux autem que apparet ante tonitruum fulgor vocatur. Que ideo ante videtur quia clarum lumen est, tonitruum autem tardius ad aures pervenit», ad

4 vel fortiter proclamo *om.* B 5 apostrophen B 5-12 ita ... conversio *in marg.* D 6 nota prosopopeia B; sopopeia D 7 ad rem inanimatam C 7-8 vel ... inanimatam *om.* B; inanimata ad *om.* D 9 fingere] fingo fingis B; autem *om.* C 10 conversio] econoverso AD; absentem quasi (ut B) presentem BC 11 apo] apos B; trophos B 12 conversio etc B

TONITRU 1 hic tonitrus] hic tonitruus A 2 huius tonitrus] tonitruus A, *om.* B; trui *om.* BC 3 componitur C; tria *om.* C 5 dictum est B 6 eiusmodi A; tonus sonus] tonus A, totius sonus C 8 quia] quod C 11 cum magno fragore et horrendo B 12 cum una vesicula B 13 emittat B, emittatur D

instar securis arborem procul cedentis, cuius quidem ante cernis ictum quam ad aures sonitus perveniat.

TOPARCHIA dicitur loci principatus. Et componitur a topos, quod est locus, et archia, quod est principatus. Archos enim grece dicitur princeps, unde et archia dicitur principatus. Unde «tres toparchie» (1 *Mc.* 11,28) dicuntur trium locorum principatus. Vel toparchia dirivatur a toparcha, toparcha enim dicitur princeps alicuius loci. Item topos dicitur totum, unde toparcha dicitur princeps super totum. Unde toparchia dicitur principatus super totum vel principatus universalis.

TOPAZIUS vel topazion indeclinabile gemma quedam est. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi (7,9) ubi agit de viridioribus gemmis sic ait, «Topazion gemma est ex virenti genere omnique colore resplendens, inventa primum in Arabie insula in qua Trogodite predones, fame et tempestate fessi, cum herbarum radices effoderent, gemmam istam eruerunt. Postea quesita, nebulis cooperta, tandem a navigantibus est inventa. Et ob hoc locus et gemma nomen ex causa accepit, nam topazim Trogoditarum lingua significationem habet querentis. Et est amplissima gemmarum». Scripsit autem Plinius (xxxvii, 8,107) hanc gemmam tante repertam magnitudinis ut ex ea Ptolemeus Philadelphus statuam iiii cubitorum faceret. Item in glosa que ponitur in fine Apocalipsis (21,20) sic dicitur, topazius «quo rarior

16 quidam ABD 17 cernitur ictus B; sonus C; *post* perveniat *add.* B: vel ut dicunt quidam sapientes et bene ex divine bonitatis ordinatione lucem aut fulgorem illum tonitruum precedere ne si subito audiretur fulgore nullo precedente vehementer afficerentur homines in tantum scilicet quod eos in instanti mori contingeret pre timore

TOPARCHIA 1 loci] locus C 2 enim *om.* C 3 princeps latine A 5 enim] autem B 8 *Post* universalis *add.* BCD: vel (id est D) principatus super totum

TOPAZIUS 5 troiedite AD, trogoditate C 6 foderent D 7 exuerunt B 8 ob] ab C; hoc *om.* A 9 accipit C; togroditarum D 11 autem] etiam C; gemminam B 12 Tpholomeus C 14 apocalipsi D; radior C

eo pretiosior, et habet duos colores, ex auro et etherea claritate maxime lucens cum splendore solis tangitur, superans omnium gemmarum claritates, in aspectum suum singulariter provocans aspicientes, quem si polis obscuras, si nature relinquis clarior est et nichil eo carius regibus inter divitias». Huguitio dicit quod topazius dicitur insula et topazius vel topacius lapis. Et componitur a ton vel protos, quod est totum, et patos vel pazos vel passos, quod est color. Unde topazius quia de omni colore lapidum in se habet.

TORAX «a Grecis dicitur anterior pars trunci vel corporis a collo usque ad stomachum, quam nos dicimus arcam eo quod ibi arcanum sit, id est secretum, a quo ceteri arcentur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (I,73). Et inde dicitur hic torax, huius acis, id est lorica pectoralis, et proprie que tantum extenditur quasi toracem corporis protegat et defendat. Unde Virgilius Eneidos xi c (XII, 381-2),

> Imam inter galeam summi toracis et oras
> Abstulit ense caput.

Et habet duplicem terminationem in accusativo singulari, scilicet toracem vel toraca, et pluraliter toraces vel toracas, et hoc est quia sapit grecum, a quo descendit. Unde Virgilius Eneidos x a (XI, 9-10),

> Telaque trunca viri, et bis sex toraca petitum
> Perfossumque locis etc.

TORCULAR dictum eo quod ibi uve calcantur atque extorte exprimuntur. Unde dicitur a torquendo. Invenitur etiam hoc torculare in eodem sensu et ambo producunt hanc sillabam cu.

15 duos colores *om.* C 15-16 claritatem B 18-19 nature sue B 19 carius est regibus B 23 lapidis AB

TORAX 4 xii D 5 hic *om.* D; pastoralis A 6 quasi] quod C; protedat C 9 astulit D 11 toraca] thorica B 12 hoc ideo est B; quia] quod D 14 trunco A 15 prefossumque B

TORCULAR 1 ibi uve] ve ibi C; uve torquendo calcantur B; calcentur C 2 unde et dicitur B 3 hanc *om.* C

TORMENTUM dicitur quasi torquens mentem. Vel dicitur tormentum quasi torquimentum a torqueo, ques et inde tormento, tas, id est tormento afficere.

TORNUS, torni a torquendo dicitur instrumentum cum quo vasa tornantur. Et inde dicitur torno, nas, id est torno aptare, in girum mittere vel volvere. Unde hic et hec tornatilis et hoc tile et hoc toreuma, matis, id est tornatura vel vas tornatum vel quicquid celatur, tornatur, sive lectus sive aliud.

TORQUEO, ques, torsi, quere, torsum vel tortum dicitur cruciare, flectere, volvere, mittere vel iaculari. Unde torsus, sa, sum et tortus, ta, tum et hec torsio et hec tortio.

TORQUES «sunt circuli aurei a collo usque ad pectus descendentes et pendentes ... Dicte autem torques eo quod sint torte», supple quia formam habent circuli. Ita dicit Papias et secundum Papiam dicitur hec torques, huius torquis, et ita invenitur passim in biblia. Sed secundum Priscianum (v,28) declinatur hic torques, huius torquis. Versus de Grecismo (XII, 102-5),

Pectoris est proprie spinter pariterque monile,
Ornatus colli sit torquis et auris inauris,
Anulus est manuum, sunt armille scapularum,
Atque perichelides exornant brachia nimphis.

TORREO, «res, rui, rere, tostum dicitur urere, assare, siccare, cremare, vertere sive volvere». Ita dicit Huguitio. Versus,

TORNUS 3 involvere AD 4 et hoc toreuma *om.* D; hoc] hec C; huius matis A 5 sive vas sive lectus C
TORQUEO 2 cruare C 3 et tortus ta tum *om.* D; torsio onis B
TORQUES 1 circuli *om.* B; pectus] pedes C 2 dicta D 4 et secundum Papiam] secundum quem B 4-6 et *alterum* ... torquis *om.* C 4 et *alterum om.* D 5 priscianum cui omnino credendum est B 6 hic torques] hec torquis B 9 torques C 11 *Post* nimphis *add.* BC, *in marg.* AD: nimpha a nube dicitur dea (+ scilicet aquarum C) item nimphe dicuntur muse (musce AD) item nimpha ipsa aqua vel sponsa in nuptiis unde paranimpha id est pronuba (+ dicitur B) que nimpham id est sponsam viro iungit (coniungit A)
TORREO 1 tostum tu AB; sutare C 2 ververe C; seu C

Qui torret volvit, siccat, cremat, assat et urit.

Inde «torridus, da, torridum, id est velox vel tostus».

TORRENS «est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens eo quod pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (21,2) ubi agit de fluminibus. Grecismus (XII, 288-95) ponit tales versus differentiales,

Torrens est veniens aqua nubibus ex liquefactis,
Stans ex artificis studio dicas fore stagnum,
At lacus, ut dicunt, aqua mobilis est aliquantum,
Stans ex natura palus est, sed turbida limpha,
Fons aqua natura subtilis, clara, sub estu
Frigida, sed cedens sub frigiditate calori,
Est puteus locus intus habens latices, gravis haustu,
Cuius margo tenet circum lignumve petramve.

TORRIS est «lignum adustum quem vulgus titionem appellat, extractum foco, semiustum et extinctum». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (6,27) ubi agit de arboribus. Et dicitur torris a torreo, res quasi torrio.

TORTA, «torte, unde et tortula diminutivum, genus cibi est vel panis qui vulgo dicitur ita». Sic exponit Huguitio (*s. v.* Torqueo). Et dicitur a torqueo, ques quia torquetur, id est volvitur dum fit et etiam quia forme est volubilis, id est circularis. Sed Magister in Historiis (1201) tortam dicit esse colliridam. Vide supra ubi exponitur collirida.

TORTIO est torquendi actio, interior intestinorum afflictio. Torsio idem significat et utrumque descendit a torqueo, ques.

TORRENS 2 crescit et siccitate B; siccate D 9 *Post* limpha *add. in textu* A, *in marg.* D: palus paludis naturaliter producit hanc sillabam lu 11 credens AD; sub] pro C 13 circum] curum A
TORTA 1-2 unde ... ita] a torquendo dicta unde genus est panis vel cibi panis inquam qui vulgo dicitur ita scilicet torta gallice tourte ita B 3 id est] et B 4 et ... volubilis] et est tertius a primo frumenti quidem vel secundus aut etiam dicitur sic quia est forme volubilis B; volubilis] nobilis D 5 tortam] totam D
TORTIO 1 Tortio] torsio B 2 torsio] tortio ABD

THORUS dicitur «lectus et proprie qui solet fieri de herbis, sicut in expeditione. Unde et sic dicitur ab herbis tortis quibus fit vel que accumbentium humeris supponuntur». Item thorus est reflexio et pulposa extantia carnium sicut circa collum vel in brachiis. Et dicitur sic quia ibi torta viscera videantur. Et inde thorosus, sa, sum, id est pinguis et thoris plenus vel superbus». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Torqueo). Utrumque descendit a torqueo, ques.

TORVUS, va, vum dicitur crudelis, terribilis et componitur a tortus et vultus. Unde torvus dicitur quasi torti vultus. Unde in Papia scribitur, torvus terribilis eo quod sit torto vultu et truculento aspectu, ut torva leena.

TRABS secundum Huguitionem (*s. v.* Traho) dicitur a traho, his «quia ab uno pariete trahitur ad alium». Et secundum ipsum declinatur hec trabs, huius trabis vel hec trabes, huius bis.

TRADUCERE dicitur trans vel ultra ducere, sed Matthei i g (19) super illud, «Ioseph autem vir eius, cum esset iustus et nollet eam traducere» dicit Interlinearis, «id est producere, et Greci habent propalare». In idem redit, quod enim manifestatur quasi de tenebris ad lumen traducitur. Alexander Nequam (*fol.* 127, 12-13) dicit sic,

> Ad tua cum ducis sponsam traducis eandem,
> Vel quod diffamat hic, id traducere signat.

Ubicumque ponitur traducere per quandam adaptionem potest exponi secundum primam expositionem. Et componi-

THORUS 2 sicut fit in expeditione ut in exercitu vel aliqua negotiatione unde B 8 et utrumque B

TORVUS 1 crudelis ferus sevus terribilis horribilis iniquus iniustus perversus pessimus delirus desperatus et B 3-4 torto] torvo D; torto id est deformi vel horribili vel frendenti vultu sive truculento B 4 truncolento D

TRABS 2 ab] ex D 3-4 vel . . . bis *om.* B

TRADUCERE 2 autem *om.* B 4 propalare et in B 7 traducit D 8 diffamatur A 9 ubicumque autem ponitur B; traducere signat per C

tur a trans et duco, cis. Et nota quod debet scribi et proferri traduco et non transduco. Dicit enim Priscianus (XIV, 28) quod «trans quandoque in compositione amittit n et s, ut traduco, trado, traicio, trano». Versus,

Trans in compositis nil deperit integritatis,
Trano, traicio, traduco, trado notatis,

id est exceptis. Item nota quod dicitur hic tradux, huius traducis, id est propago, et pro originali peccato invenitur. Et dicitur a traduco, cis in utraque significatione, sicut enim a patribus filii propagantur, sic originale peccatum ab Adam in posteros transfertur. Item a traduco dicitur hec traductio, id est ultraductio, propalatio sive manifestatio. Unde Sapientie ii (14), «factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum», glosa «Cogitationes nostras traducit in lucem». Item mors dicitur traductio quando homines ab hac vita traducuntur. Unde Sapientie xi b (8), «Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum» etc. Multis aliis modis potest exponi per quandam adaptationem, habito semper respectu ad primam significationem.

TRAGELAPHUS, id est hircocervus, nomen est compositum a tragos, quod est hircus, et laphos, quod est cervus. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (1,20), «Tragelaphi a Grecis nominati, qui etsi eadem specie sint ut cervi, villosos tamen habent armos, ut hirci, et menta premissis hirsuta barbis».

TRAHA, trahe genus est vehiculi et dicitur a trahendo quia

14 trano *om.* C 17 vel remotis id est exceptis A; item] et C; hic] hoc B, hec C 19 et *om.* C 21 transfertur] pertransivit B 22 sive manifestatio *om.* D 24 glosa id est cogitationes C; tradunt D 27-28 multis et etiam aliis B

TRAGELAPHUS 1 traielaphus D 4 etsi *om.* ACD; sunt C; tamen *om.* C 5 ut] qua et B; menta] iumenta D; *ad* menta *in marg.* C: ysidori xi mentum dictum quod mandibile ibi orientur vel quod iungantur; prolixis C

TRAHA 1 Traha *et totam expositionem om.* D; *expositionem post* tribunal *inseruit* B

rotas non habet. Sic etiam appellatur illud instrumentum dentatum quod equus trahit super terram de novo seminatam pro semine recondendo et glebulis conterendis.

TRAIECTIO ponitur pro mercium transportatione Ecclesiastici xxxviii c (37,12) et derivatur a traicio, cis, quod est ultra iacere, transfigere vel perforare.

TRAMES, tramitis dicitur via parva et transversa per agrum. Et dicitur a traho, his quia trahit a via publica. Vel dicitur a transmitto, tis quia transmittit ad aliam partem agri. Vel dicitur a transverto eo quod per transversum ducat.

TRANSFRETO, tas dicitur trans fretum ire, mare transire et ubique corripit hanc sillabam fre, sicut fretum a quo componitur.

TRANSFUGA dicitur qui fugiens ad alios se transfert. Et declinatur hic et hec transfuga. Invenitur etiam transfugus, ga, gum in eadem significatione, sicut confuga et confugus et profuga et profugus.

TRANSIGO, gis dicitur ultra agere, peragere, componere litem, decidere, quasi actionem transire. Unde et transigens participium quod sapit omnes verbi sui significationes. Item a transigo dicitur hec transactio, que sic diffinitur in lege: transactio de re dubia et lite incerta neque finita, non gratuita pactio. Et dicitur transactio quasi actionis transitio eo quod

3 de novo] noviter C 4 semine scilicet recondendo B; gebulis C; *post* conterendis *add.* A: quod est ultra iacere transfigere vel perforare (*cf. s. v. traiectio*); *post* conterendis *add.* B: alio etiam nomine dicitur tribula de qua ante parum dictum est

TRAIECTIO 2 c *om.* B

TRAMES 2 a *alterum*] de B 3 ad *iteravit* C; alia D 4 transverto tis B

TRANSFRETO 1 transire transnavigare et B 2 sicut et fretum B

TRANSFUGA 3 et *alterum om.* D

TRANSIGO 1 transfigo AD 4 transigo] transfigo C 5 transactio est de BC; et] ut C; neque] nec CD

qui transigit transit et recedit ab actione et sic, facta compositione, cessat strepitus litis.

TRANSTRA dicuntur tabule in navi super quas remiges sedent. Et dicuntur sic eo quod ex transverso sint. Que Virgilius (*Aen.* VI, 411) iuga appellat. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (2,5).

TRANSVADARE dicitur ultra vadare, trans vadum ire vel trans vadum ducere. Et est compositum a trans et vado, vadas, quod est vadum transire vel per vadum ducere. Unde iste vadat equum, id est ducit per vadum. Versus (*Grec.* XIX, 84),

Vado viam, vado quadrupedem, vadio vadium do.

TRIBULA, tribule dicitur machina ad triturandas messes. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (14,10) ubi agit de instrumentis rusticis sic ait, «Tribula est genus vehiculi unde teruntur frumenta et ob hoc ita vocatur», supple quia terit. Invenitur et hoc tribulum in eodem sensu. Tamen Grecismus (XII, 364-5) ponit differentiam dicens,

Carduus est tribulus, tribulum terit allia salsa,
Dicitur hinc tribula teritur qua putrida gleba.

Et a tribula dicitur tribulo, las, id est tribulationem inferre. Item hic tribulus, id est quedam herba spinosa, dicitur a tribula quia tribulat tangentes, vel dicitur a tero, teris secundum quosdam.

TRIBUNAL, lis et hoc tribunale, lis idem, scilicet sedes iudicis. Et dicitur a tribunus, tribuni quasi sedes tribuni in qua ius tribuit. Secundum Papiam dicitur tribunal, id est sedes, a tribuo, is eo quod inde a sacerdote «tribuantur precepta

7 transit *om.* D; cedit C
TRANSVADARE 1 transvadere BC; vadere C 4 id est] a B; unde versus C
TRIBULA 1 triturandum melles B 2-3 instrumenticis AD 3 ruralibus B 4 ob] ab D 8 hinc] et B 9 tribulonem B 10 id est *om.* BC; spinosa et dicitur D 11 quia] eo quod C; dicitur *om.* C

vivendi». Item tribunal dicitur sedes, solium, sella curulis. Est enim locus in sublimi constitutus unde universi eum audire possunt. Item tribunal a tribu denominatum eo quod ad illam sedem tribus convocentur. Vide supra ubi exponitur cathedra.

TRIBUNUS a tribuo, is dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum ix (3,29) ubi agit de imperiis sic ait, «Tribuni dicti quod plebi vel iura vel opem tribuant». In glosa autem i Machabeorum iii g (55) scribitur sic, «Tribunos appellant illos qui mille militibus preerant, quos Greci ciliarchos vocant, centuriones qui centum, pentacontarchos qui quinquaginta, decuriones qui decem». Sed multi libri habent glosam istam vitio scriptorum corruptam. Versus,

Mille tribunus habet, grece ciliarcha vocatus,
Centurio centum, bis quinque decurio ducit
At quinquaginta pentacontarchus habebit.
Cur u longatur post et prius abbreviatur
Nullus miretur si fons et origo notetur.

Alii dicunt quod tribunus est qui preest uni tribui. Vel dicitur tribunus a tributo, quia ei tributum persolvitur.

TRIBUNAL 5 vivendi secundum legem dei B; item] idem AD; curilis AC, circulus B 6-7 audire] exaudire AD 7 item] idem AD; denominatur D; quod *om.* D

TRIBUNUS 2 sic ait *om.* A 3 vel *om.* B 4 illos] eos BC 5 preerat A; ciliarchas D 7 istam] hanc B 9 celi archa D; vocatur CD 12 cur] cui ABC; longetur B; abbreviatus A, abrevietur B 13 miratur CD, miratus A; notetur] vocatur A, mutatur C, notatur D 15 *Post* persolvitur *add.* A, *post* corruptam (*v.* 8) B, *post* notetur (*v.* 13) C, *in marg.* D: quare (nota quod B) producitur u in hac dictione decurio licet corripiatur in hac dictione centurio patet (*om.* B) quia decurio componitur a decem et curio nam hic (*om.* C) curio a cura dicitur quia (qua C, qui D) accipit (+ curiam vel B) curam de plebe et civilia officia exercet unde decurio dicitur quasi x curio vel x curans vel x habens in cura et constat quod curio et cura primam habent productam unde (inde est B) producitur u (*om.* C) in hac dictione decurio quod (quia C) autem (ante C) corripiatur in hac dictione (nomine BD) centurio patet per priscianum qui ait (per id quod persius dicit B, per persium qui ait CD) dixeris hoc (hec BC) inter varicosos (varicolos D) centuriones

TRIBUS, id est progenies, dicitur a tris, quod est tres. Unde Ysidorus Ethimologiarum ix (4,7) ubi agit de imperiis sic ait, «Tribus dicuntur tamquam curie et congregationes distincte populorum, et vocate sunt tribus ab eo quod in principio Romani trifarie fuerunt a Romulo dispertiti: in senatoribus, militibus et plebibus. Que tamen tribus, nunc multiplicate, nomen pristinum retinent». Verba sunt Ysidori. Unde tributim, id est per tribus.

TRIBUTUM est quod per regiones solvitur. Vectigal dicitur stipendium quod datur dominis quando per patrias vehuntur. «Vel tributum dicitur quod domi solvitur, vectigal autem quod ad domum domini vehitur». Ita dicitur in glosa ad Romanos xiii (6). Et dicitur tributum a tribuo, is. Vel secundum Ysidorum dicitur tributum a tribu. Unde dicit in xvi (18,7) Ethimologiarum ubi agit de auro, «Tributa dicuntur eo quod antea per singulas tribus exigebantur, sicuti nunc per singula territoria. Sic autem in tres partes divisum fuisse populum romanum constat, ut qui preerant in singulis partibus tribuni dicerentur, unde et sumptus, quos dabant populi, tributa nominarunt».

TRICARE dicitur tricam agere. Verbum est pertinens ad mulieres, que tricant crines suos, quos in tres partes divisos complicant et involvunt. Et huiusmodi involutio trica dicitur quasi tria capiens, id est tres partes crinium. Et inde dicitur trico, cas. Unde Ecclesiastici xxxii c (15), «hora sur-

TRIBUS 1 progenies et dicitur D 6 militibus] milibus B; nunc] non B 6-7 multiplicitate C 8 tributum A; per] pro A

TRIBUTUM 1 solvunt BCD; vectigal autem dicitur B 2 quod] quo C; dominis] dicimus D 8 sicut C 9 sic autem] fit et B 12 nominaverunt D

In marg. fol. 193 *add.* D: a tero dicitur trica ce id est deceptio et trica id est meretrix et trica id est impedimentum et trica id est mora et trica id est radix et trica dicitur capillarum unde trico cas decipere vel impedire vel demorari et cristas capillorum facere

TRICARE 2-3 divisos subtiliter complicant BC 3 huius D 3-4 dicitur *om.* C

gendi non te trices», id est «non sis piger vel non facias moram in componendo capillos tuos sicut mulieres faciunt vel non sis mollis et effeminatus quando debes strenue operari» (*Glossa Ord. Interl.*), Littera antiquorum librorum est «Non te tristes», id est non sis tristis, et illam exponit Rabanus (*Comment. in Eccli.*, *PL* 109,996). Unde dicit glosa, «Ammonet ne simus tristes vel tardi in disciplina et meditatione sapientie». Per hoc quod dicit «ne simus tristes» exponit quod dicit «non te tristes», per hoc quod dicit «vel tardi» videtur innuere quod alia sit littera «non te trices». Quod autem quidam dicunt quod «te trices» ibi sit una dictio et tetrico, cas dicitur a Tetrico, monte Sabinie, in nullo scripto autentico recolo me legisse. Licet enim Ysidorus dicat in x (266) Ethimologiarum quod «Tetricus mons est in Sabinia asperrimus. Unde et tristes homines tetricos dicimus». Non proprie hoc dixit sed per appropriationem. Nec credo quod a Tetricus dicatur tetrico, cas sicut nec a Parnasus dicitur parnaso, sas nec ab Elicon elicono, nas et sic de aliis montibus. Huguitio (*s. v.* Tero) dicit quod trica, trice dicitur «deceptio, meretrix, impedimentum, mora, radix. Et trica dicitur capillorum. Unde trico, cas dicitur decipere, impedire, demorari ... et tricas capillorum facere».

TRICLINIUM «cenaculum a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco ubi convivii apparatus exponebatur tres lectuli strati erant in quibus discumbentes epulabantur. Clinon enim grece lectus vel accubitus dicitur

6 vel *om.* C 8 et] vel etiam A 13 hoc scilicet quod B 14 exponitur C; dicit *primum*] dicitur B 16 ibi *om.* D 18 non recolo A; enim] autem B 20 tristes] tristos C 22 Tetricus] tetricos AB; sicut] sic D 22-23 parnosus D

TRICLINIUM 2 convii D 4 clinon] elyon A, elinon BC; quod enim A *In marg. add.* D: triclinium id est domus trina sessione convivantium ordinata solebant enim antiqui in clinis id est in lectis comedere et tres lectos id est tres ordines lectores lectorum disponere in quorum uno comedebant dominus et domina in secundo familia in tertio hospites et talis domus dicebatur triclinium

ex quo confectum est ut triclinium diceretur», quasi diceretur a tris, quod est tres, et clinon componitur triclinium. Ita exponit Ysidorus Ethimologiarum xv (3,8).

TRIDENS, tis componitur a tris, quod est tres, et dens, tis quasi tres habens dentes. Et est masculini generis. Est autem nomen equivocum, invenitur enim pro creagra sive pro fuscinula Numerorum iiii c (14) sed pro rusticano instrumento, sicut est furca ferrea cum tribus dentibus, ponitur i Regum xiii g (21). Item, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Tris), hic tridens dicitur vas tres pinnas quasi tres dentes habens. Unde Persius (3,100-1),

> Sed tremor inter vina subit calidumque tridentem
> Excutit e manibus.

Tamen plures libri habent ibi trientem, id est morsellum tribus nummis emptum.

TRIERIS «dicitur navis magna quam Greci dulconem vocant». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix a (1,10). Dicitur autem trieris quasi tres habens ordines remorum. Unde dicit Alexander Nequam (*fol.* 119, 7),

> Triplex remorum trieres movet et iuvat ordo.

Et dicitur hec trieris.

TRIREMIS dicitur navis que habet tres ordines remorum. Et declinatur hic et hec triremis et hoc me. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (1,23), «Biremes naves sunt habentes remorum ordinem geminum. Triremes et quadriremes trium et iiii ordinum». Triremis producit hanc sillabam re. Unde Oratius in prima Epistula (1, 1,92-3),

TRIDENS 2 est *primum om.* B; autem] enim C 3 creacra B 3-4 fiscinula C 11 tridentem C
TRIERIS 5 movet et *om.* D 6 hec] hic B
In marg. fol. 193v *add.* D: trifaucis tria guttura habens
TRIREMIS 2 dicit *om.* B

conducto navigio eque
Nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis.

TRIMUS, ma, mum, id est trium annorum, componitur a tris, quod est tres, et annus. Unde trimus dicitur quasi terannus. Et inde trimatus, tus, tui, id est spatium trium annorum.

TRISTEGUM, gi dicitur locus tricameratus. Unde in edificatione arce (*Gn.* 6,16) ubi nos dicimus «cenacula et tristega facies in ea» habet alia translatio «'bicamerata et tricamerata'. Habuit enim quinque cameras quas Augustinus etiam preter sentinam dicit ibi fuisse». De quibus in Historiis (1083) plene invenies. Et dicitur tristegum «a tribus tecturis», sicut dicit Huguitio (*s.v.* Tris). Tamen Magister dicit in Historiis (1083), «Tristega, id est distinctiones, dicta a trica». Et sunt quidam qui asserunt tristegum habere mediam correptam quia componitur a tris et tego, gis sed Magister Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq.* 353, *fol.* 48) dicit quod tantum producitur. Sicut enim tegula, ratione huius preteriti texi, cuius prima naturaliter producitur, primam habet productam et similiter regula, ratione huius preteriti rexi, eodem modo et tristegum debet mediam producere. Unde in Doctrinali (2025),

e g corripimus, sed abest tristega Cetegus.

Cetegus proprium nomen est. Item potest dici quod non componitur a tris et tego sed a tris, quod est tria, et tectum, ti. Unde dicitur tristegum quasi triplex tectum et tristega quasi

7 conducto nauseat (nauseatus AD) eque navigio (navigo C) O; eque id est equaliter B 8 locuplex B; que AB; prima ACD (id est privata CD); triremis id est navis D

TRIMUS 2 annus anni B; unde . . . dicitur *om.* B 3 inde hic trimatus B

TRISTEGUM 3 alia littera vel translatio B 6 sicut] sic D 9 quidam dicunt qui et asserunt A 11 *Post* producitur *add.* A: bene est nomen proprium cuiusdam magistri 12 enim *om.* C; tegula] regula ABC; regula est ratione B; texi] texti B 14 regula rexi ratione B; rexi] texi AC 16 e super g A 17 cetegus . . . est *in marg.* CD

tria tecta. Et sic semper producitur media sillaba, et ita sentio.

TRISTIS dicitur quasi tritus stans. Ethimologia est, non compositio.

TRITICUM «a tritura dictum quod purissimum horreo condatur vel quia granum eius commolitur et teritur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,4). Et inde triticeus, a, um.

TRITURA, re dicitur messis a tero, teris quia teritur in area. Unde tritura quasi trita area.

TRITURO, ras, id est trituram facere, dicitur a tritura et propter hoc producit hanc sillabam tu. Unde quidam,

Bos bene triturat nec haberi stipendia curat.

Item in fine Anticlaudiani (*Dis.* IX, 89) dicitur,

Deiectamque solo pedibus triturat equinis.

Nec est verbum meditativum veniens ab ultimo supino huius verbi tero, teris, sicut quidam simplices putant dicentes quod a tritu, addita ro et correpta ista sillaba tu, formatur trituro, trituras media correpta, quod falsum est. Dicit enim Priscianus (VIII, 74) quod omnia verba meditative forme sunt quarte coniugationis, sicut omnia inchoativa sunt tertie. Alexander Nequam (*fol.* 122,8),

Triturat populos princeps si conterit ipsos.

TRIUMPHUS dicitur plena et perfecta victoria, quando scilicet quis perfecte hostes superat, sicut tropheum quando solum eos fugat. Et dicitur «triumphus a triambes grece, id est ab exultatione. Plene enim victorie triumphus debetur,

20 ita] sic C
TRITICUM 3 triceus C
TRITURO 4 item *om.* B; fine autem B 5 de ictis que A, diectumque B, deiectisque D 7 teris *om.* C 11 sicut] sic C 13 conterat B

tropheum semiplene . . . Hec autem omnia nomina scriptores confundunt. Hic triumphus latine potius appellatur eo quod qui triumphans urbem ingrediebatur triplici indicio honorabatur: nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio populum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii a (2,3). Secundum Huguitionem (*s. v.* Tris) triumphus dicitur a tris, quod est tres, et phonos, quod est sonus, quasi trium sonus, scilicet triplex letitia que fit alicui post victoriam revertenti. Solebat enim totus populus exire obviam victori cum exultatione, et hec erat una letitia. Item omnes captivi, ligatis post terga manibus, sequebantur currum eius et hec erat secunda letitia. «Tertia letitia erat quod ipse indutus tunica Iovis sedebat in curru, quem trahebant iiii equi albi, et cum tanto honore ducebatur ad capitolium. Hanc tamen habebat molestiam quia ponebatur quidam servus una cum eo in curru et semper colaphizabat circumstantem, ne ipse nimis superbiret et ut daretur spes unicuique, quantumcumque vilis condicionis esset, perveniendi ad similem honorem si sua probitas promereretur, et dicebat semper ei 'noti', id est cognosce te ipsum».

TRONUS proprie solium regni est, qui latine sedes dicitur. Est autem «tronus in quo reges sedent propter tutelam corporis sui. Troni sunt agmina angelorum» qui latino eloquio sedes dicuntur et vocati troni quia «in illis conditor presidet et per eos sua iudicia disponit». Ita scribitur in Papia. Patet ergo quod tronus in singulari dicitur solium vel sedes regia, troni pluraliter pro quodam ordine angelorum.

TRIUMPHUS 5 tropheum *om.* A 5-6 hec . . . latine *om.* A 5 autem *om.* B; omnia *om.* C 6 hic] vel BC; potius] potentia B 7 qui] quando C 10 xiii C 11 huguitionem autem triumphus B 12 trium] trinus C; sonans C 13 fit] fiebat BC 16 tergum B 17 quod] quia C 21 nimis *om.* A 22 spes] species C; quantumque ABC 23 consimilem B 24 semper] super A
TRONUS 4 et *primum om.* A 5 disponi C 6 sedes regia] regium C

TROPHEUM est cum quis hostes in fugam convertit et non plene devincit, sicut supra dictum est ubi exponitur triumphus. Unde dicitur tropheum a tropos, quod est conversio, id est a conversione hostium in fugam. Et ponitur simpliciter pro victoria.

TRUCIDARE dicitur interficere, iugulare, secare, quasi cede truncare vel cedendo truncare, vel melius trucidare dicitur quasi truncatum cedere. Et ubique producit hanc sillabam ci. Unde Virgilius Eneidos xi (XII, 577),

> Discurrunt alii ad portas primosque trucidant.

Item Oratius in Poetria (185),

> Ne pueros coram populo Medea trucidet.

TRULLA, le est instrumentum cementariorum ad complanandum murum. Et dicitur a trudo, dis, quod est impellere, impingere, in custodia includere. Et dicitur trulla a trudendo eo quod trudit et detrudit lapides calce vel luto. Sed in iii Regum vii g (40) ubi enumerantur utensilia altaris enei que fecit Hiram «Iosephus addit 'et trullas'». Et dicit Magister in Historiis (1365) quod «forte trulle erant ad congregandos cineres vel eruendos vel ad verrendum pavimentum». Item trulla dicitur turpis sibilus inferioris partis hominis quia trudendo emittitur. Item trulla dicitur quoddam vas fictile. Oratius (*Serm.* II, 3,143-4),

> festis potare diebus
> Campana solitus trulla.

TUBA LEGALIS, de qua agitur Numerorum x (6), «erat, ut dicit Iosephus, fistula cantatoria, pene magnitudine cubiti, calamo capacior, prebens in principio latitudinem que conveniebat ori ad susceptionem spiritus, que hebraice dicitur

TROPHEUM 1 non] nota A 2 devicit B
TRUCIDARE 4 Eneidos] eth B
TRULLA 3 truella D 6 addidit B 7 truelle D; congregando D 8 vertendum ACD 9 parte AB, porte D 12 portare BC

asora», et sicut dicitur in Historiis (1223), «iiii usus habebat: ad convocandam multitudinem, ad movenda castra, ad bella, ad festa . . . Quando enim habebant sollempne epulum et dies festos et kalendas clangebant». Unde in Psalmo (80,4), «bucinate in neomenia tuba». Et dicitur tuba a tonando quia fortiter sonat. Quatuor usus tube possunt haberi per hos versus,

Legalis populum tuba cum clangore vocabat,
In bellis, castris, festisque sonora tonabat.

TUBIANEI dicebantur Iudei illi «qui ex alienigenis convocati in auxilium Iude venerant, et dicebantur Tubianei quasi tubis conducti». Ita exponit glosa ii Machabeorum xii c (17).

TUEOR, tueris, tutus sum, tueri dicitur «inspicere vel defendere vel protegere. Unde hec tutela dicitur defensio . . . et tutor, taris verbum frequentativum», id est frequenter defendere. «Unde hoc tutamen et hoc tutamentum». Et dicit Huguitio quod tueor dicitur a tuor, tueris, tuitus sum, tueri, quod est inspicere, defendere, et, sicut ipse testatur, deberet tuor facere infinitivum tui, «sed causa differentie ad pronomen tui deficit et accipit mutuo tueri». Item dicit quod «tuor raro invenitur pro defendere et sepius pro inspicere, econverso tueor raro invenitur pro inspicere et sepe pro defendere, sed composita raro vel numquam inveniuntur nisi pro videre». Secundum Priscianum (VIII, 95) idem significant tuor et tueor, dicit enim ubi agit de coniugatione, «Sunt et alia que, quamvis eandem significationem habeant, diverse

TUBA LEGALIS 5 asdra AB 8 festus C
TUBIANEI 2 axilium D; tibianei B; quasi] quod D 3 ii *om.* B; c] g C, *om.* B; *post* xii c *add.* B: unde et i mach v (13) legitur omnes fratres nostri qui erant in locis tubin interfecti sunt unde quidam dicunt tubianeos a tubin nuncupatos
TUEOR 5 tutus C 7 tuor] tueor D 8 *Post* tueri *add. in textu* C, *sub fine expositionis* B, *in marg.* A: (versus in Doctrinali [945] C) dat tueor tutum (tutum tueor A) tuitum tuor ambo tueri 10 econverso . . . inspicere *om.* A; econverso] econtrario B, econtra D 13 agit *om.* B 14 diversus C

sunt tamen coniugationis in usu, ut denso densas et denseo ses, strideo des et strido dis, ferveo ves et fervo vis, cieo es et cio cis, dureo res et duro ras, tueor eris et tuor eris» etc.

TUGURIUM «casula est quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui quasi tegurium sive propter ardorem solis et radios declinandos sive ut inde vel homines vel bestiolas, que natis frugibus insidiari solent, abigant. Hanc rustici campanam vocant quia unum tantum capiat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (12,2). Accipitur tamen tugurium pro cellula parva et casa pauperis, a tegendo dictum.

TUMULTUS a tumeo, es dicitur seditio, coniuratio, diversorum garritus. Et dicitur tumultus quasi tumor multus. Et inde tumultuor, aris tumultum facere.

TUMULUS a tumeo, tumes dicitur mons brevis vel sepulchrum vel terra congesta. Et dicitur tumulus quasi tumens tellus. Versus,

> Mons brevis est tumulus, bustum congestaque tellus.

Et a tumulus pro sepulcro dicitur tumulo, las, id est sepelire.

TUNDO, dis dicitur percutere, verberare, concidere, confringere, cedere. Et sicut dicit Priscianus (x, 25, *et* 27) facit preteritum tutudi et supinum tunsum. Unde tunsus, sa, sum. Virgilius in iiii (267) Georgicorum,

> Profuit et galle tunsum admiscere saporem.

Idem in i (261-2) eorundem,

> durum procudit arator
> Vomeris obtunsi dentem etc.

Et dicit Huguitio quod tundo «geminat primam sillabam in

TUGURIUM 2 regimen A 3 declinantes C, declinando D; bestias B 5 cumpanim C; quia] quod D
TUMULTUS 3 tumulor laris ABD
TUMULUS 1 tumultus C
TUNDO 5 et] in D 6 eorundem] eneidos D 7 durum] dicuntur D; proscindit C

preterito et amittit ibi n». Sed omnia ab eo «composita amittunt geminationem in preterito et n in supino, ut contudi contusum», retudi retusum. In sacra autem scriptura invenitur retunsus, sa, sum et multa alia contraria.

TUNICA «vestis antiquissima appellata quia in motu incedentis sonum facit, tonus enim sonus est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (22,6) quasi diceret tunica dicitur quasi tonica a tonos, quod est sonus. «Primum autem fuere pellicee, quibus post offensam et eiectionem de paradiso Adam et Eva induti sunt».

TURBIDUS, da, dum quasi terbidus, id est terra commixtus, scilicet fece. Turbidus autem et turbulentus differunt, nam turbidus est ex natura, turbulentus extra naturam. Totum scribitur in Papia.

TURBO «est volubilitas ventorum. Et dicitur turbo a terra quia quotiens ventus consurgit terram in circuitu mittit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (11,19) ubi agit de ventis. Versus de Grecismo (IX, 24-5),

> Impetus est venti turbo, si turbinis addas;
> Turbo, Turbonis proprium ratione fruentis,

id est proprium nomen viri.

TURGEO, «ges, si, sum, id est inflari, tumere. Unde ... turgidus, da, dum, id est inflatus, tumidus, iratus ... et turgesco, turgescis inchoativum». Ita dicit Huguitio.

THURIBULUM est vas ad thurificandum aptum et dicitur a thure. Quod autem dicitur thuribulum quasi thuris bo-

10 n *om.* AB 13 sa sum *om.* B
TUNICA 2 sonum] tonum AD 5 de] a C
TURBIDUS 1 dum quasi] dum dicitur quod B; terbidus] turbidus AC 2 fece] fere C; turbidum A; turbulentum A, turbilentus D 3 turbidum A; turbidus autem est AC
TURBO 2 consursit C 7 id est *om.* ABD; viri est A
THURIBULUM 1 dicitur *om.* D

los, id est morsellos, cremans, ethimologia est, non compositio.

TURTUR avis est a sono nomen habens. Unde Ysidorus Ethimologiarum xii (7,60) sic ait, «Turtur de voce vocatur, avis pudica et semper in montium iugis et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum et conversationem fugit et commoratur in silvis. Cui econtrario columba humana diligit, domorum semper blanda habitatrix».

TURRIS dicitur a teres, teretis, quod est longum et rotundum. Unde Ysidorus Ethimologiarum xv (2,19) ubi agit de edificiis publicis sic ait, «Turres vocate quod teretes sint et longe, teres enim est aliquid rotundum cum proceritate, ut columpna. Nam et quamvis quadrate aut late construantur, procul tamen videntibus rotunde existimantur ideo quia uniuscuiusque anguli simulacrum per longum aeris spatium evanescit atque consumitur et rotundum videtur». Vel dicitur a terrendo quasi terris. Unde versus (*Grec.* x, 139),

Turris nomen habet quoniam contraria terret.

TURRIS GREGIS sic exponitur in Historiis (1223) super Genesis xv f (35,21), «Hunc locum dicunt Hebrei ubi post edificatum est templum et dictum quasi quodam vaticinio 'turrim gregis', id est congregationis future ad templum, sed Ieronimus dicit esse locum iuxta Bethleem ubi angelorum grex in ortu domini cecinit vel Iacob greges suos pavit nomen inde loco relinquens».

3 morcellos C; est et non D; compositio et debet scribi thuribulum per unum r C
TURTUR 5 cui] igitur C
TURRIS 1 longum] lignum A 2 xiiii A 3 quod] sunt quia B 5 quadrate aut rotunde aut A 6 tamen *om.* C; estimantur AC; ideo quia] ideoque A, ideo scilicet quia B 8 consumitur *om.* B
TURRIS GREGIS 2 xvi D; dicunt] exponunt B; hebrei esse dicentes ubi B 3 vaticino D 4 gregis] girgis C 6 ortum AC; ortu domini] ortudium D

TURRIS CUSTODUM dicebatur ubi custodes positi erant ad custodiam provinciarum.

THUS est nomen arboris et gummi inde defluentis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (8,2-3) ubi agit de arboribus aromaticis, «Thus est arbor Arabie immensa atque ramosa, lenissimi corticis, ramis ad aceris qualitatem, amigdale modo succum aromaticum fundens album et masticatione veluti in pulverem resolutum ... intus pingue» supple est thus «et igni appositum facile ardescens. Et appellatur apud nos masculus eo quod sit natura rotundus ad modum testiculorum. Reliquum planum et plene scabrosum, minus optimum. Adulteratur autem ammixta resina sive gummi, sed dignoscitur sua proprietate. Nam thus igni impositum ardescit, resina fumescit, gummi vero liquescit calefactum. Thus autem a tundendo dictum. Hoc et libanum vocatum a Libano monte Arabie ubi Sabei sunt. Nam mons eorum Libanus dicitur ubi thura colliguntur». Et nota secundum Huguitionem (*s. v.* Theos) quod thus dicitur a theos, quod est deus, «quia in sacrificiis deorum adoletur et sacrificatur». Et secundum hoc habet aspirationem. Vel dicitur a tundo, dis quia habile est ad tundendum et sepe tunditur, et secundum hoc caret aspiratione et scribitur tus sine h.

THUS 1 fluentis D 3 aromaticis dicit sic B 3-4 atque ... ramis *om.* D 4 amigdale *om.* B; modo] vero C 6 in *om.* ACD; supple *om.* C 7 ignis D 8 rotundum ABD 9 plene] plane B; scrabrosum ABD 10 autem] enim C 11 appositum AD; exardescit B 12 resina vero fumescit sed gummi liquescit B 15 nota] notandum B 19 quia] quod AC 20 tus] thus D

V & U

VACILLARE dicitur titubare, instabilem esse, tremulare, labare. Et dicitur a vaco, cas quod est vacuum esse vel fieri. Item vacare dicitur intendere vel insistere, ut «iste vacat lectioni». Unde vacat impersonale, id est vacuum est vel libet vel oportunum est, et inde dicitur hec Vacuna, id est dea vacationis et otii. Unde Oratius (*Ep.* 1, 10,49),

Hec tibi dictabam post templum putre Vacune.

A vacillare dicitur vacillans participium, id est titubans, instabilis, tremulus, hesitans et inconstans.

VADO, «vadis, vasi, dere, sum, id est pergere,... neutrum est cum omnibus suis compositis preter invado, quod est activum, et omnia faciunt preteritum in si et supinum in sum». Ita dicit Huguitio et etiam Priscianus (?) declinat vado, dis, vasi.

VADUM, di est locus brevis et humilis in aqua per quem homines et iumenta pedibus vadunt. Unde dicitur a vado, dis quia facilis est ad vadendum. Et inde dicitur vado, vadas per vadum transire vel per vadum ducere, ut vado equum, id est duco per vadum. Versus,

Te vado duco, vado vado transeo, trans vada vado.

In marg. fol. 195^{v} *add.* D: vaco cas ui tum id est esse vel fieri vacuum et licet videatur ad alias significationes transferri tamen omnes redolent illam dicitur enim vaco lectioni do operam lectioni vaco a lectione id est cesso a lectione vaco nummis id est careo nummis sed omnes iste significationes redolent primam cum enim dicitur vaco lectioni idem est ac si diceretur vaco ab aliis rebus et insisto lectioni

VACILLARE 1 instabile D 4 lectionem C; vacuum est] vanum est vel vacuum A, vacuum esse C 5 optimum A 7 dicabam C 8 id est *om.* D

VADUM 2 vadunt et ibi adagantur animalia unde et dicitur B 3 facilius D 4 ut] unde BC 6 vado vado] vada C

VAGARI dicitur spatiari, errare huc et illuc, discurrere. Unde vagus et vagabundus. Quod autem dicitur vagari quasi a via agi vel quasi varie agi ethimologia est.

VAGIO, gis, gii vel givi, re dicitur flere, plangere, plorare et proprium est infantium in cunis adhuc existentium. Unde vagiens participium, id est plorans, et hic vagitus, tus, tui, id est clamor vel fletus infantium.

VAGINA quasi bagina a baiulando dicitur eo «quod in ea mucro vel gladius baiuletur».Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xviii (9,2) ubi agit de pharetra, et producit penultimam. Unde Ovidius Methamorphoseon x c (475),

Pendenti nitidum vagina diripit ensem.

VA[T]H quandoque significat gaudium et est interiectio gaudentis, ut Isaie xliiii (16), «Va[t]h, calefactus sum», etc. Quandoque notat derisionem et est interiectio deridentis, ut Matthei xxvii (40), «Va[t]h, qui destruis templum dei» etc. Versus quos ponit Grecismus (XXIV, 40-7) de significationibus diversarum interiectionum,

O stupet, applaudit euge, sed ridet ahaha,
Hem dedignatur, aha approbat, eohe clamat,
Sistque silere monet, io laudat teste Nasone:
'Dicite io Pean et io bis dicite Pean',
Ha ha ha conqueritur, ha vagit, vituperat proth,
Va[t]h quoque deridet, pape miratur et ohe,
O utinam gliscit, sed io festinat et hari,
Evax letatur, heu tristatur, timet attath.

VAGIO 2 proprie A
In marg. fol. 196 *add.* D: a vagor aris vagabundus a um et vagus a um et comparatur unde vagitus tis et vagulus a um id est aliquantulum vagus unde hec vagula le dicitur iuvencula que vagatur per campum et hic vagalus id est anulus qui vagatur in digito

VATH 2 ut] in B 3 ut] unde C, *om.* B 4 templi C 7 obstupet B 8 hem] heu B; ehoe C; *post* clamat *add.* C: vide supra ubi exponitur eoge et teste persio probabis quod hic est falsus versus 9 io] lo B 11 vadit B; vituperat *om.* A; proth ve trope A; proth ve tprot D 12 vath] valet A, vah C; ridet A 13 sed] si C

VALE, valete, valeto, valetote verbum defectivum est pertinens ad salutationem. Versus de Grecismo (XVI, 1-2),

> Dicit ave veniens tibi iure valeque recedens,
> Hoc verbum salve comprendit aveque valeque.

VALEO, les, lui, lere, litum dicitur «vigere, sanum esse et posse. Item pretium denotat, ut 'iste equus valet c libras'. Item valere dicitur perire, infirmari . . . Unde valitudo quandoque ponitur pro infirmitate . . . Unde valitudinarius, a, um qui sepe infirmatur». Ita dicit Huguitio. Quandoque valitudo dicitur firmitas vel vigor. Grecismus (X, 272),

> Infirmi tibi sit valitudo, sit quoque firmi.

Dicitur a valeo dissimilique modo sed secundum diversas significationes. Item a valeo valenter, id est potenter, fortiter. «Item a valeo dicitur hic vallus, id est palus» et dicitur vallus quasi validus. «Unde hoc vallum dicitur concathenatura que fit de palis super aggerem . . . Et inde vallo, las, quod est circumdare, circumsepire, et proprie vallo vel vallis». Ita dicit Huguitio, sed Ysidorus Ethimologiarum XV (9,2) ubi agit de munitionibus dicit sic, «Vallum est quod mole terre erigitur, ut custodia pretendatur. Dictum autem vallum a vallis, nam valli fustes sunt, quibus vallum munitur. Et valli dicti eo quod figantur et vellantur». Versus de Grecismo (XII, 202-3),

> Est vallus palus circa turrim preacutus,
> Mutua vallorum connexio sit tibi vallum.

Item a vallando dicitur vallis eo quod sit vallata montibus.

VALLIS SALINARUM dicebatur quia ibi erant putei salis.

VALE 2 de Grecismo *om.* C 3 tibi] de BC 4 salus AD; comprehendit BC

VALEO 5 firmatur C 6 item grecismus A 7 quoque] tibi B 8 sed] scilicet C 9 potenter et fortiter A 12 quod] id BD 12-13 circumdare *om.* C 13 vallo] valle B; ita *om.* D 15 minitionibus A 18 fingantur C; vellantur] velantur A, valantur D, evellantur vel vallantur secundum alios C 22 vallendo D

VALVA, ve, id est hostium, dicitur a volvo, volvis et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Volvo), «valve proprie sunt que intus revolvuntur et sunt duplices».

VAPOR, id est calor, dicitur a vaporo, ras, quod est calefacere, urere vel vaporem emittere vel vaporando emittere.

VAPULO, las, id est verberare, verbum est neutrum passivum. Habet enim vocem activum et sensum passivi et significat passionem ab alio illatam et construitur cum ablativo interposita a vel ab prepositione, ut «vapulo a te» vel «ab Herode». Versus (*Doctr.* 978-9),

> Exulo, vapulo, veneo, fio, iiii ista
> Sensum passivi sub voce gerunt aliena.

VAS, vadis dicitur obses vel fideiussor. Et dicitur a vado, dis quia dato vade licet abire et vadere. Versus,

> Obside sive vade posito prius ad tua vade.

Unde hoc vadium et hoc vadimonium dicitur pignus vel fideiussio. Et est vas, vadis masculini generis.

VAS, vasis neutri generis a vescendo dicitur. Unde Ysidorus

In marg. fol. 196 *add.* D: valeo id est perire vel infirmari unde oratius valeat res ludicra id est pereat et terentius valeant qui inter nos discidia querunt id est pereant et huius causa est quoniam verbum defectivum pertinens ad salutationem in recessu scilicet vale valete solebat dici olim mortuis post peractam sepulturam ab inimicis quod erat signum quod non debebant eos amplius videre

VALVA 1 ve] live B; id est *om.* A; et *om.* C

In marg. fol. 196v *add.* D: vapor ris unde vaporus ra rum et vaporeus a um et vaporosus sa sum id est calidus et hec vapa pe id est vile vinum quod ex fece exprimitur vel ex vinato cum aqua et est fere nullius saporis unde vapa pe sepe dicitur insipiditas item vapa ardelio prodigus superfluus qui insipide et indiscrete dispergit res suas unde vapidus da dum id est insipidus et sine sapore et comparatur unde hec vapiditas id est insipiditas

VAPULO 2 activi D 4 vel *alterum*] et C 7 *Post* aliena *add.* C: vide supra ubi agitur de exulo

VAS, VADIS 1 obses obsidis B

VAS, VASIS 1 dicitur *om.* B

Ethimologiarum xx (4,1) ubi agit de vasis escariis sic ait, «Vasa quasi vesca a vescendo dicuntur eo quod in eis esce apponantur. Cuius diminutivum vascula quasi vescula. Fictilia dicta eo quod fiant et fingantur ex terra. Fingere enim est formare, facere, plasmare. Unde et figuli dicuntur». Et est vas etheroclitum in declinatione.

VAS FICTILE «dicitur ficticium, non illud in quo mendacium est, sed quod formatur ut sit et habeat aliquam formam». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (4,2).

VASA BELLI dicuntur arma. Unde versus,

Dic belli vasa que bellum postulat arma.

VASA PAPIRIA dicuntur de papiro facta. Vide supra ubi exponitur papirus. Sed Isaie xviii a (2) exponit glosa «'in vasis papiris', id est navibus de papiris que tante sunt magnitudinis secundum Historiam Alexandri ut naves fiant ex eis, vel cartis de papiro factis quas per legatos mittebant, vel indiculorum capsulis de papiro factis». Indiculos appellat glosa nuntios quasi parvos indices, ab indicando dictos, quorum pixides appellat capsulas, nam capsa a capiendo dicitur, cista ubi aliquid reponitur, et inde capsula diminutivum. Item alia glosa dicit Isaie xviii a (2) «recte vasa papiri, id est cartacia, portare dicuntur super aquas que cito delentur. Libri enim vicino humore obscurantur et delentur».

VASA PASTORIS appellat glosa Zacharie xi f (15) «peram et baculum, fistulam et sibilum». Et omnia ista exposita sunt

4 diminutivum est vascula A 4-5 fictilia vescula fictilia AD 7 vas vasis B

VAS FICTILE 1 dicitur *om.* C; vas ficticium A, fictum BC; in quo] quod C 2 quod *om.* D; habet A 3 *Post* xx *add.* C: ubi agit de vasis escariis in principio

VASA PAPIRIA 2 a *om.* C 3 in navibus A 6 carpsulis D 8 pixides vel pixidas B; dicta est A 9 capsila C 10 tecte B; papiris ABC 10-11 cartana A 12 et] id est A

VASA PASTORIS 1 f] scilicet C 2 baculum et fistulam B; et] sed B

supra in locis suis preter sibilum, quod est instrumentum parvum latum et tenue et artificialiter perforatum quod ad modum sibili reddit sonum cum arsi et thesi, id est cum ascensu et descensu vel cum elevatione et depressione.

VATICINARI verbum est deponens, id est divinare vel prophetare. Unde vaticinium, id est prophetatio vel prophetia, et vaticinia dicuntur poetarum carmina. Et componitur vaticinari a vates et cano, nis, nam hic et hec vates dicitur sacerdos, poeta vel divinus. Poete dicebantur vates a vieo, vies, vievi, viere, vietum, quod est ligari vel vincire, eo quod metra sua mensuris pedum et sillabarum ligabant vel vinciebant. Vates autem dicebantur sacerdotes et divini a vimentis vel a video, des quia futura videbant. Vel componitur vates a vas, vasis et theos, quod est deus quasi vas dei vel vas divinum. Unde sacerdos dicitur vates quia continet dominum per sanctimoniam. Item divini et prophete dicuntur vates quia continere videntur deum per futurorum prescientiam.

UBER, uberis, neutri generis, dicitur mamma. Et dicitur uber ab uva eo quod uvidum sit, id est humidum humore lactis in modum uvarum. Unde uber, id est fertilis et fecundus, et est communis generis iuxta regulam Prisciani (V, 16) qua dicitur quod nomina adiectiva in er terminantia, si non faciunt in is feminina, ut celer celeris, necessario communia sunt, ut uber, degener. Unde hec ubertas, id est abundantia et fertilitas et ubero, ras, id est abundare, quod componitur exubero, exuberas, id est valde abundare vel superabundare vel superexcrescere.

5 thesi] resi B
VATICINARI 1 id est] dicitur BC, *om.* D 6 vel] et B 7 pedum suorum et A; vel] seu BC 9 vel] et B 11 vates *om.* C 14 scientiam B
UBER 2 eo quod] quia C; id est] et B 3 id est *om.* A 4 communis] omnis A; iuxta] et secundum A 7 ubertas] uber C 10 superexcrescere] supercrescere C; excrescere D

VECORS, dis dicitur demens vel furiosus quasi ve habens in corde. Et est omnis generis, sicut excors et secors, que idem significant.

VECTIGAL a veho, his dicitur et est supra expositum ubi exponitur tributum. Unde hic et hec vectigalis et hoc le dicitur ad vectigal pertinens. Item vectigales dicuntur vectigal solventes.

VECTIS a veho, vehis dicitur illud ferrum quod in firmatura hostii vehitur huc et illuc causa serandi vel reserandi. Item vectis dicitur manica, id est cathena manuum. Unde Ysidorus Ethimologiarum v (27,17) ubi agit de penis, «Vectes dicti quia manibus vectentur». Item vectis dicitur diabolus Isaie xxvii a (1) quia durus est, fortis et rigidus et inflexibilis ad modum vectis, et ubi nos dicimus «serpentem vectem» lxx dicunt fugitivum, alii claudentem eo quod in carcere suo multos clauserit.

VEGETO, tas dicitur «vivificare, sustentare, regere, aliquam vim et valitudinem conferre». Et dicitur a vegetus, ta, tum, quod est fortis, adultus, vividus, validus, firmus. Et dicitur vegetus a vigeo, ges, gui, gere, quod est vivere, vigorem habere vel esse in vigore, posse vivere, valere, roborari, et caret supino. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Vigeo). Versus,

Hec tibi significat vegeto: rego, vivificoque,
Sustento, quandam vim confero, consolidoque.

VEHEMENS dicitur fortis quasi vehens mentem. Unde vehementer, id est fortiter, et hec vehementia, id est fortitudo. Et vehemens dicitur furiosus vel demens et tunc componitur

VECORS 1 dicitur vehemens demens A 2 et] quod B; sicut est excors B; quod B
VECTIS 1 quod in] quo BC 5 vectantur B 8 carcere] corde B 9 clausit A
VEGETO 3 invidus AD; validus et firmus A 4 vegetus ta tum B 7 hoc C 8 affero D
VEHEMENS 3 et *primum*] item BC; tunc *om.* C

a ve et habeo, habes et mens, tis, quasi ve habens in mente. Vel componitur a ve, quod est sine, et mens, «quasi sine mente» et inde dicitur vehementia, id est dementia. Ita dicit Huguitio (*s.v.* Memini).

VELAMEN OCULORUM exponitur multis modis Genesis xx g (16). In Historiis (1103) dicitur sic, «'Hoc erit tibi in velamen oculorum', . . . id est in memoriam verecundie, quod in mendacio deprehensa es. Unde subdit exponendo, et id est 'quocumque perrexeris memento te deprehensam'. Vel elegans est irrisio 'hoc erit in velamen oculorum', id est in preparationem funeris, quasi diceret 'anus es et vicina funeri et mentita es et inde me decepisti; habe ergo hoc in expensas funeris', quod magnis expensis solebat fieri maxime a Iudeis vel 'ad pepla emenda ut tegas faciem ne ameris'». Hiis tribus modis exponitur ibi. Pecunia etiam dicitur velamen oculorum, unde Ecclesiastici xx g (31), «Exenia et dona excecant oculos iudicum», id est velant per concupiscentias. Andreas exponit sic, virum tuum vocasti fratrem sicut solent pudibunde mulieres, sed hec, id est urbanitas loquendi, est facta in velamen verecundie et sine periculo potest esse ad eos qui tecum sunt, qui sciunt quod uxor eius sis, sed non ad alios, et ne hoc presumas aliis simulare, quocumque perrexeris memento quod iam sis in hoc deprehensa.

VELLICO, cas frequentativum est huius verbi vello, lis, velli vel vulsi, vellere, vulsum, quod est eradicare, carpere. Item vellicare dicitur summatim et paulatim carpere. Unde vellicans.

4 ve habens] vehens C 5 mens] mens tis C
VELAMEN 1 exponitur] componitur A 3 id est] quasi B 4 et *om.* B 7-9 quasi . . . funeris *om.* AD 7 es] est C 9 funeris *om.* B; quod] quia cum B, quia D 10 faciem tuam B 11 pecunia *om.* D; etiam] et D 13 concupiscentiam C 18 sis] sum A
VELLICO 2 vellere vel vulsum D; eradicare et carpere A

VELUM cortina, velum tectura vocatur (*Grec.* XI, 25-6)
Templi, tunc velo fore dicitur eius origo.
Et velum capitis, velamen sit monialis.
Est instrumentum magne navis quoque velum; (*Grec.* XI, 27-8)
Tunc non a velo sed sumitur a veho verbo.

Huguitio (*s. v.* Volo) autem dicit quod velum dicitur a volo, las quia velum «quasi ala volantis extenditur et navem volare facit. Unde volare et nare reciproca sunt», id est reciproce unum ponitur pro alio quia navis videtur habere alas in remis et velis, avis etiam videtur habere quasi remos et vela in alis. Unde velox dicitur.

VELLUS, leris dicitur corium ovis vel arietis cum pilis. Et dicitur a vello, lis quia olim lane vellebantur et non tondebantur. Ipsa etiam lana vel flocculus lane dicitur vellus. Totum sumitur de Ysidoro (*Etym.* XIX, 27,1).

VENA dicitur a venio, nis quia per eam sanguis venit. Vel dicitur vena a via quasi viena quia via est sanguinis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,121), «Vene dicte sunt eo quod vie sunt natantis sanguinis atque rivi per corpus omne divisi quibus universa membra irrigantur».

VENENUM dicitur a vena eo quod per venas vadit. Infusa enim pestis eius per venas, vegetatione corporis aucta, discurrit et animam extinguit. Unde dicunt non posse venenum «nocere nisi hominis tetigerit sanguinem. Omne autem venenum frigidum est et ideo anima, que ignea est, fugit venenum» frigidum. Ita scribitur in Papia. Venenum compo-

VELUM 1 textura B 3 et] est D 6 exponit et dicit A; volo] velo C 7-8 navem quasi volare B 10 avis etiam] aut etiam AC, avis autem B, et avis D 11 in alis] malis A; unde et velox B

VELLUS 4 *Post* Ysidoro *add. in textu* AC, *in marg.* D: flocculus a flo flas dicitur parva massa lane vel nivis quia lana (levi C) flatu impellitur et inde hic flocculus diminutivum

VENA 2-4 unde . . . sanguinis *om.* C 4 quod] quia B

VENENUM 2 corpus B 3 exigit A; non] si C 4 homini nisi D 5 frigidus A; est *primum om.* B 6 frigidus B

nitur cum facio, cis et dicitur venefico, cas, id est venenum facere. Et inde dicitur veneficus, ca, cum, id est venenum miscens et faciens. Unde hoc veneficium dicitur tale maleficium.

VENEO, venis, id est vendi, verbum est neutrum passivum quia habet vocem activum et significationem passivi. Vide versus supra positos ubi exponitur vapulo. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Venum) componitur veneo a venum et eo nam hoc venum, veni dicitur «venale vel venditio». Unde dicitur veneo quasi pro venali vel venditione eo. Et similiter vendo, vendis et venundo, das componuntur a venum et do. Et nota quod veneo declinatur veneo, venis, venii vel nivi, nire, venum, nu in supino. Unde Priscianus (x, 54), «Veneo secundum analogiam venitum deberet facere supinum, pro quo venum magis in usu est».

VENIA, nie idem est quod indulgentia si precedit peccatum. Si vero non precedit idem est quod licentia. Unde Ecclesiastici xxv g (34), «Ne des aque tue exitum nec modicum nec mulieri nequam veniam prodeundi», id est licentiam vel libertatem. Et dicitur venia a venio, nis quia venit a libertate dantis. Versus de Grecismo (x, 274-5),

> Fas tibi sit venia peccato non preeunte,
> Quod si precedat solet indulgentia dici.

VENTER, tris dicitur a ventus, ti quia ventos concipit. Quid autem sit venter et in quo differat ab alvo et utero invenies supra ubi exponitur alvus.

VENTILO, las dicitur ad ventum dispergere, proicere, exquirere, excutere, investigare. Unde hoc ventilabrum, id est pala, ventilandi instrumentum, quo palee ventilantur.

7 dicitur *om.* C 9 venficum D
VENEO 2 et] etc C, *om.* B 4 exponitur B 6 venditione et eo B; eo] do D 9 nu] veni D
VENIA 3 xxvi B; ne] non A 5 et] vel B 8 precedit B
VENTILO 1-2 exquirere *om.* C 3 pila B; instrumentum scilicet que C; vetilantur C

VENTUS exponitur supra ubi exponitur aquilo. Dicitur autem ventus a venio, nis quia venit vel quia violentus fit vel quia violenter venit. Et inde ventosus, sa, sum vento plenus, vento inflatus, instabilis, verbosus, vane laudis et glorie cupidus. Et ventuosus, sa, sum dicitur in eodem sensu.

VENUNDO, das, venundedi, venundare idem est quod vendere cuius compositio tangitur supra ubi exponitur veneo. Aliqui autem dicunt quod componitur a venum, quod est supinum huius verbi veneo, nis et do, das. Unde dicitur venundatus, ta, tum, id est venditus. Et nota quod ubicumque do, das corripit primam sillabam in simplici et in compositis huius corripit. Unde quia datur corripit primam sillabam venundatur corripit penultimam. Similiter se habet dedit ad venundedit et dabit ad venundabit et dare ad venundare et datus ad venundatus et dator ad venundator. Quia vero detur in simplici producit primam sillabam ideo venundetur producit penultimam. Idem dicas de omnibus compositis a do, das dummodo sint prime coniugationis.

VENUSTUS, ta, tum a Venere dicitur pulcher et decens. Unde hec venustas et venusto, tas, id est venustum facere.

VEPRES, sicut ait Papias, est rubi vel spinarum genus. Ysidorus autem Ethimologiarum xvii (7,60) dicit sic, «Maiores nostri omnem arborem spinosam veprem dicebant quod vi prendat». Versus,

Dicitur hinc vepres quia prendit vellera vestes.

Dicuntur ergo vepres quasi vi prendentes vel quasi vehentes

VENTUS 2 quia venit *om.* D 3 sum id est vento C 5 ventosus ACD; dicitur *om.* C

VENUNDO 2 veneo venis B 4 nis *om.* C; dicitur *om.* C 7 datur et corripit A 8 penultimam et similiter B 12 Idem dicas] idemptitas A

VENUSTUS 2 hec *om.* B; id est *om.* C

VEPRES 1 est] sunt C 2 Ethimologiarum *om.* C 4 viprem dat D 4-5 versus . . . prendit *om.* A 4 versus *om.* B 6-8 vehentes . . . prendentes] vi predantes vel quasi vestes predantes vel quasi prendentes vel

predam vel quasi vi predantes vel quasi vestes predantes vel prendentes. Et declinatur hec vepres, huius pris. Unde Priscianus dicit in tractatu de diminutivis (III, 33), «in es productam desinentia feminina tertie vel quinte declinationis abiecta s assumunt cula et faciunt diminutiva et servant e productam, ut vulpes vulpecula, nubes nubecula, dies diecula, res recula, . . . vepres veprecula . . . Excipitur merces . . . mercedula».

VERBA dicta quia cum agitantur verberant aerem. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum (I, 9,1). Verbum ergo dictum a verberatu aeris et habet multas significationes. Est enim verbum una pars VIII partium orationis. Item verbum dicitur sermo, ut ibi (*Ps.* 5,2), «Verba mea auribus percipe, domine». Item verbum dicitur deceptio. Unde Ovidius (*R. Am.* 95),

Verba dat omnis amans.

Item verbum dicitur filius, ut ibi (*Io.* 1,14), «Verbum caro factum est». Unde versus (*Grec.* XI, 53-4),

Hoc nomen verbum designat quattuor ista:
Est deceptio, pars et filius atque loquela.

VEREDARIUS dicitur auriga vel nuntius in reda portatus. Et dicitur veredarius a veredus, di. Dicitur autem veredus equus vehens, id est trahens, redam. Et componitur a veho et reda, quod expositum est supra, quia vehit, id est trahit redam. Veredus autem secundum quosdam dicitur auriga. Unde in Papia scribitur «veredos antiqui dixerunt quod ve-

quasi vehentes predam vel quasi vellera predantes vel prendentes C 7 vel quasi vi predantes *om.* D 8 prendentes] precidentes A, prendantes D; *post* prendentes *add.* D: vel quasi vellera predantes vel prendantes 9 in tractatu *om.* C 10 productas A; quinte] quarte C 12 e] es B 12-13 dies diecula *om.* BC; diescula D 13 res recula *om.* C; recula] regula B 14 mercedula etc. B

VERBA 2 Ethimologiarum *om.* C; ergo dictum] autem dicitur B 4 verbum *primum om.* C; de octo partibus B 5 domine etc. B 7 amans id est deceptiones B 8 ibi *om.* C 9 factus AB

VEREDARIUS 4-5 trahit terram et redam B 6 quod] quia BC 6-7 veherant B

herent redas, id est ducerent», et inde veredarius, a, um ad veredum vel veredarium pertinens.

VERMIS «animal est quod plerumque de carne vel de ligno vel de quacumque re terrena sine ullo concubitu gignitur. Licet quandoque de ovis nascatur ut scorpio». Proprie autem vermis in carne putrida nascitur. Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xii (5,1). Dicitur autem vermis a verro, verris, verri, verrere, versum, quod est trahere vel tergere, purgare, radere, scopere, quia verrit, id est trahit se. «Non enim ut serpentes apertis passibus vel squamarum nisibus repit quia non est illi spine vigor ut colubris. Sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat». Ita dicit Ysidorus ut supra (XII, 5,19). Vel dicitur vermis quasi vernis quia in vere exeat. Unde hic vermiculus diminutivum dicitur parvus vermis. Et secundum quod ponitur ii Regum xxiii b (8) exponitur sic in Historiis (1345), «Comparatur David vermiculo ligni, qui teredo vel terebella dicitur, qui mollis lignum perforat. Dum tangitur nichil mollius illo, quando tangit nichil durius», etc. Item vermiculus dicitur ruber color. Unde dicit Papias, «vermiculus est ex silvestribus frondibus, in quo lana tingitur que vermiculum appellatur». Vide supra ubi exponitur coccus. Ysidorus Ethimologiarum xix (28,1) ubi agit de coloribus vestium ita dicit, «Coccum Greci nos rubrum sive vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus».

7 ducerentur C; et *om.* C 7-8 um id est ad C

In marg. fol. 198v *add.* D: veretrum dicitur membrum virile quod sit tantum viri vel quia ex eo virus id est semen emittatur

In marg. fol. 199 *add.* D: Vergere id est in mare occidere occasum facere

VERMIS 4 in carne putrida] de carnibus A 6 tegere B 10 tractas A 11-12 ut supra *om.* D 13 hic *om.* B; dicitur] id est C, *om.* B 13-14 parvus scilicet vermis B 14 b *om.* C 16 qui] que C; molle B 16-17 lignum durum perforat C 18 rubeus C 19 dicit *om.* C 20 tangitur AB 21 ysidorus autem eth B 23 nos vero rubrum B

VERMICULATUS, ta, tum, id est distinctus et variatus, tractum est a vermiculis qui rodentes ligna aratiunculas ibi faciunt varias et distinctas et quasi in modum vinee circumducunt. Sic et aurifabri faciunt protractiones varias in metallis. Unde Cantici i (10), «Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento». Glosa, id est «distinctas et variatas». Et dicit ibi, «Alia translatio 'similitudines aurifabre faciemus tibi cum distinctionibus argenti'». Vel a vermiculo colore dicitur vermiculatus quia color ille tincturam variat et ab aliis distinguit. Item vermiculatus dicitur a vermiculis exaratus.

VER supra expositum est ubi exponitur autumpnus. Et inde dicitur vernus, na, num ad ver pertinens vel clarus, splendidus et delectabilis. Et hic et hec vernalis et hoc vernale in eodem sensu et verno, nas, id est clarere, splendere et delectari.

VERNACULUS dicitur famulus in domo nutritus. Et est diminutivum a verna nam «hic et hec verna dicitur famulus pulcher vel famula quia vernat, id est claret vel delectat pulchritudine sua in domo divitum. Unde hic et hec vernula, le et hic et hec vernacula, cule, et hic vernaculus et hec vernacula». Ita dicit Huguitio (*s.v.* Vireo). Vide supra ubi exponitur servus.

VERSATILIS gladius exponitur sic in Historiis (1075) super Genesis iii g (24), «'collocavit ante paradisum voluptatis cherubin et flammeum gladium atque versatilem' ut angelus arceret diabolum et ignis hominem. Vel misterio angelorum posuit ignem ibi qui intercluderet paradisi ingressum qui nomine gladii non cuiuslibet sed versatilis dicitur, id est

VERMICULATUS 10 item] unde C
VER 1 et inde] unde A 2 dicitur *om.* AB 3 et hic *om.* D
VERNACULUS 1 nutricis B 3-4 in pulchritudine A 4 sua et maxime in domo divitis domini sui B; huius le AB 5 huius cule ABC
VERSATILIS 2 ante] autem BC 4 dyabolos B

utrobique secantis, quia pena fuit homini in utraque sui parte puniri . . . Vel dictus est versatilis, id est aptus ad versandum, id est tollendum, cum deus vellet. Ablatus enim fuit ad tempus intrantibus Helya et Enoch, penitus vero non donec in morte Christi fuit extinctus» etc.

VERSIPELLIS dicitur astutus, deceptor quia in diversa vultum et mentem vertit. Et componitur a verto, tis et pellis quia dum diversis modis decipit quasi in varias pelles se transvertit. Et declinatur hic et hec versipellis et hoc versipelle.

VERSUS quandoque ponitur pro ordine ut tertio Regum vii (17) ubi dicitur, «septena versuum retiacula» etc., et in multis aliis locis. Item versus dicitur actio vel passio vertendi. Item versus constat ex pedibus, etc.

VERSUTUS, ta, tum dicitur callidus, astutus, malitiosus, qui in omnibus versatur. Unde Ysidorus Ethimologiarum (x, 277), «Versutus dicitur eo quod eius mens in quolibet actu ad quamlibet fraudem facile vertitur. Unde et versutia dicitur contorta sententia. Plautus,

Versutior es quam rota figuralis.»

Item versutia dicitur astutia.

VERTEX «est ea pars capitis qua capilli colliguntur et in qua cesaries vertitur, unde et nuncupatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,26). Ponitur autem frequenter pro summitate et est masculini generis. Item vertex appellatur

8 aptus] apud D   10 intrantibus primo helia C; penitus] positus A   11 etc. *om.* B

VERSIPELLIS 1 diversum C   3 quia dum] quasi diceret B; quasi] quia B; pelles id est deceptiones B   4 et hoc *om.* A

VERSUS 1 quando D; ut] unde C; vii *om.* B, vii c CD   2 etc. *om.* A   3 actus B   3-4 vertendo D

VERSUTUS 2 eth x libro C   3 dicitur *om.* C   3-4 actu et ad AC   6 es] est A

VERTEX 1 ea *om.* C   2 nuncupantur B

nodus vel globosa eminentia que ad modum verticis apparet in ligno. Unde Sapientie xiii f (13), «lignum curvum et verticibus plenum». Vide infra proximo ubi exponitur vertigo, in fine.

VERTIGO, ginis a verto, tis dicitur, scilicet globus, convolutio, congiratio, sicut quandoque fit in terra a vento et in capite a morbo. Unde Ysidorus Ethimologiarum iiii (7,3) ubi agit de cronicis morbis sic ait, «Vertigo est quotienscumque ventus consurgit et terram in circuitu mittit. Sic et in vertice hominis arterie et vene ventositatem ex resoluta humectatione gignunt et in oculis girum faciunt. Unde et vertigo nuncupata est». Et inde dicitur «vertigineus et vertiginosus, a, um qui vertiginem capitis patitur» et dicit Huguitio (*s. v.* Verto) quod «vertex sepe accipitur pro vertigine quod antiqui dicebant vortex et vortigo».

VESICA quasi vas aque dicitur quoddam intestinum. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,137) dicit sic, «Vesica dicta quod, sicut vas aqua, ita de renibus urina collecta completur et humore distenditur. Cuius usus in volucribus non habetur». Item vesica dicitur elevatio et inflatio cutis que similiter plena est aquosi humoris. Unde Exodi ix b (9), «erant in hominibus et iumentis ulcera et vesice turgentes». Unde vesicula diminutivum, scilicet parva vesica. Item vesicula dicitur illa tenuis pellicula, vesice formam habens, que est in gutture avis in qua cibaria congregantur. De qua dicitur Levitici i g (16), «vesiculam vero gutturis et plumas proiciet».

VESCOR, ceris dicitur comedere, uti potu et cibo. Verbum deponens est et caret supino cum suis compositis. Vide versus differentiales supra positos ubi exponitur fruor.

VERTIGO 1-2 globus vel convolutio A 3 iii D 5 terram et eam in B; circuitum C 5-6 sic et *om.* B 8 vertigineus a um C 11 vortigo super proferebant B

VESICA 3 sicut vas aqua] *sic Isid.*, sit vas aqua quia AB, sit vas aque qua CD 4 in *om.* D 6 ix] x BCD; in *om.* C 9 est *om.* C

VESPA, pe «animal est exiguum volatile, aculeis venenosum, que de asinorum carnibus putridis nascitur», sicut fuci de mulis, scrabones de equis et apes de vitulis. Ita scribitur in Papia et, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Vireo), vespa componitur a vis et peto vel paro quia vi petit vel quia vim parat. Est enim violentum animal. Unde hoc vespetum dicitur locus ubi vespe abundant et hoc vesparium nidus earum.

VESPERE fit nona; si re mutaveris in ra
Solis habes ortum; si ra mutaveris in rum
Illius occasum; sit vesper quelibet hora
Qua sol vel luna tegitur caligine tetra.
Ri rorum cantant, re rarum timpana pulsant.
Hec Vesperta dea dicatur, Vesperus astrum.

Isti versus sumuntur de Grecismo (XII, 376-81) ad quorum evidentiam nota quod dicit Huguitio (*s. v.* Hespera), hesperam dicunt Greci horam «que est inter diem et noctem et inter noctem et diem. Unde hic hesperus dicitur stella occidentalis que in vespere post solem apparet». Item «ab hespera et hesperus, subtracta h et loco illius v consonantem ponentes, dicimus hec vespera, pere et hic vesperus, ri; idem est quod hespera, scilicet hora que est inter diem et noctem et inter noctem et diem, et huius genitivus ponitur adverbialiter, ut ibi (*Mt.* 28,1) 'vespere autem sabbati'» et significat in tempore, et ad ipsum fit relatio cum dicitur «que lucescit» etc. «sicut ad hoc nomen Romam positum adverbialiter fit relatio cum dicitur 'iste vadit Romam, que est caput mundi' et fit relatio ad nomen ita positum non ex eo quod ponitur adverbialiter sed ex eo quod est nomen et quandam vim nominis ibi retinet. Unde hec Vesperta, te

VESPA 1 volatile *om.* A 2 nasci dicitur CD 3 scarbones B 5 quia *primum om.* A

VESPERE 2 habet B; ra] re D 3 qualibet B 6 dea *om.* B 8-9 quod dicunt Greci hesperam A, quod vesperam dicunt Greci BC 9-10 et inter noctem et diem *om.* C 10 hesperus] esperus A, hesperus ri BD, vesperus ri C 12 et *primum om.* A 13 hic *om.* B; hesperus C 14-15 et ... diem *om.* C 17 fit] sit C

dicitur dea illius hore que est inter diem et noctem ... et vespertinus, na, num. Et hec vespertina dicitur cena in sero, in vespera et hec vespertilio avis volans in vespere. Item a vespere vespero, ras, ... id est vesperam facere. Unde vesperasco, cis inchoativum et per compositionem advesperasco, advesperascis ... et omnia ista ex parte actionis soli deo conveniunt. Potest tamen dici 'dies advesperat vel advesperascit' », id est tendit vel incipit tendere ad vesperam, et impersonaliter advesperascit, id est vespera appropinquare incipit. « Item a vespera vel vesperus hic vesper, peris et hec vesperugo, gis ... Et nota quod hic hesperus et hic vesperus et hic vesper, vesperis et hec vesperugo nomina sunt eiusdem stelle que in nocte post solem apparet et in mane » ante diem. Dicitur autem Venus in sero et hesperus et vesperus et vesper et vesperugo, « in mane Lucifer vel Fosforos ». Fos grece, quod est lux latine, et foros idem est quod ferre. Unde fosforos quasi ferens lucem. « Item vespera et vesperus diversiclinia sunt, aliud enim significant in singulari quam in plurali, nam vespere vesperarum significant illud tempus in quo cantatur officium, vesperi, rorum illud officium. Vesperi siquidem cantantur sed vespere pulsantur. Quidam tamen non distingunt inter vesperas et vesperos quantum ad officium. Item a vespera vel vesperus dicitur hoc vesperum, ri, id est obscuritas que fit interpositione nubium inter nos et solem vel lunam quacumque hora diei vel noctis. Et hec vespere vel vesper, ris significat horam qua sol incipit de-

25 vespera facta et B; hec] hic BC; vespertilio onis B; avis de nocte volans C; *post* vespere *add.* B: vide infra ubi exponitur vespertilio 30 et *om.* AC 32 hic] hoc BC; huius peris AB; hec] hoc AD 33 huius gis A; hic hesperus et *om.* D 34 vesper] *in marg. iuxta* vesper *add.* AD: doctr (581) er maribus detur iter hoc vesperque sequetur 36 autem] ergo AD, etiam C 36-37 et vesperus et hesperus et vesperus A 37 mane dicitur lucifer B, mane vero dicitur lucifer D; fosforos dicitur a fos (fox B) BC 37-39 fos ... lucem *in marg.* D 38 quod est *om.* AD; foros quod idem B; idem *om.* C; quod est ferre C 42 cantatum D; illud] idem D 43 sed *om.* D 46 nubilum C; nubium et inter D 47 solem vel nubem vel A; vel] et D; hec] hoc CD 48 qua] in qua C

clinare ad occasum, et durat usque ad crepusculum». Et vesperi dativus invenitur positus adverbialiter, ut dicit Priscianus (xv, 6) ubi agit de adverbio. Et hoc vespere indeclinabile pro hora pulsandi. Hec nomina ita distincta sunt, frequenter tamen huiusmodi proprietates confunduntur et pro se invicem posita inveniuntur.

«VESPERE AUTEM SABBATI» etc. Matthei xxviii a (1) nomine vesperis, ut dicit Augustinus De concordia evengelistarum (*PL* 34,1198) noctem significat, «a parte totum». Et est vespere sabbati, id est nocte sabbati, sed, ne de ipso vespere, quod est principium noctis, intelligemus, mutavit genus et ait «que», scilicet nox «lucescit in prima sabbati», id est terminatur in luce sabbati, hoc est cuius finis est dilu-

49 durat] ducit A 51 hoc] hec C

In marg. fol. 200 *add. ex Huguitione* D: nota quod hesperus vel vesperus et vesper ris et hec vesperugo sunt nomina eiusdem stelle que in nocte post solem apparet et in mane ante solem unde in mane dicitur lucifer vel fosforos et dicunt quidam quod hec non potest esse in eodem tempore quod eadem stella sero sequatur solem et in mane precedat sed hoc contingit in diversis temporibus alii dicunt quod mercurius et venus cum sint satellites solis quandoque ita sunt dispositi quod venus precedit solem et mercurius sequitur vel e contrario et tunc una illarum stellarum scilicet illa que sequitur solem videtur in sero post solem illa que precedit in mane ante solem sed quia ille stelle due sunt similes et in quantitate cum splendore creditur quod eadem stella sit in sero post solem et in mane ante solem aliis vero placuit dicere quod una et eadem stella sit scilicet venus que in sero sequitur solem et in mane ardet et in eodem tempore anni. Est enim venus altior sole contingit autem quod simul venierunt ad occasum quia venus est altior diutius videtur in sero quam sol eadem ratione et citius videtur in mane quamvis eque cito motu discurrant et ad hoc ostendendum satis familiare diligens doctor iudicet exemplum nam citius videmus ascendentia remota quam propinqua et diutius videmus descendentia remota quam propinqua quamvis equo et pari motu incedant dicitur ergo venus in sero hesperus et vesperus et hesper et vesperugo in mane lucifer et fosfolos.

VESPERE AUTEM SABBATI 1 xxviii] xviii A 4 est *om.* B 5 non intelligemus A, intelligeremus B, non intelligeremus D 6 et] ut C 7 in luce sabbati] in luce prime sabbati B, in prima sabbati luce C; hoc] hec B; fines B; est *tertium om.* B

culum prime sabbati, id est dominice, quasi diceret nocte sabbati venerunt, non tamen qualibet parte noctis sed diluculo. Vide quod dicitur supra proximo. Item vide supra ubi exponitur sabbatum. Aliqui construunt sic: «in prima sabbati», id est in dominica que appellatur prima; «sabbati», id est septimane; «que lucescit», id est lucere incipit; in «vespere sabbati», quantum ad Hebreos qui incipiunt diem naturalem in vespere. Unde scribitur in Compoto:

Mane diem greca gens incipit astra sequentes;
In medio lucis Iudei; vespere sancta
Inchoat ecclesia; medio sub tempore noctis
'Venit Maria Magdalene' etc.

Plana est constructio.

VESPERTILIO secundum Ieronimum avis est nocturna, lucifuga, et solem videre non potest. Secundum Ambrosium dicitur animal ignobile a vespere nomen accipiens; et dicit quod est volatile quadripes et dentibus utitur. Non ova sed pullos generat. Volat autem in aere avium more, sed crepusculo vespertino. Ita scribitur in Papia. Ysidorus in xii Ethimologiarum (7,36) sic ait, «Vespertilio pro tempore nomen accepit et quod lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolat precipiti motu acta et tenuissimis brachiorum membranis suspensa, animal murium simile et tam voce resonans quam stridore, specie quoque volatilis est simul et quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet». Nec te moveat quod dicitur acta et suspensa quia ista adiectiva non referuntur ad vespertilionem sed ad avem, quasi diceret «vespertilio est avis acta et suspensa» etc. Vespertilio enim

10-11 vide . . . sabbatum *om.* C 11-20 aliqui . . . constructio *in marg.* D 14 quantum] quod D 16 *Cf. Walther*[1], *no.* 10641 19 magdalena maria A, maria magdalis C, maris magdalena D 20 plena C
VESPERTILIO 4 quadrupes D 4-5 sed deformes sicut et ipsum pullos B 6 vespertino et diluculo ante solem ita B; ysidorus autem in B; xii] xx C 8 fugiens corpusculo vel crepusculo A 10 membranis suspensa *om.* C 10-11 resonat B, rosonans C 11 simul] similis D 15 enim *om.* C

masculini generis est, sicut patet per Priscianum (v, 9) qui ait, «In o, i antecedente, quando non sunt verbalia vel participialia, masculina sunt, ut stellio, gurgulio». Nichil excipit.

VESTIBULUM est locus ante fores qui dicitur porticus vel atrium. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (7,2) ubi agit de aditibus, «Vestibulum est vel aditus domus private vel spatium adiacens edibus publicis. Et vestibulum dictum eo quod eo vestiuntur fores vel quod aditum tecto vestiat». Vel dicitur vestibulum locus in quo vestimur. Secundum Huguitionem (*s. v.* Vestio) vestibulum dicitur quasi vestabulum quia fuit dee «Veste consecratum» vel quia prius fuit in templo Veste. Virgilius in v Eneidos (vi, 273-7), optime describit vestibulum inferni dicens,

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci
Luctus et ultrices posuere cubilia flamme
Pallentesque habitant morbi tristisque senectus
Et metus et malesuada fames ac turpis egestas,
Terribiles visu forme, letumque laborque etc.

Unde (*secundum Huguitionem*) componitur vestibulum a ve, quod est sine, et sto quasi sine statione quia introeuntes non stant in illa parte nec morantur sed transeunt in interiorem partem domus.

VESTIGIUM est signum pedis prima planta impressum. Et componitur a vestis et ago quia quasi vestis fit pedibus,

16 est *om.* B 18 gulgulio D; et nichil B
VESTIBULUM 1 qui alio nomine porticus dicitur B 2 xv] v B 4-5 dictum eo quod *om.* B 5 eo *om.* D; vestiantur B; quod] quia D; tecti B 6 Vel . . . vestimur] vel quia solent ibi vestire viri ac mulieres antequam ostium principale domus ingrediantur ut recipiantur cum honore B 7-8 vestabulum] vestre stabulum B, veste stabulum CD 8 Veste *om.* D 11 infantibus AB 13 psallentesque A; pallentes quia B 14 et metus *om.* B; male suadat D 15 *Post* laborque etc. *add.* A, *in marg.* CD: hic orcus dicitur infernus ab orce quod est recipere quia semper paratus est recipere 16 unde] vel B, unde et D 17 sto stas B 18 stant] intendunt vel stare vel diu sistere B; in illa parte *om.* D; illa] ea B; neque D; morari B; transire B
VESTIGIUM 2 ago agis B; pedibus *om.* D

cum impressi terre quasi quibusdam vestibus se tegant. Vel dicitur vestigium «quia vie percurrentium vestigiis vestigentur, id est agnoscantur». Unde sepe dicitur vestigium signum. Et inde dicitur «vestigio, as, id est vestigiis inquirere, et per sincopam vestigo, gas inquirere, explorare. Et dicitur vestigare quasi vestem agere». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Vestio).

VETERANUS, na, num dicitur senex decrepitus, emeritus.

VEXILLUM diminutivum est a velum, li.

VIATICUM dicitur victus qui necessarius est in via ad expendendum et defertur in via. Unde et viaticum dicitur corpus domini quia propositum est nobis victus in via. Unde et viaticus, ca, cum, id est in via necessarius vel delatus vel in via sustentatus. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Veho).

VIBRO, bras dicitur resplendere, crispare, concutere ad iaculandum vel iaculari, sicut solemus cum minuta virga. Ita dicit Huguitio.

VICIA, vicie genus est leguminis et dicitur a vice quia vice panis ea utuntur in quibusdam partibus. Vel dicitur vicia a vicio quasi viciosa quia mala est. Vel dicitur a vicia quod est victoria quia victores inde coronabantur. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (210), «Pervicax proprie dicitur qui in proposito suo ad victoriam perseverat. Antiqui enim viciam dicebant quam nos victoriam. Et credo quod inde dicatur herba vicia, id est victorialis». Idem xvii (4,9), «Vicia dicta

3 cum] et A; impressi sunt terre vel cineri quia cineribus quasi vestibus B; tegunt BC 4 quia] quasi C 7 simopan D

VETERANUS decrepitus] detritus B, detrictus D

VIATICUM 2 et *alterum om.* A

VICIA 3 mala est et insipida hominis gustus vel B; a vicia *om.* B 4 victores populares et pastores in gignasiis et ludis suis ea tempore suo id est quando erat viridis coronabantur B, victores olim inde C 6 *Post* perseverat *add.* A: pervicax corripit mediam sillabam 7 et *om.*A 8 hec herba AD

quod vix ad triplicem perveniat fructum, cum alia legumina proventum habeant fertilem. Unde Virgilius in secundo Georgicorum (1, 75-6),

> Aut tenuis fetus vicie tristisque lupine
> Sustuleris ».

VICISSIM adverbium, id est per vices vel alternatim. Unde hec vicissitudo, id est vicis alternatio vel retributio.

VICIUM dicitur a vincendo, id est ligando, quia vincit, id est ligat, vitiosum. Et inde vitio, as dicitur corrumpere quia vitia corrumpunt.

VICI, « castella et pagi nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu coluntur et propter parvitatem sui maioribus civitatibus attribuuntur. Vicus autem dictus ab ipsis habitationibus vel quod vias habeat tantum sine muris. Est autem sine munitione murorum, licet et vici dicantur ipse habitationes urbis. Dictus autem vicus eo quod sit vice civitatis vel quod vias habeat tantum sine muris ». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xv (2,11-12) ubi agit de edificiis publicis. Dicitur ergo vicus a vice vel a via, et inde viculus diminutivum, scilicet parva villa vel parva urbis habitatio.

VICTIMA proprie dicitur sacrificium pro hostibus victis, sicut hostia pro vincendis. Versus,

> Victima pro victis datur, hostia pro superandis.

« Et erant victime maiora sacrificia quam hostie. Alii victimam dictam putaverunt quia ictu percussa cadebat vel quia vincta ad aras ducebatur ». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (19,34). Et inde dicitur victimo, mas, id est sacri-

10 secundo] libro B 12 tristique C
VICI 2 vincuntur coluntur A, solvuntur B 4 quod] quia B; habeant A 6 ipsi B; habitatores BD 7 tantum *om.* A 9 vel] sive B 10 urbis *om.* D
VICTIMA 1 victima me A; dicitur *om.* C 2 pro vincendis] pro hostibus vincendis B 5 quia *om.* B

ficare. Victima dicitur quasi ictima ab ico, icis, quod est percutere, et preponitur v per prothesim. Vel dicitur a vinciendo quasi vinctima et tunc subtrahitur n per sincopam.

VIDUA dicitur quasi a viro idua, id est separata. Nam iduo, iduas dicitur separare. Vide supra ubi exponitur idus in tractatu de Kalendis. Versus,

Fertur defuncto mulier viduata marito.

VILLICUS dicitur ville gubernator, sic dictus quasi ville custos. Et inde villico, cas officium villici exercere. Et inde dicitur villicatio, id est villicandi actio, ville gubernatio vel officium villicandi.

VIMEN, minis mollis virga et viridis. Dicitur autem vimen «eo quod habeat vim multam viroris. Natura enim eius talis est ut, etiam si arefactum abluatur, virescat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,48) ubi agit de propriis nominibus arborum versus finem.

VINACIUM et vinarium idem significant, sed «posterius vinum, quod etiam vinacenum dicitur, et est quasi fex totius vini et etiam illud quod remanet post expressionem vini et proicitur extra». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Vincio) et cum ultima expositione concordant expositores Osee iii (1) dicentes quod vinacia uvarum sunt pellicule que remanent vino expresso. Unde Grecismus (XI, 136-7),

Pelles uvarum vinacia dic fore tantum,
Et dicas acinum quod in uva cernis acutum.

8-10 victima . . . sincopam *post* pro (*v.* 1) *inseruit* B, *in marg.* D 8 et dicitur victima B; ictima et dicitur ab A; inctima et ab D 9 et . . . prothesim *om.* B
VIDUA 2 separare] separo separas B; exponuntur BD
VILLICUS 1 dictus] dicta D
VIMEN 2 vigoris A 3 etiam *om.* C
VINACIUM 1 sed] scilicet B 4 producitur C 5 doctores scilicet expositores B 6-7 expressos D 8 vicinacia D

VINARIA, rie, sicut dicit Huguitio (*s. v.* Vincio), dicitur cella ubi vinum reponitur.

VINCIO, cis dicitur ligare et, sicut ait Priscianus (IX, 28), facit preteritum vinxi et supinum vinctum. Unde vinctus, ta, tum, id est ligatus. Unde in Psalmo (*Zc.* 9,12) «vincti spei», id est in spe liberationis.

VINUM dicitur quasi in vite natum vel dicitur vinum a vena eo «quod potus eius venas sanguine cito repleat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xx (3,2) ubi agit de potu. Vide versus supra positos ubi exponitur temulentus.

VIOLA quedam herba est cuius flos similiter nuncupatur et, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,19), «Viola propter vim odoris nomen accepit».

VIPERA genus est serpentis venenosi de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (4,10), «Vipera dicta quod vi pariat. Nam et cum venter eius ad partum ingemuerit catuli, non expectantes maturam nature solutionem, corrosis eius lateribus, vi erumpunt cum matris interitu . . . Fertur autem quod masculus, ore inserto vipere, semen expuat; illa autem ex voluptate libidinis in rabiem versa caput maris ore receptum precidit. Ita fit ut parens uterque pereat: masculus dum coit, femina dum parit. Ex vipera autem fiunt pastilli qui tiriaci vocantur a Grecis». Versus,

Post articulum de vincio inseruit B: vinea sicut ait papias locus est ubi vitis plantatur item vinee vel vineta dicuntur loca vitibus consita item vinea dicitur quedam machina bellica que gallice dicitur chat et dicitur vinea quasi viminea quia de cratibus et quandoque de asseribus fit et homines intus latentes appropinquant muro ad effodiendum illum et in ista acceptione ponitur ezechielis xxvi (9) item lucanus in tertio (487-90) tunc adopta levi procedit vinea terra / sub cuius pluteis et tecta fronte latentes / moliri nunc ima parant et vertere ferro / menia etc.

VINUM 1 vinum quasi a vena B 2 potus] post D 3-4 vide supra ubi B

VIOLA 2-3 propter vim] a vi B

VIPERA 1 sepentis D 2 quod] quia B 3 eius *om.* B 4 maturam *om.* A 5 autem *om.* C 7 matris A 8 prescindit B; et ita B

Concipiens morte parit equa vipera sorte,
Nepa suo more moriens parit et coit ore.

Quid sit nepa invenies supra ubi exponitur nepos.

VIR dicitur a vireo, res quia in multis viret respectu mulieris. Vel dicitur a vi quia maior vis est in viris quam in mulieribus. Dicitur autem vir multis modis: etate, unde i ad Corinthios xiii g (11), «quando autem factus sum vir evacuavi que erant parvuli». Item vir accipitur pro marito, unde Genesis iii b (6), «tulit de fructu et comedit . . . deditque viro suo». Et nota quod dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (7,1), quod vir non notat coniugium nisi adieceris vir eius. «Maritus vero etiam sine adiectione coniugem sonat». Item vir sexum discernit, unde Levitici xiii d (29), «Vir sive mulier» etc. Item vir notat probitatem, unde i Regum iiii d (9), «Confortamini et estote viri, Philistini» etc. Unde versus de Grecismo (IX, 153 *et* 150?),

Annis, coniugio, sexu, probitate vir esto.
Vir notat etatem, sponsum, sexum, probitatem.

VIRAGO dicitur quasi «a viro acta, et est sumptum nomen a viri nomine . . . Et hec denominatio similiter in hebreo est. Is enim dicitur vir, et inde dicitur issa, ut a vir virago. Hoc nomen proprium illius mulieris fuit nec omnium est commune». Ita scribitur in Historiis (1070). Ysidorus autem dicit in xi (2,22) Ethimologiarum ubi agit de etatibus hominis, «Virago vocata quia virum agit, id est opera virilia facit et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant».

VIRATUS, ta, tum dicitur «virilis et fortis vel viro ornatus».

12 permoriens A

VIR 3 unde *om.* A 4 xii A 6 dedit ACD 7 quod vir *om.* A 8 nisi cum adiectivis B; vir *om.* BD; etiam *om.* C

VIRAGO 1 quasi] quod AB 2 est *om.* AB 3-4 hoc autem nomen est proprium B 4 illius mulieris fuit] robuste mulieris vel pessime inique iniuste opera viri exercentis B; nec] non B, nunc D; omni A 6 dicit *om.* B; xvi BD

VIRATUS 1 honeratus AD, oneratus C

Et dicitur a vir, viri. Ita exponit Huguitio (*s.v.* Vireo). Et «Iohannis Chrysostomus dicit super Mattheum mulier virata non facile decipitur». Item Ecclesiastici xxviii (19) «lingua tertia mulieres viratas deiecit» ubi aliqui dicunt muratas, alii viratas, alii viritas. Tamen viritas nichil est. In omnibus antiquis bibliis quas inspexi inveni viratas, id est verecundas vel timidas, a vereor, vereris, veritus sum, vereri, quod est timere vel verecundari. Et credo quod hec sit verior littera.

VIRGA proprie est que de ramis nascitur et dicitur «a virtute eo quod vim multam in se habeat vel a viriditate vel quod pacis indicium est quod vim regat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii circa principium (6,18).

VIRECTUM dicitur locus viridium, locus viridirate plenus. Et dicitur virectum a vireo, vires vel potius a virore quasi locus viroris. Et nisi communis usus obsisteret dicerem quod virectum deberet scribi sine c, sicut olivetum, mirtetum et alnetum etc.

VIRGO «a viridiori etate dicta est, sicut et virga, sicut et vitula. Alias ab incorruptione dicitur, sicut et virago, eo quod ignorat femineam passionem . . . Virgo autem non recte virago dicitur si non viri officio fungatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (2,21-2) ubi agit de etatibus hominis. Magister dicit in Historiis (1070) quod per sincopam virgo dicitur a virago, ginis. Versus de Grecismo (x, 37-8),

Virgo pudicitiam notat etatemque puella,
Et tamen improprie pro virgine pone puellam.

2 dicitur *om.* B 5 aliqui] antiqui C; muratas] munitas B 6 alii viratas] alii fortes et bene alii viratas B; viratas] iuratas D; alii viritas *om.* BC; viritas] viratas B, veritas C 7 viratas] viritas ACD 7-8 vecundas B 8 vel] id est B; tumidas AD 9 est *om.* D; vel *om.* A

VIRECTUM 4 debet B

VIRGO 1 viridiore B

VIRGULTUM «appellatur quod ad radicem arboris nascitur et quasi inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictum virgultum quod ex virga tollitur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (6,18) ubi agit de arboribus et dicit ibi quod «virgultum est quod de radice pullulat, ramus qui de ipso robore arboris, virga que de ramis». Secundum Huguitionem (*s. v.* Vireo) a virga dicitur virgultum scilicet «multitudo virgarum vel locus ubi multe virge abundant vel ipsa virga».

VISO, sis, si, sere verbum desiderativum est. Unde visere dicitur cum desiderio videre et deberet facere supinum visitum penultima producta, sed non est in usu. Dicit enim Priscianus (x, 46), «facesso et capesso et viso possumus desiderativa dicere. Significat enim facesso desiderio facere, capesso desiderio capere, viso desiderio videre, frequentativa enim non possunt esse quia prime coniugationis non sunt», et sequitur «supina eorum in situm exeunt, ut arcessitum, lacessitum, facessitum, capessitum». Supinum vero huius verbi viso subticuit quia non est in usu. Versus differentialis de Grecismo (?),

Visitat infirmum sed amicus visit amicum.

Invenitur autem viso, sas frequentativum a quo visito, tas, aliud frequentativum descendit. Viso, visis «componitur conviso sis, inviso sis, perviso sis, reviso sis et est activum cum suis compositis». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Video).

VIRGULTUM 2 dictum est B 5 radice] indice B 5-6 ipso robore] ipsa arbore A 8 *Post* virga *add.* B: ego autem credo quod omnis locus parvis ac iunioribus et odoriferis arboribus insitus viridis et delectabilis possit satis proprie dici virgultum

VISO 1-2 visere proprie dicitur B 2 cum *om.* C 6 capere et viso CD 7 enim] vero B 8 ut *om.* CD; accessitum AB 9 iacessitum B; facessitum *om.* C; carpessitum D 10 quia] quod D 12 visat C 15 perviso sis] proviso C, *om.* A 16 compositis et tertie coniugationis C

In marg. fol. 202^{v} *add.* D: a video vido dis id est videre si sum tertie coniugationis unde cato hoc vide ne rusus revitatis crimine dampnes nam in hoc versu non potest esse imperativus secunde coniugationis falsus enim esset versus

VITA a vivendo dicitur. Quod autem dicitur vita quasi vim tenens ethimologia est. Et dicitur sic eo «quod vim teneat nascendi vel crescendi. Unde et arbores vitam habere dicuntur eo quod gignuntur et crescunt». Hoc sumitur de Ysidoro (XI, 1,3) et Papia.

VITALIA, vitalium dicuntur intestina quia ibi vita, id est anima, continetur.

VITTA, vitte dicitur infula qua caput sacerdotis ligatur. Et dicitur a vincio, vincis, quod est supra expositum in loco suo. Item vitta est que crinibus innectitur, qua fluentes religantur capilli. Item vitta est qua corona vincitur, tenia autem extrema pars vitte que pendet a corona. Omnia ista sumuntur de Papia. Ysidorus autem Ethimologiarum XIX (33,7) ubi agit de cingulis sic ait, «Vitta dicta quod ea pectus vincitur ad instar vitis ligantis».

VITIS a vinciendo dicitur qui vincitur, id est ligatur, sed secundum Ysidorum (XVII, 5,2), «Vitis dicta eo quod vim habeat citius radicandi. Alii putant vites dictas quod invicem se vittis innectant vicinisque arboribus reptando ligentur. Est enim natura flexibilis, que quasi brachiis quibusdam quicquid comprehenderint stringunt». Et quia in locis sibi competentibus dictum est supra quid sit labrusca, quid sarmentum, quid malleolus, quid flagellum, quid spado, quid palmes, cum quo et pampinus exponitur, hic alie partes vitis breviter annotentur. Nota ergo quod (7) «sagittam vocant rustici novissimam partem surculi sive quia longius recessit

VITA 1 quod] quasi C 3 et *om.* C

VITALIA 1 id est] et C

VITTA 1 *Post* ligatur *add.* C, *post* capilli (*v.* 4) A, *in marg.* D: papias enim (*om.* AD) dicit quod infula idem est quod vitta 3 vita C; cruribus A 4 tenua C 4-5 autem est extrema B 8 instar] modum C

VITIS 3 alii] aliqui B 4 se tamquam vittis B; rependo B 5 enim] autem B; earum natura C 8 maseolus B 9 hic] hinc AD 10-11 sagittam . . . surculi] de partibus vitis quod novissimam partem surculi ruricole sagittam vocant B 11 quia] quod B

a matre et quasi prosiliit seu quia acuminis tenuitate teli speciem prefert». (11) «Capreoli dicti quod capiant arbores. Sunt enim cincinni sive uncinuli quibus se innectere vites et suspendere solent arboribus, quo amminiculo freti palmites ventos ac turbines continere queant» etc. (12) «Corimbi sunt anuli quibus queque ligant proxima et comprehendunt ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur». Item nota quod (30-33) «vitibus inter cetera magis ista conveniunt: oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio. Oblaqueare est circa codicem terram aperire et velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant. Putare est virgam ex vite supervacuam resecare cuius flagellis luxuriat, putare enim dicitur purgare, id est amputare . . . Propaginare vero est flagellum vitis terre submersum sternere et quasi porro pangere. Hinc propagines a propaginare et protendere dicte. Fodere vero est foveam facere quasi fovere». Omnia ista sunt de Ysidoro Ethimologiarum xvii ubi agit de vitibus. Vide versus infra positos ubi exponitur uva.

VITRUM «dictum quod visui perspicuitate transluceat. In aliis enim metallis quicquid intrinsecus continetur absconditur, in vitro vero quilibet liquor vel species qualis est interius talis exterius declaratur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvi (16,1).

VITULAMEN a vite dicitur planta illa infructuosa que nascitur a radice vitis vel ubicumque dumtaxat ut sit naturalis. Vel, ut dicunt, quelibet talis planta dicitur a vitulo quia nascitur in terra a vitulis arata. Unde in libro Sapientie (4,3), «spuria vitulamina non dabunt radices altas». Vide supra ubi exponitur spurius.

12 et] vel C; teli] velit D 13 caprioli B; quod] eo quod A, quia CD 14 cintermi D; uncinuli] neuterinuli D 18 lassati A; palmite D 20 pictatio B 23 supervacua D 26 pangere *om.* B, pangere quasi A; propaginare et protendere] propaginatione A, propaginatione et protendere D

VITRUM 2 enim] autem B 3 species quelibet A

VITULAMEN 5 non] si C

VITULUS et vitula dicuntur a vireo, vires «quasi a viriditate», id est a viridi etate. «Vel dicitur vitulus a vita quia dignus sit vita». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Vireo) et sumit de xii (1,32) Ethimologiarum. «Vitula etiam dicitur quedam dea, scilicet letitie vel victorie, vel festum illius dee vel exultatio victorie».

VITUPERO, peras dicitur reprehendere, aliquid turpe obicere, criminari. Ita dicit Papias. Et est compositum a vita et paro, paras. Unde vituperare quasi aliquid turpe in vita alicuius parare. Versus differentiales de Grecismo (XIX, 25-8),

> Obloquitur qui clam personam spernit honestam,
> Exprobrat in faciem presentis turpia dicens,
> Corrigo discipulum, reprehendo virum vitiosum,
> Illum vitupero de quo convicia dico.

ULCUS, id est apostema, dicitur ab oleo, oles quasi olcus quia fetet.

ULMUS quedam arbor est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,43), «Ulmus nomen accepit quod uliginosis locis et humidis melius proficit, nam in montanis et asperis minus leta est». Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (13,14) ubi agit de agris, «Uligo humor terre est naturalis ab ea numquam recedens». Unde «uliginosus ager est semper uvidus. Nam humidus dicitur qui aliquando siccatur».

ULNA «secundum quosdam utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus, quod magis verum est quia grece ulenos cubitus dicitur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,64). Item ulna dicitur quedam mensura. Unde Grecismus (XII, 106-7),

> A cubito supra dimensio dicitur ulna,
> Quodque premit cubitum nos dicimus esse lacertum.

VITULUS 2 id est] vel vitulus dicitur B, vel C 3-4 de ysidori eth xii C
VITUPERO 5 spernit] reddit C
ULCUS 1 olcus] olens C
ULMUS 7 uvidus] vividus B; qui] quia D
ULNA 2 cubitus latine dicitur A 7 *Post* lacertum *add.* BC: ecce differentiam inter ulnam et lacertam

ULULA, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xii (7,38), «Avis . . . est a planctu et luctu nominata, cum enim clamat aut fletum imitatur aut gemitum. Unde apud augures, si lamentetur tristitiam, tacens ostendere fertur prosperitatem». Item in glosa Isaie xiii g (22) dicitur ulule aves sunt «magnitudinis corvine que figentes rostrum in lutum horrende strident». In Papia scribitur quod sunt «aves nocturne . . . quas vulgo gavones dicunt».

UMBILICUS «est medius locus corporis sic dictus eo quod sit umbo iliorum. Unde et umbo appellatur locus in medio clipei a quo dependet. Ex eo enim infans in utero pendet. Ex eo etiam enutritur». Eadem verba scribuntur in Papia.

UMBRA «est aer carens sole. Dicta autem sic quod fiat cum solis obicimur radiis. Est autem mobilis et incerta ex solis circuitu et ex motu ventorum. Nam quotiens movemur in sole nobiscum moveri videtur quia ubi radiis obsistimus proinde lumen illi auferimus. Sic et ingredi nobiscum umbra et gressus nostros videtur imitari». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (10,13) ubi agit de arcu et nubium effectibus.

UNA, id est pariter, adverbium est congregandi et habet acutum accentum in fine.

UNCINUS, cini secundum Huguitionem (*s. v.* Unco), idem est quod uncus. Dicit enim sic, «unco, uncas dicitur curvare . . . et inde uncus, ca, cum, id est curvus. Et hic uncus, ci instrumentum curvum ad capiendum et hic uncinus, uncini idem». Tamen Alexander Nequam (*fol.* 104,2) videtur ponere differentiam dicens in versibus suis super Exodum (28,13),

Uncus et uncinus croc et crochet tibi signant.

ULULA 4 tancens C 5 dicitur *om.* D 6 fingentes C 7 quas] quos B
UMBILICUS 4 emittitur ACD
UMBRA 2 obicitur BC 4 ubi] ibi B, ubique C
UNCINUS 1 secundum Huguitionem *om.* A, *post* uncus *posuit* B 2 dicitur] id est AC 4 instrumentum est B 6 Exodum] eodem C

Et producit hanc sillabam ci. Invehitur autem contra illos qui dicunt quod uncinus est diminutivum ab uncus et ideo dicunt quod debet penultimam corripere. Et horum opinionem bene improbat dicens, si uncus ex se faceret diminutivum faceret unculus vel uncellus, sicut saccus, sacculus vel saccellus. Est ergo voce tenus denominativum. Dicitur autem uncinus quasi uncanus ab uncando quia curvus est vel quia uncat, id est curvat ramos et attrahit ad carpendos fructus. Unde dicit (*sc. Alexander Nequam, fol.* 121^{v}, 23) in versibus super Amos (8,1),

Unco dat uncinos et eos non parturit uncus.

Quod autem dicitur uncinus quasi uncidus et quasi ungue cedens ab ungue et cedo, dis ethimologia est potius quam compositio.

UNCTIONIS OLEUM vel «unguentum sanctum de iiii fiebat aromatibus. Aroma vero dicitur quodlibet pigmentum quod odore suo aera inficit quasi aerioma. Sumebantur quidem quingenti sicli virgultorum prime, id est precipue, mirre. Et est mirra arbor, que grece smirna dicitur, v cubitorum que est in Arabia, cuius virgulta Arabes exurunt ut melius pululent et fructificent, ex quorum nidore contraherent intolerabiles morbos nisi fumo storacis occurrerent. Cinamomi ducenti quinquaginta sicli, et calami totidem, cassie vero quingenti. Et est cinamomum virgultum Indie vel Ethiopie, duorum cubitorum, dictum quasi cannamomum quia in modum canne subtiles habet calamos et replicatos . . . Calamus vero est species aromatica iuxta Libanum. Cassia in aquosis nascitur, crescit in immensum, odorem reddit. Hec redacta

10 uncus ci B 12 bene *om.* B 14 ergo] igitur BC; voce tenus denominativum] voce tenus denominativum vocem tenens denominativi B 15 uncanus] uncellus B 16-17 carpendum fructus arboris B 21 ungue] unge C

UNCTIONIS OLEUM 1 unctionis est oleum C 3 odore] ordine C 4 id est] et C 5 smirma BC 6 Arabes] arbores C 7 traherent C 7-8 intolerabiles] incole rabies B 8 amitterent AD 9 ducenti qua quinquaginta AD; cicli B 11 cannamonium B 14 crescit in *om.* D

in pulverem cum oleo olivarum mensura hin conficiebantur opere pigmentarii. Et dicebatur sanctum unctionis oleum vel unguentum sanctum». Exodi xxxi f (25) ita scribitur in Historiis (1188). Partes istius unguenti plenius exponuntur supra in locis suis.

UNDA quasi eunda dicitur superior pars aque. Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,2-3) ubi agit de abisso dicit sic, «Aqua est stativa et sine motu, equalis». Unde aqua dicitur quasi equa. «Unda vero eminens liquor qui semper in motu est . . . nec est unda per se aqua, sed aqua in motu quodam ab eundo et redeundo unda vocata est».

UNGUIS a greco trahit originem. Onix enim grece, unguis latine. Unde hec ungula. Vel dicitur unguis ab ungo, gis. Vide versus infra proximo positos.

UNGULA idem est quod onica. Vide supra ubi exponitur onica. Item ungula ponitur pro ungue. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,72), « Ungulas ex greco vocamus, illi enim has onices dicunt». Et dicuntur proprie ungues hominum et avium, ungule autem ceterorum animalium. Versus (*Grec.* x, 34 *et app. crit.*),

Ungues sunt hominum proprie pariterque volucrum
Sic avibus demptis, bruto datur ungula cuivis.

Item ungula genus est tormenti. Unde Ysidorus Ethimologiarum v (27,20) ubi agit de penis, «Ungule dicte quod effodiant. Hee et fidicule, quia hiis rei in eculeo torquentur ut fides inveniatur. Eculeus autem dictus quod extendatur».

UNICORNIS masculini generis sive hoc unicornium monoceros et rinoceros sive rinoceron nomina sunt eiusdem animalis quod unum cornu habet in fronte. Vide supra ubi exponitur rinoceron.

15 hinc D; conficiebatur AB 16 oleum *om.* AB
UNDA 3 statua A 5 est *alterum om.* D
UNGUIS 1 onix] onis A
UNGULA 8 demptis bruto] bruto dempto A, *om.* B 11 fodicule BCD
UNICORNIS 1 unicornix cis B 3 quod] quia D

VOCIFEROR, aris dicitur clamare, vocem feram emittere, et quandoque ponitur simpliciter pro loqui.

VOLUTABRUM dicitur locus cenosus in quo porci volvuntur. Et est compositum a volvo, vis vel potius a volutorio et aper, apri. Unde volutabrum quasi volutorium aprorum, id est porcorum. Vel simpliciter derivatur a voluto, tas, quod est frequenter volvere, quia volutantur ibi porci. Transsumptive autem accipitur volutabrum pro qualibet turpitudine in qua homo involvitur. Unde dicitur volutabrum vitiorum.

VORAGO a vorando dicitur edacitas, gulositas. Et, quia gulosus vorat omnia et consumit, ideo vorago transumptive ponitur pro consumptione et destructione. Quod enim consumitur et destruitur quasi devoratum videtur. Unde dicitur vorago civitatis pro ruina vel destructione. Item quia homo vorax quasi non potest impleri cibis ideo vorago ponitur pro loco profundo et insatiabili et inexplebili, sicut est baratrum.

VORTEX, ticis apud antiquos dicebatur quod apud nos dicitur vertex. Unde in antiquis bibliis invenitur Sapientie xiii f (13), «lignum curvum et vorticibus plenum» ubi moderni libri habent verticibus. Vide supra ubi exponitur vertex et vertigo. Item vortex appellatur circularis revolutio aque, sicut solet fieri ex nimio impetu aque et ubi sunt magne fovee in aqua. Unde Virgilius Eneidos vi a (VII, 30-2),

fluvio Tiberinus ameno
Vorticibus rapidus et multa flavus harena
In mare prorumpit.

VOCIFEROR 1 clamare] vociferari B
VOLUTABRUM 2 potius] componitur C; voluntario C 3-4 id est porcorum *om.* C 6 pro] quod C 7-8 vitiorum] modorum B, utiorum D
VORAGO 1-2 gulosus et vorax BC 2 et *om.* D; consumunt B; voragro D 7-8 baratrum vel aliquid aliud B
VORTEX 1-2 dicitur *om.* B 4 habent in verticibus D; verticibus plenum C 6-7 aque . . . aqua] aque scilicet in magnis foveis B 8 anemo C 9 flammis D

Item Ovidius Methamorphoseon ix a (106),

Vorticibusque frequens erat atque impervius amnis.

UPPUPA quedam avis est cuius expositio ponitur supra in penultimo loco dictionum incipientium ab h.

UR Chaldeorum nomen est civitatis secundum Iosephum (*in Petri Comestoris Historiis* 1091) in qua Aram sepultus est. Vide supra finem dictionum que incipiunt ab h, licet secundum Remigium non incipiat ab h sed simpliciter ab u. Unde dicit in Interpretationibus, «Ur lumen vel ignis seu incendium vel fenestra».

URCEUS vas est aquarium, unde urceolus diminutivum. Et dicitur ab orce, quod est recipere. Unde hec orca, ce idem quod urceus et hec orcula diminutivum idem quod urceolus. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Orche) et sumit ab Ysidori Ethimologiarum xx (6,5) ubi agit de vasis aquariis.

UREDO, dinis dicitur corruptio ex urente vento proveniens quando stantes segetes aduste videntur in campo.

URGEO, ges, si, gere, sum. Ita declinat Huguitio secundum Priscianum. Et est idem quod «stringere, cohercere, stimulare». Et nota quod aliqui moderni subticent preteritum et supinum huius verbi urgeo propter concidentiam genitivi et accusativi huius nominis ursus, ursi, sed in hoc non sequuntur Priscianum.

URINA «dicta sive quod urat sive quod ex renibus egreditur.

UR 2 qua] quo C 3 finem scilicet dictionum B 4 non] si C 5 interpretationibus suis C

In marg. fol. 204[v] *add.* D: urbs dicitur quasi orbs ab orbe id est rotunditate quia antiquitus fiebant rotunde urbes vel dicitur ab urnus ni vel urbus bi quod est pars aratri quia aratro murus civitatis solebat designari

URCEUS 1 unde] vel AB 2 orce] ore C; orca huius ce A 3 idem est quod BC

URGEO 1 gere *om.* BD 2 et *om.* D

URINA 1 sive . . . sive *om.* B

Cuius indicio et salus et egritudo futura monstratur. Qui humor vulgo lotium dicitur quod eo lota, id est munda, vestimenta efficiantur». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,138).

URSUS «fertur dictus quod ore suo formet fetus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus et carnem quandam nasci, quam mater lambendo in membra componit. Sed hoc immaturitas partus facit. Denique xxx die generat. Unde evenit ut precipitata fecunditas informis procreetur. Ursorum caput invalidum est, vis maxima in brachiis et lumbis. Unde interdum erecti insistunt». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xii (2,22) ubi agit de bestiis. Vel potest dici ursus ab urgeo, ges quia fortiter urget, id est stringit, quem apprehendit.

URTICA ex eo vocata quod tactus eius corpus adurat. Est enim ignee omnino nature et tactu perurit. Unde et pruriginem facit. Unde dicit Macer De viribus herbarum (115-18),

> Dicimus urticam quam Grecus acaliphe dicit,
> Fervida non modice vis illi dicitur esse,
> Unde nec immerito nomen sumpsisse videtur,
> Tacta quod exurat digitos urtica tenentis.

USURA est excrementum pecunie mutuate. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum v (25,15) ubi agit de rebus, «Usura est incrementum fenoris ab usu eris crediti nuncupata». Unde usuro, ras, id est usuram facere.

USURPO, pas dicitur «contra usum rapere» vel in usum rapere sive in usum habere. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Utor), et

2 et *primum om.* C; futura *om.* C 3 quod] quia D; quod eo lota] eo quod lora B 4 efficientur A

URSUS 1 dictus eo quod D 2 partus] postea B; quantam C 4 deinde ABD 5 precipita C 6 in validum D; et in lumbis B 9 id est] et C; quem] quicquid C

URTICA 7 tracta D; que C; exurit B

In marg. fol. 205 *add.* D: usucapio est adeptio dominii per continuationem iuste possessionis vel biennii vel alicuius temporis

USURA 3 fenoris *om.* B

USURPO 1-2 vel . . . rapere *om.* B 1 vel] sive C 1-2 rapere] capere C 2 usu B

dicit quod componitur ab utor vel ab usus et rapio, pis. Secundum Papiam usurpare dicitur presumere vel illicite uti et est verbum activum.

USQUEQUO, id est aliquantulum, adverbium est quantitatis. Unde in Psalmo (89,13), «Convertere, domine; usquequo?» etc. Item usquequo, id est undique, adverbium loci. Unde Zacharie viii g (20), «Usquequo veniant populi», id est «undique» dicit glosa. Item usquequo, id est quousque vel quamdiu, adverbium est temporis, ut ibi (*Ps.* 12,1), «Usquequo, domine, oblivisceris me in finem?» Item pro donec adverbium est temporis. Unde i Machabeorum i g (2 *Mc.* 1.30), «Sacerdotes psallebant hympnos, usquequo consumptum esset sacrificium». Et semper ad modum dactili debet pronuntiari in prosa.

USTULO, las idem est quod urere vel incendere. Et formatur ab ultimo supino huius verbi uro, uris, ussi, urere, ustum, tu. Addita lo fit ustulo et corripitur hec sillaba tu. Unde ii Esdre iiii f (III *Es.* 4,52) ubi nostra translatio habet «et super sacrarium holocaustomata hostilare cotidie» alicubi inveni «estuare». Credo autem, sicut supra dictum est, quod hostilare nichil sit nec estuare debeat esse littera sed ustulare, id est incendere vel urere. Alia translatio est «Iussit dari per annos singulos talenta xx donec peredificetur et super aram holocausta immolari cotidie». Si vis ethimologizare: hostilare, id est hostias litare vel hostias libare vel quocumque modo volueris.

UTER, utris vas est vinarium et proprie de corio. Et dicitur uter ab utero eo quod ad modum uteri amplus sit et inflatus.

USQUEQUO 2 in *om.* B 3 item *om.* B 4 venient C 5 id est quousque *om.* D 8 i *primum*] et D 10 esset] est A, esse D

USTULO 2 urere *om.* A 5 holocaustamata B 6 estuare] ustulare C 7 estulare C; sed] si C; vitulare D 8 alia *om.* A 9 peredificeretur D 10 ethimologiam B, ethilogizare D

UTER 1-2 et *alterum* . . . utero *om.* C

UTERUS proprie est venter mulieris. Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,134-6), «Uterum sole mulieres habent, in quo concipiunt, ad similitudinem cauliculi. Tamen auctores uterum pro utriusque sexus ventre plerumque ponunt . . . Vocatus autem uterus quod duplex sit et ab utraque parte in duas se dividat partes, que in diversum diffuse ac reflexe circumplicantur in modum cornu arietis. Vel dicitur uterus eo quod interius impleatur fetu . . . Aqualiculus autem proprie porci est». Nota differentias supra positas ubi exponitur alvus.

UTERINI dicuntur proprie qui ex eodem utero et diversis patribus sunt orti quia uterus tantum mulieris est. Unde dicitur uterinus, na, num.

UVA dicitur ab humeo, es quasi humida. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,13), «Uve dicte quia intrinsecus humoris sunt plene, succique et pinguedinis». Nota versus quos ponit Alexander Nequam (*fol.* 106, 4-6; 8-10),

Pampinus est folium vitis, ramusculus huius
Palmes, sarmentum ramus precisus ab illa,
Componunt uve quas uvis botre racemos.
Horum folliculi tibi sint vinacia, claudunt
Arillos acini, sint hiis tibi significati,
Folliculus turget arillis glarea mixta.

Item nota quod dicitur uva in ore quia pendet ad modum uve et est semper humida. Unde uvula diminutivum. Item nota quod uva dicitur multorum granorum adunatio. Racemus dicitur unum granum. Botris dicitur congregatio uvarum, quod gallice dicitur moissine. Glarea dicitur humor racemi. Vinacium dicitur folliculus in quo glarea continetur.

UTERUS 1 venter] uter B 2 xii B 3 aqualiculi BC 5 vocatus est B quod] quia BC 7 triplicantur AD 7-8 eo quod interius] quasi interius vel eo quod interius B 8 autem *om.* B

UTERINI 2 uterus *om.* C; est *om.* D 3 dicitur *om.* C

In marg. fol. 205 *add.* D: uti id est quomodo ut uti sponsus de thalamo.
In marg. fol. 203^{v} *add.* D: utpote tamquam veluti quasi

UVA 2 quia] quod C 3 humore sint B 5 est *om.* C 7 uvis] vernis C 11 in ore] more AB; pendent ABD 13 uva] racemus B 16 vinacium] vinus acinus B

Arillus est granellum quod est in racemo, quod alio nomine dicitur acinus. Et ita intelligendi sunt supradicti versus.

UVA PASSA multis modis fit. Aliquando enim torquetur illud per quod uva dependet a vite, ita quod non possit humor ulterius ad uvam ascendere, et sic permittitur per aliquot dies exsiccari a sole. Et hec dicitur uva passa propter calorem solis quem patitur, et est optima ad comedendum. Aliquando racemi involvuntur in pampinis, id est in foliis vitis, et circumligantur folia illa cum filo ne racemi dispergantur; et postquam panis extractus est de clibano, quando calor est temperatus, ponuntur in clibano sic involuti racemi et aliquamdiu exsiccantur ibidem, et sic exsiccati dicuntur uva passa propter calorem quem in clibano sustinuit. Simili modo in fumario quandoque fit uva passa. Et potest uva passa servari per totum annum. Similiter et in succidio conservatur. Unde dicit Alexander Nequam (*fol.* 106,2-3),

Dant uvas passas clibanus, fumaria, Phebus,
Succidium; reliquis potiores sol parit uvas.

UVA PRECOQUA, id est precox, dicitur uva prematura quia precoquitur a sole, id est ante alias ad maturitatem producitur. Versus,

Precoqua vel precox tibi prematura sit uva.

VULGUS dicitur plebs, populus promiscuus vel passim inhabitans multitudo. Et dicitur a volo, vis eo quod unusquisque faciat quod vult. Et dicit Priscianus (VI, 91) quod vulgus tam masculini quam neutri generis invenitur. Unde secundum Gregorium (*Moralia*, *PL* 75,1151) scribitur Iob xxiiii (9)

17 racemis C

UVA PASSA 1 torquet A 2 humo C 3 aliquos C 7 illa *om.* D; racemi illi B 8 et *om.* B 9 in *om.* D; et *om.* C 10 excissantur A 11-12 propter . . . passa *primum om.* C 11 sustinuit] sustinuerunt vel sustinuit vel passi sunt vel passa est B 11-12 simili modo] similiter B 13 succiduo BC 13-14 servatur B

UVA PRECOQUA 1 id est] vel BC

VULGUS 1 populus plebs populus B 2 volvo volvis D

«et vulgum pauperem spoliaverunt» ubi aliqui vulgus pauperum corrigunt vel forte corrumpunt. Item a vulgo dicitur vulgo, vulgas, id est publicare. Item iste ablativus vulgo ponitur adverbialiter, sicut Ieremie iii a (1), «Vulgo dicitur» etc., id est ubique vel per vulgum sive vulgariter.

VULNUS et ulcus ita distinguntur quia «vulnus ad animam refertur, ulcus vero ad corporis iniuriam. Item vulnus est corporis plaga recens, ulcus vero inveteratum vulnus». Ita dicit Papias. Ysidorus vero dicit in iiii Ethimologiarum (8,19) quod «vulnus est quod ferro fit, quasi vi; ulcus vero est ipsa putredo». Unde dicitur ulcus quasi olcus ab olendo, sicut supra dictum est in loco suo.

VULPES «dicitur quasi volupes. Est enim volubilis pedibus et numquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currit, fraudulentum animal, insidiis decipiens. Nam dum non habuerit escam fingit mortem. Sicque quasi descendentes ad cadaver aves rapit et devorat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,29). Nec debet dici vulpis in nominativo. Dicit enim Priscianus (III, 33) agens de diminutivis «in es productam desinentia feminina tertie vel quinte declinationis abiecta s assumunt cula et faciunt diminutiva et servant e productam, ut vulpes vulpecula» etc.

VULTUR avis rapax est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,12), «Vultur a volatu tardo nominatus putatur, nam pro magnitudine corporis prepetes volatus non habet. Horum quosdam dicunt concubitu non misceri et sine copula concipere et generare, natosque eorum pene usque ad cen-

9 sicut] sic D 10 id est vulgo ubique C
VULNUS 2-3 ad corporis . . . ulcus vero *om.* A 4 in *om.* B
VULPES 1 dicta BD 2 cucurrit A 3 deinceps C; non *om.* C 9 s assumunt] is faciunt C
VULTUR 2 xii a C; vultur *om.* C; nominatas AC, denominatus B; *post* putatur *add.* AB, *in marg.* D: vultur dicitur quasi volatu tardus vel (vel quasi B) volans tarde 3 prepotes C 4 harum quasdam A, horum autem quosdam B; commisceri B 5 earum A

tum annos procedere. Vultures autem, sicut et aquile, etiam ultra maria cadavera sentiunt; altius quippe volantes multa, que ex montium obscuritate celantur, ex alto illi conspiciunt».

VULTUS «dictus quod per eum voluntas animi ostenditur. Secundum voluntatem enim in varios motus mutatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,34). Dicitur itaque a volo, vis. Et assignat Ysidorus differentiam inter faciem et vultum dicens ibidem (33), «Facies dicta est ab effigie. Ibi enim est figura hominis et uniuscuiusque cognitio . . . (34) Facies simpliciter accipitur de uniuscuiusque naturali aspectu, vultus autem animorum qualitatem significat». Et hoc idem dicit Papias, sed per alia verba. Facies, inquit, est naturalis oris habitus immutabilis, vultus autem pro rerum ac temporum qualitate varius et commutabilis interdum affectione animi, modo letus, modo tristis. Unde vultuosi dicuntur tristes vel qui sepe vultus commutant.

VULVA dicitur «quasi valva, id est ianua ventris, vel quod semen recipiat vel quod ex ea fetus procedat». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xi (1,137).

UXOR quasi unxior ab ungendo dicitur quia antiquitus oleo uxores ungebantur. Vide Ysidori Ethimologiarum ix (7,12).

X

XANDICUS Macedonum lingua mensis Aprilis dicitur. Invenitur autem Xandicus ii Machabeorum xi g et xii a (11,30 *et* 11,38).

XPC «a crismate est appellatus, id est unctus. Preceptum

6 et *om.* CD 8 ille A, ipsi B
VULTUS 1 dictus est quod B 2 distinguitur et mutatur B 3 itaque] autem BD, *om.* C 6 est] cognoscitur B 10 oris *om.* C 11 varia B; commutabilis et interdum AC 13 vultus *om.* A
UXOR 2 xi B, xi g C, x g D
XANDICUS 2 a *om.* A

enim fuerat Iudeis ut sacrum conficerent unguentum quo perungi possent hii qui vocabantur ad sacerdotium vel ad regnum. Et sicut nunc regibus indumentum purpure insigne est regie dignitatis, sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat. Et inde Christi dicti a crismate, quod est unctio. Nam crisma grece latine unctio dicitur, que etiam domino nomen accommodavit facta spiritalis quia spiritu unctus est a deo patre, . . . non utique oleo visibili sed gratie dono, quod visibili significatur unguento. Non est autem salvatoris proprium nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur Christus commune dignitatis nomen est, dum Iesus Christus proprium est vocabulum salvatoris. Christi autem nomen nusquam alibi omnino nec in aliqua gente fuit nisi tantum in illo regno ubi Christus prophetabatur et unde venturus erat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (2,2-5). Item in primo (27,27), «Xpc quia grecum est debet scribi per x. Similiter et xrisma». Figure autem quibus scribitur apud Grecos sunt chi, id est c aspiratum, ro, id est r, sima, id est s, et apanusirma, id est superior tractus. Unde quando sic scribitur Xpc non sunt latine littere sed grece. Vide supra ubi exponitur Ihs in fine.

XPC 5 sic et illis A 8 domino nostro nomen C 8-9 spiritualis B 10 visibili *primum*] visibiliter ABD 11 Christus] Christo C 15 numquam AD; aliqua parte vel gente B 17 idem B 19 crisma CD 20 aspirant C 20-21 a panus ima B *In marg. fol.* 206 *add.* D: christus id est unctus nota quod hec figura x representat apud grecos ch et vocatur chi p hec figura representat apud grecos r et dicitur apud eos ro c hec figura representat apud grecos s et vocatur sima ergo figure in hoc nomine xpc representant illa elementa que apud grecos habent representare chi ro sima et non que habent representare apud nos quisque ergo caveat in litterando illud nomen scriptum et non dicat x . pe.ce sed dicat chi . ro. sima ista enim sunt nomina illorum elementorum que apud grecos sed siquis abhorreat nomina greca abhorreat et predictam scripturam et scribat illud nomen latinis figuris scilicet cristus vel ut satis faciamus idyote scribant xpc grecis litteris in litterando proferant nomina latina quorum elementorum que representant ille figure dicant ch . r. s. titulus xpc

Z

ZELUS, sicut dicit Papias, dicitur «invidia sive contentio». Intėr zelum tamen et invidiam hoc interest quia «zelus in bonam partem accipi potest, quasi cum quis nititur in ea que bona sunt emulari, et in malam partem cum quis dolet alium se esse meliorem». Iste zelus invidie est. Invidus vero qui feliciori invidet, aliena felicitate torquetur dum dolet se ei non esse similem, et sic invidia numquam accipitur in bono. Secundum Huguitionem zelus dicitur «invidia, emulatio, amor, fervor in bono vel in malo . . . Et inde dicitur zelo, las activum et zelor, aris deponens in eodem sensu, id est amare vel invidere vel emulari sive sequi per invidiam sive per amorem . . . Item a zelus hic zelotes, id est emulator». In Historiis (1219) autem super v Numerorum (14) dicitur sic, «Zelus proprie dicitur amor viri in uxorem, pro quo non potest sustinere ut alii misceatur, unde vir dicitur zelotes. Zelotipia vero quandoque dicitur mechia et zelotipus adulter. Solet ergo zelotipia dici sola suspicio adulterii, de qua agitur in v Numerorum». Secundum ergo quod zelus est amor viri in uxorem, pro quo nequit sustinere alterum ad ipsam accedere, dicitur dominus a zelo zelotes quia non permittit animam sibi desponsatam fornicari post deos alienos. Simon vero apostolus zelotes dictus est a vico Gallilee, Chana, ubi aquas dominus convertit in vinum, Chana enim zelus interpretatur, et inde Chananeus, id est zelotes. Zelus componitur cum tipus, quod est figura, et dicitur zelotipus, pa, pum, id est zelo plenus, invidus, suspiciosus, qui habet suspicionem de uxore sua, qui cum cruciatu mentis castitatem servat uxoris.

In marg. fol. 206^{v} *add.* D: zabulus sathanas quod latine sonat adversarius vel transgressor

ZELUS 2 tamen] autem C; hoc] licet AD 5-6 vero est qui B 6 feliciorum D; invidet et aliena B 7 numquam *om.* C 10 zolo D 11 insequi D 13 super *om.* A 18 quo AD 19 ergo] vero A 20 nequivit C; altera A, alteram B 22-23 apostolus] apud D 23-24 dominus *om.* B 28 castitatem *iteravit* D

ZIO apud Hebreos dicitur mensis Maius, sicut dicit glosa iii Regum vi (1), et est indeclinabile secundum Remigium qui dicit in Interpretationibus, «zio ductio vel oliva». Sed Magister in Historiis (1354) dicit, «mense secundo, qui Zius apud Hebreos dicitur, apud nos Maius, cepit Salomon edificare templum domino». Neutrum spernendum puto, primum dico tenendum.

ZIZANIA herba quedam est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,106), «Zizania, quam poete semper infelix lolium dicunt, eo quod sit inutile et infecundum». Et est feminini generis in singulari, licet quidam dicant hoc zizanium vel zizania. In plurali vero est feminini generis et neutri. Unde versus (*Doctr.* 366),

Est zizania, sunt zizania plura nieque.

ZONA «grecum est, quam illi zonarim, nos cingulum appellamus». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (33,3) ubi agit de cingulis. Item zone dicuntur quidam circuli sive regiones celi, de quibus dicit Ysidorus Ethimologiarum iii (44,1), «Zone celi quinque sunt, quarum distinctionibus quedam partes temperie sua incoluntur, quedam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Que ideo zone vel circuli appellantur eo quod in circumductione spere existunt». Vide tractatum de spera.

ZOROBABEL «apud Hebreos ex tribus nominibus integris traditur esse compositum: zo iste, ro magister, babel proprie Babiloniam sonat; et efficitur nomen Zorobabel, iste magister de Babilone. In Babilone enim ortus est, ubi et princeps Iudee extitit». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum vii (6,81).

ZIZANIA 4 quidam] qui C 6 unde *om.* D
ZONA 1 nos vero cingulum B 3 item] idem B
ZOROBABEL 2 traditur] creditur C 4 Babilone *alterum*] babilonem A; enim] autem D, *om.* A 5 Iude AC, inde B; existit B; Verba... vii *om.* B

Hic ego doctorum compegi scripta sacrorum
Floribus auctorum, loca certa notando librorum,
In serie quorum textus patet hic positorum.
Previe cunctorum consummatorque bonorum,
Lux occultorum, via veri, dux dubiorum,
Sit tibi, celorum rex, gloria, culmen honorum
Quod completorum datur hic mihi meta laborum.
Egis egenorum, numero quia dego minorum,
Te precor, ipsorum comitem me fac meritorum
Sorte beatorum quod sim velut unus eorum.
Amen.

3 hinc D

INDEX FONTIUM

Alanus ab Insulis: *Anticlaudianus* v, 537 Isopus; ix, 89 Trituro

Alexander de Villa Dei: *Doctrinale* 170-1 Semis; 237 Cepe; 366 Zizania; 370 Epule, Fasciculus; 371-2 Locus; 371-3 Baltheus; 377 Porrum; 378 Frenum; 380 Altilia; 380-1 Suppellex; 382 Tartarus; 392-4 Imbecillis; 395-6 Metallum; 405-7 Spes; 415 Ilium; 615 Gigas; 617-9 Circumpedes; 620-3 Hebes; 621 Teres; 651 Nepos; 653-9 Abissus; 708-9 Explicare; 736 Prandium; 765-6 Lino; 775 Recenseo; 788 Elicio; 840 Abscondo; 853-4 Pango; 856-7 Punctus; 829-4 Accitus; 892-4 Recenseo; 895-6 Plecta; 917 Salio; 930-1 Ambire, Initus; 945 Intueri; 947-8 Remetior; 976-7 Exulo; 978-9 Exulo, Vapulo; 983-4 Memini, Novi, Odio; 1030 Queso; 1031 Mereo; 1265-9 Celare, Flagitium; 1478 Magdalenus; 1634-6 Putredo; 1835 Extrico; 1974 Putredo; 2025 Tristegum; 2058 Posticum; 2073 Anaglipha; 2101 Anaglipha; 2105 Butirum; 2110 Paralisis; 2172-3 Sanguisuga; 2307-8 Abba, Alleluia

Alexander Nequam: *Corrogationes Promethei* 671 Coccus; 674 Aphedno; 677 Amelech

– *Corrogationes versificatae* 103^{v}, 6 Iacinctinus; 104, 2 Uncinus; 105, 8-9 Lippus, Pustula; 105^{v}, 19 Batilla; 106, 2-3 Uva passa; 106, 4-6 *et* 8-10 Uva; 106, 13-17 Anathema; 109, 4 Exenterare; 109^{v}, 19 Lappates; 111, 15-16 Cistarcha; 111^{v}, 18 Formella; 111^{v}, 23-5 Lictor; 113^{v}, 2 Tipsana; 114^{v}, 2 Hamulas; 114^{v}, 6 Bethavin; 115, 21-4 *et* 115^{v}, 1-2 Burdo; 119, 7 Trieris; 119, 21 Runcina; 121, 9-12 Aphedno; 121^{v}, 23 Uncinus; 122, 8 Trituro; 123, 10 Cornustibii; 123^{v}, 17-18 Malum; 127, 12-13 Traducere; 128, 3 Grabatum

Andreas (Sancti Victoris?): Mello; Ramathaim; Velamen

Arnulphus: Locusta, Mel silvestre

Augustinus: *Confessiones* x, 33 Psalterium

– *De civitate Dei* iv, 8 Runcina; vii, 24 Scapula; xx, 7 Pavo

– *De concordia evangelistarum* (PL 34) 1198 Vespere autem Sabbati

– *De Doctrina Christiana* (PL 34) 44 Adulterine plantationes, Spurius

– *De sermone in monte* (PL 34) 1239 Apex, Iota

– *Enarratio in Psalmos* (PL 38) 689 Ramnus

– *In Iohannis Evangelium tractatus* (PL 35) 1512 Puteus; 1764 Osanna

– *Sermo* 168 (PL 38-9) 2070 Pasche

– *Vide et* Pigmei; Scribere; Sponsus

Beda: (Compotum) *De temporibus* I Punctus; i-ii Momentum; iv Sabbatum

(Compotum) *De temporum ratione* xi Adar; xxxiv Anaglipha

De natura rerum (PL 90) 252 Iris

In Marci Evangelium Expositio (PL 92) 187 Sandalium
Super Acta Apostolorum Expositio (PL 92) 953 Idiota
Vide et Beelzebub
Bene: *Paris. Lat. Nuov. Acq.* 353, fol. 48 Tristegum; fol. 49 Bissus, Saphirus; fol. 49v Isopus, Suffoco
Bernardinus Silvestris: *De mundi universitate* III, 361 Isopus
Biblia: *Genesis* 1, 1 Prophetare, Prophetia; 1, 2 Tenebre; 3, 6 Vir; 3, 17 Rusticatio; 3, 19 Saducei; 3, 21 Perizoma; 4, 24 Septuagies septies; 6, 14 Levigo; 6, 16 Tristegum; 8, 1 Spiritus; 8, 21 Odor; 10, 22 *et* 24 Hebrei; 18, 11 Muliebria; 19, 11 Cecitas; 20, 16 Vela men; 24, 22 Siclus; 24, 32 Desterno; 25, 34 Primogenita; 27, 36 Supplantare; 29, 25 Impono; 30, 14 Mandragora, Messis; 30, 42 Admissura; 34, 30 Patrare; 38, 14 Bivium; 38, 29 Maceria; 39, 11 Arbiter; 50, 22 Inpresentiarum
– *Exodus* 3, 17 Cerimonia; 4, 21 Ostentum; 7, 1 Deus, Prophetare; 9, 9 Vesica; 21, 2 Cerimonia; 22, 15 Inpresentiarum; 22, 28 Deus; 23, 20 Cerimonia; 25, 6 Concinnare; 29, 2 Crustum, Linio; 29, 23 Crustum; 30, 18 Labia; 30, 34-5 Thimiama; 32, 32 Scribere; 37, 6 Oraculum
– *Leviticus* 1, 16 Vesica; 11, 19 Caladrius; 13, 29 Vir; 19, 23 Preputium; 23, 40 Mirtus, Spatula; 26, 3 Cerimonia
– *Numeri* 4, 14 Batilla, Tridens; 10, 6 Tuba legalis; 11, 29 Prophetare; 21, 6 Igniti serpentes
– *Deuteronomium* 14, 4-5 Orix, Pigargus; 14, 5 Cameleon pardulus; 14, 9-16 Herodius; 14, 18 Caladrius; 20, 5 Dedicare; 20, 6 Communis; 25, 2-3 Quinquies; 28, 56-7 Illuvies
– *Iosue* 5, 11 Polenta
– *Iudices* 7,5 Lambo; 14, 20 Pronuba; 16, 21 Molo; 17, 5 Teraphim; 19, 13 Rama
– *Ruth* 1, 18 Obstinatus
– *I Regum* 4, 9 Vir; 5, 9 Extalis; 6, 18 Abel; 8, 13 Focaria; 9, 7 Cistarcha, Sitarcia, Sporta; 13, 21 Retundo, Tridens; 16, 20 Asinus panibus plenus; 17, 18 Formella; 20, 3 Gradus; 20, 17 Deierare; 24, 5 Prescindo; 27, 3 Scarioth; 28, 7 Phiton
– *II Regum* 1, 18 Arcus; 1, 21 Montes Gelboe; 3, 29 Fusus; 5, 8 Domatum fistule; 8, 16 A commentariis; 11, 4 Sanctificata; 12, 31 Tipus; 14, 4 Scarioth; 16, 1 Massa; 20, 18 Abel; 21, 19 Filius saltus; 24, 16 Suffectus
– *III Regum* 4, 33 Isopus; 5, 13 Indictio; 6, 31 Oraculum; 7, 17 Versus; 7, 31 Intercolumpnium; 7, 38 Concha; 7, 40 Amula, Hamulas, Scutra; 9, 13 Cabul; 10, 11 Thina ligna; 11, 27 Mello; 12, 11 Scorpio; 14, 21 Scarioth; 14, 24 Effeminati; 22, 26 Amelech
– *IV Regum* 1, 2 Cancellus; 4, 42 Frumentum; 5, 19 Electum; 5,26 Prophetare; 6, 18 Cecitas; 6, 25 Cabus; 10, 27 Latrina; 11, 8 Septum

– *I Paralipomenon* 11, 22 Ariel; 20, 5 Filius saltus; 23, 5 Psaltes; 25, 1 Prophetare
– *II Paralipomenon* 4, 6 Concha; 9, 10 Thina ligna; 9, 21 Pavo; 18, 25 Amelech
– *II Esdrae* 8, 10 Mulsum
– *Tobias* 2, 19 Texo; 8, 2 Cassidile; 11, 14 Albugo
– *Iudith* 2, 13 Opinatissimus; 10, 3 Mirrum; 10, 5 Abra; 16, 8 Titan
– *Esther* 2, 3 Mundus muliebris; 3, 8 Scitum; 13, 18 Impendeo
– *Iob* 1, 5 Orbis; 13, 26 Scribere; 13, 27 Nervus; 14, 19 Alluvio; 17, 1 Spiritus; 19, 24 Celtis; 21, 33 Glarea; 22, 11 Oppressum iri; 24, 9 Vulgus; 26, 13 Obstetrix; 28, 16 Sardonicus; 36, 32 Immanis; 39, 13 Structio; 40, 10 Behemoth; 40, 21 Armilla
– *Psalmi* 5, 2 Verba; (10) 18 Pupillus; 12, 1 Usquequo; 17, 13 Prefulgorus; 23, 10 Sabaoth; 34, 21 Euge; 36, 12 Observare; 39, 8 Caput; 44, 1 Eructo; 73, 16 Fabrica; 77, 39 Spiritus; 77, 45 Cinomia; 77, 65 Crapula; 77, 70 Fetans; 80, 4 Tuba legalis; 89, 13 Usquequo; 95, 5 Deus; 97, 7 Orbis; 101, 7 Domicilium; 103, 17 Herodius; 103, 18 Cirogrillus; 103, 25 Repo; 104, 30 Penetrale; 105, 28 Initior; 117, 25 Prosper; 118, 87 Paulominus; 118, 164 Septies; 119, 5 Incolo; 131, 5 Tempus; 132, 1 Quam; 143, 6 Fulguro; 149, 8 Manica; 150, 4 Chorus
– *Proverbia* 3, 23 Impingo; 3, 31 Emulor; 7, 6 Cancellus; 11, 21 Manus; 20, 25 Devotare; 23, 21 Simbolum; 23, 34 Clavi; 26, 8 Acervus Mercurii; 31, 22 Purpura
– *Ecclesiastes* 3, 19 Spiritus; 7, 17 Severus; 10, 4 Spiritus
– *Canticum* 1, 10 Vermiculatus; 2, 12 Putare; 2, 17 Aspirare; 5, 11 Elate; 7, 5 Purpura
– *Sapientia* 2, 14 Traducere; 4, 3 Spurius, Vitulamen; 5, 15 Lanugo; 9, 4 Assistrix; 11, 8 Traducere; 11, 18 Materia; 12, 1 Quam; 13, 13 Vertex, Vortex; 13, 14 Fucus; 16, 20 Manna
– *Ecclesiasticus* 3, 28 Pravicors; 4, 13 Placet; 5, 17 Denotatio; 7, 16 Rusticatio; 9, 3 Multivola; 13, 13 Impingo; 15, 12 *et* 13 Implanare; 20, 31 Velamen; 21, 5 Cathaplectatio; 21, 18 Scius; 22, 21 Impendium; 24, 21 Galbanum; 25, 34 Venia; 26, 6 Delatura; 27, 5 Aporia; 27, 7 Rusticatio; 28, 19 Viratus; 32, 11 Caput; 32, 15 Tricare; 36, 27 Sepes; 37, 12 Traiectio; 38, 17 Delatura; 38, 22 Pessimo; 40, 22 Sario; 42, 6 Signa; 42, 9 Abscondita filia; 45, 10 Humerale
– *Isaias* 1, 18 Coccus; 3, 15 Commolo; 6, 6 Calculus; 7, 14 Prophetare, Prophetia; 15, 5 Conternans; 18, 2 Vasa papiria; 19, 10 Flactens; 19, 13 Angulus; 27, 1 Leviathan, Vectis; 28, 4 Temporaneum; 29, 1 Ariel; 34, 11 Ibices; 36, 22 Acommentariis; 38, 14 Spondeo; 40, 12 Palmus; 40, 15 Momentum; 44, 9 Plastes; 44, 16 Vath; 45, 9 Samia; 45, 14 Manica; 59, 5 Aspis; 59, 16 Aporia; 60, 6 Dromedarius; 65, 4 Ius; 66, 17 Mus

– *Ieremias* 1, 6 A; 2, 22 Borith; 3, 1 Vulgus; 17, 11 Perdix; 20, 7 Seducere; 32, 11 Ratus; 36, 18 Scribere; 48, 12 Stratores; 48, 34 Conternans; 50, 39 Ficarius; 51, 13 Pedalis
– *Threni* 3, 7 Compes; 4, 3 Lamia; 4, 5 Crocus; 4, 14 Lacinia
– *Baruch* 1, 10 Manaa; 3, 17 Ludere
– *Ezechiel* 7, 6-7 Contractio; 8, 3 Emulor; 10, 4 Cherub; 13, 10-12 Linio; 17, 22 Distringo; 21, 11 Exacutus; 27, 6 Pretorium; 27, 15 Dentes; 27, 16 Chodchod, Scutulata; 36, 4 Parietinas; 40, 5 Palmus; 43, 13 Diffinitio, Sinus; 43, 14 Crepido; 43, 15 Ariel; 46, 11 Ephi; 48, 15 Profanus
– *Daniel* 3, 1 Duram; 3, 46 Maleus, Napta; 4, 5 Collega; 5, 25 Mane techel phares; 6, 6 Surripio; 11, 36 Diffinitio; 11, 45 Aphedno; 13, 17 Migma, Smigma; 14, 13 Cinus; 14, 32 Intero
– *Osea* 13, 15 Desolor
– *Ioël* 3, 13 Maturus
– *Amos* 1, 2 Pastoralia; 3, 9 Penetrale; 6, 10 Penetrale; 7, 7 Linio; 7, 17 Meta
– *Michaeas* 2, 11 Spiritus; 5, 2 Bethleem
– *Nahum* 3, 17 Consideo
– *Sophonias* 3, 18 Nugas
– *Aggaeus* 1, 4 Laqueatus
– *Zacharias* 1, 7 Sabath; 3, 8 Portendo; 8, 20 Usquequo; 9, 12 Vincio; 12, 11 Adremon
– *I Machabaeorum* 1, 15 Gignasium; 1, 16 Preputium; 3, 55 Tribunus; 7, 45 Significare; 11, 28 Toparchia; 15, 6 Percussura
– *II Machabaeorum* 1, 30 Usquequo; 4, 1 Delator; 4, 9 Ephebus; 4, 18 Agon; 4, 31 Suffectus; 7, 34 Spes; 8, 33 Epinichia; 9, 16 Presto; 1, 11, 30 *et* 11, 38 Xandicus; 15, 36-7 Pridie
– *Matthaeus* 1, 19 Traducere; 2, 1 Magi; 2, 18 Rama; 4, 1 Spiritus; 5, 18 Apex; 6, 16 Exterminare; 6, 26 Magispluris; 7, 2 Remetior; 11, 5 Evangelizare; 12, 31 Blasphemia; 14, 25 Quatuor vigilias; 17, 23 Dragma; 18, 22 Septuagies septies; 19, 24 Foramen; 20, 13 Convenire; 21, 2 Asina; 22, 4 Altilia; 24, 26 Penetrale; 25, 23 Euge; 26, 2 *et* 26, 17 Pasche; 27, 6 Corbanan; 27, 40 Vath; 27, 50 Spiritus; 28, 1 Sabbatum
– *Marcus* 4, 19 Suffoco; 6, 9 Sandalium; 7, 11 Corban; 7, 34 Effeta; 12, 42 Minutum, Quadrans; 14, 12 Azimus; 14, 13 Amphora; 15, 34 Heli
– *Luca* 1, 1 Quoniamquidem; 1, 35 Obumbrare; 2, 7 Diversorium; 2, 22 Sisto; 6, 1 Sabbato; 11, 15 Beelzebub; 11, 28 Quinimmo; 11, 41 Elemosina; 11, 51 Edes; 12, 2 Gehenna; 15, 8 Dragma; 15, 25 Chorus, Simphonia; 16, 6 Cautio; 21, 38 Manico; 22, 10 Amphora; 22, 44 Plectens; 24, 13 Aphedno
– *Iohannes* 1, 14 Verba; 4, 9 Coutor; 9, 7 *et* 9, 11 Natatoria; 10, 35 Deus; 13, 1 *et* 18, 28 Pasche; 19, 2 Plectens

– *Actus* 1, 12 Sabbati; 3, 2 Porta Speciosa; 4, 13 Idiota; 6, 9 Libertini; 9, 36 Dorchas; 10, 30 Nudiustertius; 11, 8 Commune; 13, 1 Prophetare; 13, 8 Elimas; 18, 3 Cenofactoria, Scenofactoria; 21, 39 Municeps; 28, 11 Insigne
– *ad Romanos* 10, 2 Emulor; 11, 16 Delibare; 13, 13 Emulor
– *I ad Corinthios* 6, 12 Liceo, Polliceor; 7, 36 Superadultus; 13, 11 Vir; 14, 1 Prophetare; 15, 21 Quoniamquidem; 16, 22 Maranatha
– *II ad Corinthios* 3, 6 Spiritus; 4, 8 Aporia; 11, 2 Emulor; 11, 20 Accipiter; 11, 24 Quinquies
– *ad Galatas* 4, 26 Allegoria; 5, 17 Spiritus
– *ad Ephesios* 4, 6 Deus; 5, 4 Scurra; 5, 14 Calvaria
– *ad Philippenses* 1, 10 Sincerus; 3, 19 Deus
– *I ad Timotheum* 4, 2 Cauterium
– *II ad Timotheum* 4, 6 Delibare; 4, 13 Membrana
– *ad Hebreos* 4, 9 Sabbatismus; 6, 6 Ostentus
– *Iacobus* 4, 3 Insumo; 5, 1 Agite; 5, 16 Alterutrum
– *I Petrus* 2, 12 Detrecto
– *I Iohannes* 1, 1 Detrecto
– *Apocalypsis* 4, 3 Smaragdus; 5, 5 Parabola; 14, 13 Scribere; 14, 15 Maturus; 21, 19 Calcedonius
– *III Esdra* 1, 12 Emola; 2, 13 Attisce; 2, 17 Ab accidentibus; 4, 11 Indico; 4, 52 Ustulo; 5, 39 Impedatura; 5, 55 Carrum; 6, 24-5 Menianum; 8, 22 Taxo; 8, 25 Indictio; 9, 14 Teca
Brito Metricus: 300 Buxus; 590 Didragma; 781-3 Grabatum; 921-2 Iacinctus; 926-9 Ibices; 1239-42 Polimitus; 1558 *et* 1561 Penula; 1829 Scorpio

Chrysostomus: Locusta; Magi
Constantinus Africanus: *Pantegni* lib. 8 Prevarico

Diascorides: Capparis; Carduus; Cicer; Cinus; Cucumer; Galbanum; Mandragora
Doctrinale *v.* Alexander de Villa Dei
Donatus: *Ars grammatica* II, 15 Presertim, Quoniamquidem; III, 6 Parabola

Eberhardus Bethunensis: *Grecismus* VII, 45 Fatum; VIII, 75 Mulsum; IX, 1-3 Pater; IX, 4 Cruor; IX, 6-7 Orphanus; IX, 13-14 *et* 16-17 Coluber; IX, 24-5 Turbo; IX, 26-7 Nepos; IX, 37-40 Obeo; IX, 78-80 Nardus; IX, 99-101 Annulus; IX, 100-2 Tollo; IX, 104-5 Pretorium; IX, 112-14 Gibbus; IX, 119 Scriba; IX, 123-4 Discus; IX, 134-5 Aries (2); IX, 153 *et* 150 (?) Vir; IX, 157-9 Institor; IX, 162-4 Columbe; IX, 165-7 Rustica; IX, 170 Consulo; IX, 171-4 Liber; IX, 174 Cortex; IX, 178-80 Germanus; IX, 190-3 Proceres; IX, 196-7 Sanguis; IX, 201-

5 Sol; IX, 218-19 Finis; IX, 224-5 Radius; IX, 237-8 Fornix; IX, 256-7 Prescindo; IX, 262-3 Renunculus; IX, 264-5 Gehenna; IX, 266-9 Oppilio; IX, 276-7 Tetrarcha; IX, 297-8 *et* IX, 300 Cirographum; IX, 301-2 Calculus; IX, 304-5 Gladius; IX, 314-15 Hospes; IX, 333-4 Pectus; IX, 339-40 Lucifer; X, 1-2 Carina; X, 20-1 Galea; X, 25-6 Curia; X, 27-8 Luxuria; X, 29-31 Fores; X, 34 Ungula; X, 37-8 Puella, Virgo; X, 41-2 Fruges; X, 49-50 Lens; X, 51-2 Ficus, Nux; X, 56-7 Decipula; X, 58-9 Posticum; X, 73-4 Strues; X, 74-5 Plaga; X, 88 Acies; X, 103-5 Pestis; X, 114-15 Hostia; X, 136-7 Ipocrita, Ira; X, 139 Turris; X, 140-1 Insula; X, 148 Deliramentum, Lira; X, 163 Palma; X, 164-5 Casa; X, 166-7 Forceps; X, 168-9 Arida terra, Orix; X, 170 Gratia; X, 193-5 Putredo; X, 199 Subula; X, 213 Copia; X, 215-16 Hora; X, 223-4 Mola; X, 229 Faux; X, 240 Copia; X, 254 Aqua; X, 256 Moneta; X, 258-9 Statio; X, 262-3 Occasio; X, 272 Valeo; X, 274-5 Venia; X, 280 Adeps; X, 293 Arundo; XI, 14-16 Iaculum; XI, 25-8 Velum; XI, 29-30 Retiaculum; XI, 37-8 Fastidiosus; XI, 53-4 Verba; XI, 76-8 Compendium; XI, 87-93 Templum; XI, 97-9 Temere; XI, 106 *et* XI, 107 Pignus; XI, 136-7 Vinacium; XI, 142-5 Tempus; XI, 154 Os; XII, 7 Infernus; XII, 13 Populus; XII, 17-21 Mamma; XII, 22-5 Semen; XII, 26-8 Capillus; XII, 50-1 Diadema; XII, 58-9 Lectus; XII, 60-1 Humus; XII, 62-6 Cathedra; XII, 67-78 Mare; XII, 89 Fundus; XII, 90-2 Noctua; XII, 100-1 Clipeus; XII, 102-5 Torques; XII, 106-7 Ulna; XII, 118-20 Sal; XII, 121 Saphirus; XII, 127-8 Fenus; XII, 129 Statera; XII, 155-6 Armentum; XII, 157-8 Dolus; XII, 162-3 Lignum; XII, 197-9 Globus; XII, 202-3 Intervallum, Valeo; XII, 208-9 Clavi; XII, 267-71 Sudarium; XII, 272-5 Clipeus; XII, 288-95 Torrens; XII, 311 Margo; XII, 316 Asilum; XII, 338 *et* 340 Scortum; XII, 351-3 Nebula; XII, 364-5 Tribula; XII, 366-8 Chorus; XII, 371-3 Imber temporaneus; XII, 374-5 Gelu; XII, 376-81 Vespere; XII, 382-3 Mulsum; XII, 384-6 Ficus; XII, 394-6 Pila; XII, 396 Pilum; XII, 401-4 Socer; XII, 405-6 Afficere; XII, 417-18 Tiara; XII, 421-2 Lacinia; XIII, 1-5 Eternus; XIII, 15-16 Orbare; XIII, 16-17 Abortivus; XIII, 20-1 Angustus; XIII, 31 Teres; XIII, 65-6 Empticius; XIII, 71-4 Sincerus; XIII, 157-9 Mendicus; XIII, 198-200 Consuetudo; XIII, 203-5 Socius; XIII, 207 Invidiosus; XIII, 209 Levigo; XIII, 234-5 Lubricus; XV, 28-30 Participare; XV, 31-3 Peiero; XV, 47-8 Lego, gas; XV, 69 Flagellum, Fragro; XV, 74-6 Altercor; XV, 79 Observare; XV, 81-3 Arrogans; XV, 104-5 Libamen; XV, 120-1 Excubo; XV, 130-2 Recordor; XV, 139-40 Decor; XV, 158-61 Cenaculum; XV, 180 Irrito (2); XV, 203-4 Deliramentum; XV, 209-10 Presto (1); XV, 219-20 Choruscare; XV, 223-4 Extrico; XV, 225 Prestolor; XV, 226 Mussito; XVI, 1-2 Vale; XVI, 17-18 Ardere; XVI, 29 Liceo, Polliceor; XVI, 31-2 Peniteo; XVI, 114-16 Luceo; XVII, 11-12 Consero, Sero; XVII, 26-7 Committere; XVII, 50-1 Alluvio, Luere; XVII, 52-3 Assistrix; XVII, 54-5 Afficere; XVII, 56-7 Lego, gis, Sacrilegus; XVII,

63-4 Colo; xvii, 65-7 Accumbere, Discumbo; xvii, 128-9 Accingere; xvii, 134 *et* 135 Indico, cis; xvii, 140 Inquam; xvii, 144 Consulo; xvii, 148 Conducit; xviii, 23 Auriga; xviii, 24-5 Abortivus; xviii, 35-6 Ambire; xviii, 50-1 Circumvenire; xviii, 70-1 Demolior; xix, 9 Suggero; xix, 17 Conducit, Loco; xix, 19 Lacteo; xix, 21 Compendium, Impendo; xix, 25-8 Vitupero; xix, 26 Exprobro; xix, 66-8 Delibare; xix, 80-1 Consternor; xix, 84 Transvadare; xix, 103 Garrio; xix, 106-7 Cor; xx, 47 Agite; xx, 50 Foras; xx, 51 Olim; xx, 140-1 Paulominus; xx, 152-9 O!; xx, 160 Agite; xx, 174 Quousque; xx, 195-9 Confestim; xxii, 86-8 Quatinus; xxiv, 40-7 Vath; xxv, 173-6 Domus saltus; xxv, 191-3 Cepe; xxv, 216-19 Agnus; xxv, 265-8 Cratera; xxv, 277-9 Fasciculus; xxv, 318-21 Cucumer; xxvi, 106-8 Mors; xxvi, 123 Neco; *vide et* Conditus; Fiscella; Fruor; Limus; Oppilo; Viso

Ennius: *Fr.* 483 V[2] Clavi

Glossa Ordinaria: *Genesis* 6, 3 Spiritus; 6, 14 Bitumen; 24, 22 Siclus; 25, 29 Acetabulum; 30, 14 Mandragora; 35, 4 Inauris; 37, 3 Polimitus; 37, 25 Stacte; 38, 14 Teristrum; 38, 29 Maceria; 40, 1 Pincerna; 41, 18 Obesus; 43, 11 Storax, Terebintus

– *Exodus* 10, 4 Locusta; 16, 18 Gomor; 25, 6 Concinnare; 25, 29 Acetabulum; 28, 4 Linea; 28, 18 Iaspis; 28, 36 Tetragramaton; 28, 37 Tiara; 30, 18 Labia; 34, 35 Cornuta

– *Leviticus* 5, 11 Ephi; 11, 16 Larus; 11, 22 Attacus; 11, 30 Cameleon, Migale

– *Deuteronomium* 14, 9-15 Herodius; 14, 12 Griphes; 14, 15 Larus

– *II Regum* 8, 16 Acommentariis; 12, 30 Melchon; 12, 31 Tipus; 17, 19 Tipsana

– *III Regum* 6, 1 Zio; 6, 37 Elul; 7, 27 Concha; 7, 29 Plecta; 7, 31 Intercolumpnium; 7, 38 Concha; 7, 40 Hamulas; 10, 11 Thina ligna

– *IV Regum* 4, 2 Adremon

– *I Paralipomenon* 15, 21 Epinichion

– *II Paralipomenon* 9, 10 Thina ligna

– *II Esdra* 8, 10 Mulsum

– *Iudith* 10, 5 Lappates

– *Esther* 1, 6 Carpasinus

– *Iob* 28, 16 Sardonicus; 41, 9 Sternutatio

– *Psalmi* 57, 9 Ramnus; 101, 7 Domicilium; 103, 18 Herodius; 119, 5 Incolo; 131, 5 Tempus; 143, 6 Fulguro; 150, 5 Cimbalum

– *Proverbia* 23, 21 Simbolum; 31, 22 Purpura

– *Ecclesiastes* 3, 19 Spiritus; 7, 17 Severus

– *Canticum* 1, 10 Vermiculatus; 4, 13 Fistula; 5, 11 Elate; 7, 5 Purpura

– *Sapientia* 2, 14 Traducere

– *Ecclesiasticus* 5, 17 Denotatio; 7, 17 Severus; 9, 3 Multivola; 24, 21 Gutta, Libanus, Onica; 27, 5 Aporia; 32, 15 Tricare

– *Isaias* 1, 18 Coccus; 6, 6 Calculus; 13, 21 Pilosi; 13, 22 Sirena, Ulula; 18, 2 Vasa papiria; 27, 1 Leviathan; 28, 4 Temporaneum; 28, 25 Gith; 29, 2 Ariel; 30, 24 Migma; 34, 11 Ibices; 34, 14 Lamia; 36, 22 A commentariis; 40, 12 Palmus, Pugnus; 43, 3 Saba; 45, 9 Samia; 45, 14 Manica; 51, 20 Orix; 59, 16 Aporia; 60, 6 Dromedarius
– *Ieremias* 17, 11 Perdix; 17, 26 Manaa; 50, 39 Ficarius
– *Threni* 4, 3 Lamia
– *Ezechiel* 11, 5 Palmus; 27, 16 Chodohod; 40, 5 Palmus; 41, 15 *et* 16 Hectecha; 42, 7 Peribolus; 43, 13 Diffinitio; 43, 14 Crepido; 43, 15 Ariel; 47, 3 Cubitus; 48, 15 Profanus
– *Daniel* 3, 21 Tiara; 3, 46 Malleus, Napta; 11, 36 Diffinitio; 11, 45 Aphedno; 14, 13 Cinus
– *Osea* 10, 12 Novale
– *Ioël* 1, 4 Attacus, Locusta, Rubigo
– *Amos* 4, 9 Aurugo, Erugo
– *Ionas* 1, 3 Tharsis
– *Michaeas* 2, 11 Spiritus
– *Nahum* 1, 1 Helcheseus
– *Sophonias* 3, 18 Nugas
– *Zacharias* 1, 7 Sabath; 3, 8 Portendo; 8, 20 Usquequo; 11, 15 Vasa pastoris; 12, 11 Adremon
– *I Machabaeorum* 5, 55 Pentacontarchus, Tribunus; 4, 38 Pastoforia; 14, 48 Peribolus
– *II Machabaeorum* 8, 33 Epinichia; 12, 17 Tubianei; 14, 4 Tallos
– *Matthaeus* 1, 19 Traducere; 2, 1 Magi; 2, 18 Rama; 5, 26 Quadrans; 6, 16 Exterminare; 6, 24 Mammona; 27, 6 Corbanan
– *Marcus* 4, 19 Suffoco; 5, 41 Tabita; 11, 9 Osanna; 14, 1 Azimus
– *Lucas* 2, 7 Diversorium; 6, 1 Sabbato; 11, 28 Quinimmo; 15, 8 Dragma; 15, 25 Simphonia; 17, 6 Morus; 21, 38 Manico
– *Iohannes* 9, 7 Natatoria
– *Actus* 3, 10 Extasis; 4, 13 Idiota; 9, 43 Coriarius; 17, 18 Seminiverbius; 17, 19 Ariopagita; 18, 3 Cenofactoria; 19, 12 Semicinctium; 21, 39 Municeps; 27, 14 Euroaquilo; 27, 27 Adria; 27, 41 Bitalassum; 28, 13 Puteoli; 34, 29 Cornuta
– *ad Romanos* 13, 6 Tributum
– *I ad Corinthios* 5, 7 Conspersio; 15, 21 Quoniamquidem; 16, 22 Maranatha
– *II ad Corinthios* 4, 8 Aporia; 11, 24 Quinquies
– *ad Galatas* 4, 6 Abba
– *ad Philippenses* 1, 10 Sincerus
– *II ad Timotheum* 4, 6 Delibare; 4, 13 Membrana, Penula
– *ad Hebraeos* 4, 9 Sabbatismus; 9, 5 Propitiatorium; 11, 37 Melota
– *Iacobus* 4, 3 Insumo

– *Apocalypsis* 21, 19 Calcedonius, Saphirus; 21, 20 Crisopassus, Sardius, Sardonix, Topazius
Gregorius Magnus: *Homilia in Evangelia* (PL 76) 1283-4 Altilia
– *Moralia* (PL 75) 866 Arturus; 1151 Vulgus; (PL 76) 71 Obumbrare; 412 Immanis; 571 Rinoceron; 709 Sternutatio; 774 Cornustibii; 1133 Suffoco
– *Vide et* Celtis; Preda
Gualterius de Castellione: *Alexandreis* II, 596 Maturus; II, 635 Oppilio

Haimo: *Commentum in Isaiam* (PL 116) 905 Spondeo; 939 Runcina
– *Expositio in Epistulas S. Pauli* (PL 117) 654-5 Quinquies
Hieronimus: *Commentum in Ezechiel* (PL 25) 64 Contractio; 82 Adonis
– *Commentum in Isaiam* (PL 24) 81 Batus
– *Commentum in Matthaeum* (PL 26) 24 Mel silvestre; 24 Mammona
– *Commentum in Osee* (PL 25) 844 Ephot, Teraphim
– *Commentum in Zachariam* (PL 25) 1578 Plastes
– *Epistula* IX (PL 30) 125 Fascinus
– *Hebraicae Quaestiones in Genesin* (PL 23) 994-5 Polimitus
– *Interpretatio Hebraicorum Nominum* p. 77 Hur; p. 103 Celeti; p. 135 Bariona; p. 136 Gehenna; p. 138 Racha
– *Prologus in Iosue* Prophetare
– *Prologus in Zachariam* Mirtus
– *Vide et* Compes; Didragma; Encenia; Lacinia
Horatius: *Epistulae* I, 1, 92-3 Triremis; I, 1, 94-6 Linea; I, 2, 14 Deliramentum; I, 2, 26 Suillus; I, 2, 54 Sincerus; I, 5, 7 Suppellex; I, 5, 16-20 Spes; I, 5, 19 Disertus; I, 5, 30-1 Posticum; I, 6, 38 Nummus; I, 10, 49 Vacillare; I, 13, 15 Contribules; I, 15, 15-16 Iugis; I, 17, 55-6 Perichelides; II, 1, 105 *et* II, 1, 232-4 Nummus
– *Sermones* I, 1, 25-6 Crustum; I, 1, 78-9 Oppilo; I, 3, 44-5 Limus; I, 3, 72 Statera; I, 3, 88-9 Extrico; I, 4, 4 Alioquin; I, 4, 71 Pila; I, 5, 73-4 Culina; I, 6, 114-15 Laganum; I, 6, 117 Ciatus; I, 6, 130-1 Consolor; II, 1, 69 Primor; II, 2, 80-1 Industrius; II, 2, 102-5 Insumo; II, 3, 143-4 Trulla; II, 3, 155 Tipsana; II, 3, 281-2 Compitum; II, 3, 309 Pedalis; II, 4, 34 Pectus; II, 4, 43 Caprea; II, 4, 81-2 Scopa; II, 5, 7 Apotheca; II, 6, 2 Iugis; II, 6, 45 Scorpio; II, 7, 98-9 Rubrica
– *Ars Poetica* 183 Scenofactoria; 185 Trucidare
Hugo de Sancto Victore: Articulus

Isidorus: *Etymologiae* I, 1, 1 Disciplina; I, 4, 16 A littera; I, 9, 1 Verba; I, 27, 18 Hora; I, 37, 2 Parabola; I, 37, 34 Parabola; I, 40, 1 Fabulas; I, 41, 1 Allegoria; I, 44 Allegoria; II, 7, 1 Exordium; II, 24, 1 *et* 9 Philosophia; III, 3, 1 Nummus; III, 15, 1-2 Musica; III, 21, 2 Organum; III, 21, 4 Tibia; III, 21, 7 Sambuca; III, 22, 2 Cithare; III, 22, 8

Lira; III, 22, 10 Timpanum; III, 22, 11 Cimbalum; III, 22, 12 Sistrum; III, 22, 13 Tintinnabulum; III, 22, 14 Simphonia; III, 29 Mundus; III, 32 *et* 34 *et* 35 Spera; III, 44, 1 Zona; III, 51, 1-2 Sol; III, 53 *sqq.* Luna; III, 60 Sidus; III, 61 *et* 62 Stelle; III, 71, 4 Signa; III, 71, 12 Hias; IV, 5, 3 – 6, 1 Colera; IV, 6, 3 Colera; IV, 6, 8 Colera; IV, 6, 17-18 Pestis; IV, 7, 3 Vertigo; IV, 7, 5-7 Luna; IV, 7, 13 Branchia; IV, 7, 14 Raucus; IV, 7, 17 Colera; IV, 7, 23 Idropicus; IV, 7, 36 Dissinteria; IV, 8, 1 Lepra in capillis; IV, 8, 6 Impetigo; IV, 8, 10 Scabies; IV, 8, 11 Lepra; IV, 8, 13 Aurugo; IV, 8, 19 Vulnus; IV, 8, 20 Pustula; IV, 8, 21 Papula; IV, 8, 22 Sanies; IV, 8, 23 Cicatrix; IV, 9, 10 Collirium; IV, 9, 11 Malagma; IV, 11, 4 Pigmentum; IV, 11, 6 Mortarium; IV, 12, 2 Thimiama; IV, 12, 5 Stacte; IV, 6, 17-18 Pestis; V, 3, 2-3 Consuetudo; V, 24, 2-5 Testamentum; V, 24, 21 Ratus; V, 24, 30 Stipulatio; V, 25, 2 Res; V, 25, 15 Usura; V, 25, 19 Deponere, Depositum; V, 25, 20-1 Arra; V, 25, 22 Pignus; V, 26, 1 Crimine pessimo; V, 26, 2-3 Facinus; V, 26, 11 Seditio; V, 26, 17 Internecio; V, 26, 20 Infitior; V, 26, 26 Piaculum; V, 27, 4 Ignominia; V, 27, 5 Dampnum; V, 27, 14 Flagellum, Plaga; V, 27, 16 Fustis; V, 27, 17 Vectis; V, 27, 18 Scorpio; V, 27, 20 Ungula; V, 27, 26-7 Fama; V, 27, 32 Servitus; V, 30, 5-9 Dies; V, 30, 12 Dies; V, 30, 14 Mane; V, 31, 1-4 Nox; V, 31, 4-14 Crepusculum; V, 31, 13 Diluculum; V, 33, 1 Mensis; V, 35 Autumpnus; V, 36, 1 Annulus; V, 37, 1 Agon; V, 37, 3 Iubileus; V, 38, 3 Etas; VI, 2, 7 Deuteronomium; VI, 2, 18-19 Proverbiorum; VI, 3, 1 Bibliotheca; VI, 3, 5 – 4, 5 Interpres; VI, 8, 5 Commentarius; VI, 10, 1-2 Carta; VI, 11, 1 Membrana; VI, 17, 11 Pasche; VI, 18, 9 Scenophegia; VI, 19, 1 Officium; VI, 19, 15 Psallo; VI, 19, 17 Hympnus; VI, 19, 20-1 Amen; VI, 19, 23 Osanna; VI, 19, 28 Sacrificium; VI, 19, 31 Immolo; VI, 19, 33-4 Hostia; VI, 19, 34 Victima; VI, 19, 35 Holocaustum; VI, 19, 36 Cerimonia; VI, 19, 38 Sacrificium; VI, 19, 54 Manus impositio; VI, 19, 55 Exorcista; VI, 19, 57-8 Simbolum; VI, 19, 59 Oratio; VI, 19, 71 Penitentia; VII, 1, 3-18 Alleluia; VII, 2, 2-5 Christus; VII, 2, 7 Iesus; VII, 5, 24 Seraph; VII, 6, 81 Zorobabel; VII, 8, 1 Propheta; VII, 8, 33-6 Prophetia; VII, 9, 3 Cephas; VII, 9, 4 Bariona; VII, 9, 7-8 Saulus; VII, 9, 20 Scarioth; VII, 11, 1 Martir; VII, 12, 20-1 Presbiter; VII, 12, 23 Nathinei; VII, 12, 31 Exorcista; VII, 14, 10 Proselitus; VIII, 1, 1-8 Ecclesia; VIII, 1, 7-8 Sinagoga; VIII, 2, 2 *et* 3 Religio; VIII, 3, 4 Secta; VIII, 3, 5 Scisma; VIII, 3, 6-7 Superstitio; VIII, 4, 3 Pharisei; VIII, 5, 14 Bissus; VIII, 6, 1 Philosophus; VIII, 7, 3 Poeta; VIII, 9, 9-33 Ariolus; VIII, 10, 1 Pagus; VIII, 10, 2 Ethnicus; VIII, 11, 11 Idolatria; VIII, 11, 15 Demon; VIII, 11, 18 Diabolus; VIII, 11, 20-1 Antichristus; VIII, 11, 23 Bel; VIII, 11, 24-5 Belphegor; VIII, 11, 26 Beelzebub; VIII, 11, 27 Behemoth; VIII, 11, 45-8 Mercurius; VIII, 11, 90-3 Fatum; VIII, 11, 94 Fortuna; VIII, 11, 95 Furiosus; VIII, 11, 102 Lamia; VIII, 11, 103-4 Pilosi; IX, 2, 1 Gens;

IX, 2, 5 Hebrei; IX, 3, 6 *et* 8 *et* 9 Proconsul; IX, 3, 12-13 Cesarum; IX, 3, 21 Municeps, Princeps; IX, 3, 24 Tetrarcha; IX, 3, 28 Preses; IX, 3, 29 Tribunus; IX, 3, 42 Excubo; IX, 4, 3 Domus; IX, 4, 6 Plebs; IX, 4, 7 Tribus; IX, 4, 14 Iudices; IX, 4, 16 Pretorium; IX, 4, 17 Proceres; IX, 4, 23 Decurio; IX, 4, 32 Publicus; IX, 5, 3 Pater; IX, 5, 7 Paterfamilias; IX, 5, 8 Materfamilias; IX, 5, 15 Filius; IX, 5, 24-5 Spurius; IX, 5, 26 Posterus; IX, 5, 26-8 Nepos; IX, 6, 1-21 Frater; IX, 7, 1 Vir; IX, 7, 3-4 Spondeo; IX, 7, 8 Pronuba; IX, 7, 9 Coniunx; IX, 7, 10 Nupte; IX, 7, 12 Uxor; IX, 7, 13 Mater; X, 37 Consors; X, 42 Calumpniator; X, 44 Oppilo; X, 45 Contumax; X, 49 Collega; X, 70 Delibutus; X, 76 Dolus; X, 77 Delator; X, 78 Deliramentum; X, 93 Eunuchus; X, 94 Effeta; X, 103 Fatuus; X, 123 Interpres; X, 124 Indoles; X, 126 Illustris, Inclitus; X, 130 Incentor; X, 136 Improbus; X, 139 Immanis; X, 140 Immunis; X, 148 Incestus; X, 163 Luscus; X, 175 Mendicus; X, 176 Malignus; X, 188 Nefas; X, 210 Vicia; X, 212 Piger; X, 239 Rixa; X, 243 Solers; X, 245 Socius; X, 247 Segnis; X, 248 Superbus; X, 255 Scurra; X, 260 Sequester; X, 266 Tricare; X, 277 Versutus; XI, 1, 3 Vita; XI, 1, 6-13 Anima; XI, 1, 26 Vertex; XI, 1, 28 Pilum; XI, 1, 32 Tempus; XI, 1, 33 *et* 34 Vultus; XI, 1, 36 Oculus; XI, 1, 37-8 Pupilla; XI, 1, 39 Palpebra; XI, 1, 43 Gena; XI, 1, 44 *et* 45 Maxilla; XI, 1, 45 Mandibula; XI, 1, 46 Pinnaculum; XI, 1, 47-8 Naris; XI, 1, 49 Os; XI, 1, 50 Labia; XI, 1, 52 Dens; XI, 1, 55 Palatum; XI, 1, 57 Mentum; XI, 1, 58-9 Eructo; XI, 1, 59 Rumino; XI, 1, 61 Cervicatus; XI, 1, 63-5 Brachium; XI, 1, 64 Cubitus, Ulna; XI, 1, 66-8 Manus; XI, 1, 69 Palma; XI, 1, 70 *et* 71 Digitus; XI, 1, 72 Ungula; XI, 1, 73 Torax; XI, 1, 74-6 Mamma; XI, 1, 83 Nervus; XI, 1, 86 Os; XI, 1, 87 Medulla; XI, 1, 88 Cartillago; XI, 1, 94 Palata; XI, 1, 95 Spicam; XI, 1, 97 Ren; XI, 1, 98 Lumbi; XI, 1, 100 Ilium; XI, 1, 101 Nates; XI, 1, 104 Testiculi; XI, 1, 106 Feminalia, Femora; XI, 1, 110 Tibia; XI, 1, 113 Planta; XI, 1, 114 Calx; XI, 1, 115 Arida terra, Solum; XI, 1, 118 Cor; XI, 1, 119 Precordia; XI, 1, 121 Vena; XI, 1, 122-3 Sanguis; XI, 1, 124 Pulmo; XI, 1, 126 Fibre; XI, 1, 127 Ren; XI, 1, 132-3 Alvus; XI, 1, 134-6 Uterus; XI, 1, 137 Vesica; XI, 1, 138 Urina; XI, 1, 139-42 Muliebria; XI, 1, 140-1 Menstruum; XI, 1, 144 Fetus, Secundina; XI, 2, 10 *et* 11 Puer; XI, 2, 12 Orphanus, Puella; XI, 2, 18 Mulier; XI, 2, 21-2 Virgo; XI, 2, 22 Virago; XI, 2, 24 Femina; XI, 2, 25 Senior; XI, 2, 27 Seneo; XI, 2, 31-2 Mors; XI, 2, 33 Mors; XI, 3, 1-3 Monstrum; XI, 3, 13-14 Gigas; XI, 3, 30-1 Sirena; XI, 3, 37 *et* 39 Onocentaurus; XII, 1, 5-6 Pecus; XII, 1, 9 Ovis; XII, 1, 14 Hircus; XII, 1, 15-16 Capreas; XII, 1, 16-17 Ibices; XII, 1, 18 Cervus; XII, 1, 20 Tragelaphus; XII, 1, 21 Hinnulus; XII, 1, 22 Damula; XII, 1, 23 Lepus; XII, 1, 25 Porcus, Suillus; XII, 1, 35 Camelus; XII, 1, 36 Dromedarius; XII, 1, 38 Asinus; XII, 1, 39 Onager; XII, 1, 51 Scutulata; XII, 1, 60 Burdo; XII, 2, 3-6 Leonis; XII, 2, 7 Tigris; XII, 2, 10 Pardus;

XII, 2, 12-13 Rinoceron; XII, 2, 14-16 Elephas; XII, 2, 17 Griphes; XII, 2, 18 Cameleon; XII, 2, 19 Cameleon pardulus; XII, 2, 22 Ursus; XII, 2, 29 Vulpes; XII, 2, 30-3 Simie; XII, 3, 3 Mustela; XII, 3, 4 Mustum; XII, 3, 5 Talpa; XII, 3, 6 Orix; XII, 3, 7 Ericius; XII, 3, 9 *et* 10 Formica; XII, 4, 3 Serpens; XII, 4, 4-5 Dracho; XII, 4, 6-7 Basiliscus; XII, 4, 10 Vipera; XII, 4, 12 Aspis; XII, 4, 13 Dipsas; XII, 4, 18 Cerastes; XII, 4, 34-8 Lacertus; XII, 4, 35 Repo; XII, 4, 38 Stellio; XII, 4, 39-48 Serpens; XII, 5, 1 Vermis; XII, 5, 3 Sanguisuga; XII, 5, 4 Scorpio; XII, 5, 11 Tinea; XII, 5, 15 Pulex; XII, 5, 19 Vermis; XII, 6, 8 Cete; XII, 6, 19-20 Cocodrillus; XII, 6, 43 Murenula; XII, 6, 48-52 Concha; XII, 6, 52 Onica; XII, 6, 58-9 Rana; XII, 7, 3 Avis; XII, 7, 5 Pulli; XII, 7, 8 Pluma; XII, 7, 10 Aquila; XII, 7, 12 Vultur; XII, 7, 16 Ciconia; XII, 7, 18 Cignus; XII, 7, 20 Structio; XII, 7, 22 Fenix; XII, 7, 26 Pellicanus; XII, 7, 33 Ibices; XII, 7, 36 Vespertilio; XII, 7, 39 Bubo; XII, 7, 40 Noctua; XII, 7, 41 Nicticorax; XII, 7, 50 Gallus; XII, 7, 53 Herodius; XII, 7, 55-6 Accipiter; XII, 7, 60 Turtur; XII, 7, 61 Columbe; XII, 7, 63 Perdix; XII, 7, 64-5 Coturnix; XII, 7, 66 Huppupa; XII, 7, 68 Passer; XII, 7, 70 Hyrundo; XII, 8, 1-2 Apes; XII, 8, 3 Fucus; XII, 8, 4 Scrabro; XII, 8, 8 Papilio; XII, 8, 9 Locusta; XII, 8, 12 Cinomia; XII, 8, 13 Culex; XII, 8, 14 Cinifes; XIII, 1, 1-2 Mundus; XIII, 5, 1 Ether; XIII, 7, 1 Ether; XIII, 7, 2 Nebula; XIII, 7, 2 Nubes; XIII, 8 Tonitru; XIII, 9, 1-2 Fulgur; XIII, 10, 1 Iris; XIII, 10, 2-4 Imber; XIII, 10, 3 Nimbus; XIII, 10, 5 Grando; XIII, 10, 7-8 Gelu; XIII, 10, 8 Pruina; XIII, 10, 9 Ros; XIII, 10, 12 Tenebre; XIII, 10, 13 Umbra; XIII, 11, 1-19 Aquilo; XIII, 11, 19 Turbo; XIII, 11, 20 Tempestas; XIII, 11, 22 Procella; XIII, 14, 1 Mare; XIII, 19, 2 Lacus; XIII, 19, 2-4 Lacus Asfalti; XIII, 19, 3-4 Mare mortuum; XIII, 19, 5 Lacus Tiberiadis; XIII, 19, 6 Lacus Genesar; XIII, 19, 9 Stagnum; XIII, 20, 2-3 Unda; XIII, 20, 5 Gutta; XIII, 20, 5 Stilla; XIII, 20, 6 Spuma; XIII, 21, 1-3 Fluvius; XIII, 21, 1-4 Rivus; XIII, 21, 2 Torrens; XIII, 21, 5 Gurges; XIII, 21, 9 Tigris; XIII, 22, 1 Diluvium; XIV, 1, 1-2 Arida terra; XIV, 2, 1 Orbis; XIV, 3, 2-4 Paradisus; XIV, 8, 1 Mons; XIV, 8, 19-21 Iugum; XIV, 8, 24 Solum; XIV, 8, 25 Saltus; XIV, 8, 27 Conflatorium; XIV, 8, 29 Lustrum; XIV, 8, 39 Statio; XIV, 8, 40 Portus; XIV, 9, 5 Baratrum; XIV, 9, 8 Tartarus; XIV, 9, 9 Gehenna; XIV, 9, 10-11 Infernus; XV, 1, 5 Ierusalem; XV, 2, 5-6 Oppidum; XV, 2, 11-12 Vici; XV, 2, 15 Compitum; XV, 2, 16 Suburbana; XV, 2, 19 Turris; XV, 2, 20 Propugno; XV, 2, 22 Porta; XV, 2, 27 Forus; XV, 2, 30 Gignasium; XV, 2, 38 Coclea; XV, 2, 42 Propino; XV, 2, 43 Taberna; XV, 2, 44 Macellum; XV, 2, 45 Theloneum; XV, 3, 3 Aula; XV, 3, 4 Atrium; XV, 3, 7 Cenaculum; XV, 3, 8 Triclinium; XV, 3, 10 Castrametari, Diversorium; XV, 3, 11 Menianum, Solarium; XV, 4, 1-2 Sacrasancta; XV, 4, 4 Oratorium, Penetrale; XV, 4, 7 Templum; XV, 4, 11 Basilica; XV, 5, 3-4 Erarium; XV, 5, 5 Bibliotheca; XV, 5, 6 Promptuarium; XV, 6, 4 De-

molior, Pila; xv, 6, 8 Forus, Lacus; xv, 7, 2 Vestibulum; xv, 7, 4 Fores, Hostium; xv, 7, 9 Posticum; xv, 8, 2 Paries, Parietinas; xv, 8, 6 Laquearia; xv, 8, 16 Canalis; xv, 8, 17 Domatum fistule; xv, 9, 2 Intervallum, Valeo; xv, 9, 4 Maceria; xv, 11, 3 Mausoleum; xv, 12, 2 Tugurium; xv, 13, 4 Fundus; xv, 13, 5 Predium; xv, 13, 12 Novale; xv, 13, 14 Ulmus; xv, 13, 18 Palus; xv, 14, 1 Finis; xv, 15, 2 Palmus; xv, 15, 5 Iugerum; xv, 16, 3 Stadium; xv, 16, 9-10 Semita; xvi, 1, 1 Pulvis; xvi, 1, 2-4 Lutum; xvi, 1, 7 Samia; xvi, 1, 9 Sulphur; xvi, 2, 3 *et* 4 *et* 6 Sal; xvi, 2, 7 Nitrum; xvi, 3, 1 Silex; xvi, 3, 5 Scrupulus; xvi, 3, 7 Pumex; xvi, 4, 15 Sarcophagus; xvi, 6, 2 Gemma; xvi, 7, 1 Smaragdus; xvi, 7, 5 Berillus; xvi, 7, 8 Iaspis; xvi, 7, 9 Topazius; xvi, 8, 2 Sardius; xvi, 8, 3 Onix; xvi, 8, 4 Sardonix; xvi, 8, 8 Ligurius; xvi, 9, 1 Ametistus; xvi, 9, 2 Saphirus; xvi, 10, 1 Margarita; xvi, 11, 1 Achates; xvi, 13, 1 Cristallus; xvi, 13, 2-3 Adamas; xvi, 14, 1 Carbunculus; xvi, 15, 2-3 Crisolitus; xvi, 16, 1 Vitrum; xvi, 17 Metallum; xvi, 18, 1-2 Aurum; xvi, 18, 2 Bractea, Obrizum; xvi, 18, 3-4 Pecunia; xvi, 18, 7 Tributum; xvi, 18, 8 Moneta, Stipendium; xvi, 18, 9 Nummisma; xvi, 18, 10 Nummus; xvi, 18, 12 Nummus; xvi, 20, 1 Es; xvi, 20, 3 Auricalcum; xvi, 20, 8-11 Es; xvi, 21, 1 *et* 2 Ferrum; xvi, 21, 5 Rubigo; xvi, 22, 1 Plumbum; xvi, 23, 1 Stannum; xvi, 24, 1-3 Electrum; xvi, 25, 3 Pondo; xvi, 25, 10 Semis; xvi, 25, 11 Obolus; xvi, 25, 11-12 Scrupulus; xvi, 25, 13 Dragma; xvi, 25, 14 Solidare; xvi, 25, 16 Semis, Stater; xvi, 25, 18 Siclus; xvi, 25, 20 Libra; xvi, 25, 22 Talentum; xvi, 26, 1-2 Mensor; xvi, 26, 6-7 Sextarius; xvi, 26, 9 Metreta; xvi, 26, 10 Modius; xvi, 26, 11 Satum; xvi, 26, 14 Cadus; xvi, 26, 16 Artabea; xvi, 26, 17 Chorus, Gomor; xvii, 3, 2 Frumenta; xvii, 3, 4 Triticum; xvii, 3, 5 Far; xvii, 3, 10 Ordeum; xvii, 3, 13 Milium; xvii, 3, 15 Spicam; xvii, 3, 17 Folliculus; xvii, 3, 18 Stipula; xvii, 3, 19 Palea; xvii, 4, 1 Legumen; xvii, 4, 3 Faba; xvii, 4, 5 Lens; xvii, 4, 9 Vicia; xvii, 4, 11 Nervus; xvii, 5, 2 *et* 7 *et* 11 *et* 12 *et* 30-3 Vitis; xvii, 5, 3 Labrusca; xvii, 5, 5 Malleus; xvii, 5, 6 Spado; xvii, 5, 8 Flagellum; xvii, 5, 9 *et* 10 Palmes; xvii, 5, 13 Uva; xvii, 5, 14 Racemus; xvii, 6, 4 Frutices; xvii, 6, 6-7 Silva; xvii, 6, 8 Saltus; xvii, 6, 12 Planta; xvii, 6, 15-16 Cortex; xvii, 6, 18 Virga, Virgultum; xvii, 6, 22 Germen; xvii, 6, 23 Fructus; xvii, 6, 27 Torris; xvii, 6, 28 Caries; xvii, 7, 1 Palma; xvii, 7, 2 Laurus, Palma; xvii, 7, 3 Mandragora; xvii, 7, 6 Malogranatum, Malum; xvii, 7, 17 Carica, Ficus; xvii, 7, 19 Morus, Rubus; xvii, 7, 20 Sicomorus; xvii, 7, 21-2 Nux; xvii, 7, 22 Pomarium; xvii, 7, 23 Amigdalus; xvii, 7, 26 Ilex; xvii, 7, 27 Cortex; xvii, 7, 29 Siliqua; xvii, 7, 32 Abies; xvii, 7, 33 Cedrus; xvii, 7, 34 Cipressus; xvii, 7, 35 Iuniperus; xvii, 7, 36 Hebeninus; xvii, 7, 37 Platanus; xvii, 7, 38 Quercus; xvii, 7, 40 Dumtaxat; xvii, 7, 43 Ulmus; xvii, 7, 47 Salix; xvii, 7, 48 Vimen; xvii, 7, 49 Mirica; xvii, 7, 50 Mirtus; xvii, 7, 51

Cinus; xvii, 7, 53 Buxus; xvii, 7, 59 Ramnus; xvii, 7, 60 Vepres; xvii, 7, 61 Oleaster; xvii, 7, 62 Olea; xvii, 7, 71 Resina, Terebintus; xvii, 7, 72 Pix; xvii, 7, 74 Buxus; xvii, 8, 1 Aroma; xvii, 8, 2-3 Thus; xvii, 8, 4 Mirra; xvii, 8, 5 Storax; xvii, 8, 10 Cinamomum; xvii, 8, 12 Casia; xvii, 8, 13 Calamus; xvii, 8, 14 Balsamus; xvii, 9, 5 Crocus; xvii, 9, 12 Ligna thima; xvii, 9, 15 Iacinctus; xvii, 9, 17 Rosa; xvii, 9, 18 Lilium; xvii, 9, 19 Viola; xvii, 9, 22 Edera; xvii, 9, 30 Mandragora; xvii, 9, 31 Papaver; xvii, 9, 32 Coloquintida; xvii, 9, 39 Isopus; xvii, 9, 56 Paliurus; xvii, 9, 66-7 Lappa; xvii, 9, 95 Galbanum; xvii, 9, 97 Scirpus; xvii, 9, 98 Fucus; xvii, 9, 102 Carectum; xvii, 9, 106 Zizania; xvii, 10, 2 Olus; xvii, 10, 10 Sinapis; xvii, 10, 12 Cepe; xvii, 10, 16 Cucumer, Pepo; xvii, 10, 20 Capparis, Carduus; xvii, 10, 21 Eruca; xvii, 11, 7 Coriandrum; xvii, 11, 8 Ruta; xviii, 2, 2 Pompatice; xviii, 2, 3 Triumphus; xviii, 4, 1 Buccina; xviii, 6, 1-2 Gladius; xviii, 6, 2 *et* 3 Framea; xviii, 6, 3 Rumphea; xviii, 6, 3-4 Spatula; xviii, 6, 6 Pugio; xviii, 6, 8 Sicarius; xviii, 7, 1 Hasta; xviii, 7, 10 Telum; xviii, 8, 1 Sagitta; xviii, 8, 3 Scorpio; xviii, 9, 1-2 Faretra; xviii, 9, 2 Vagina; xviii, 10, 2 Balista; xviii, 12, 1 Clipeus; xviii, 12, 2 Scutum; xviii, 12, 4 Pelta; xviii, 13, 1 Lorica; xviii, 13, 2 Squama; xviii, 14, 1 Galea; xviii, 15, 4 Iurgium; xviii, 15, 6 Disceptatio; xviii, 17, 1 Gignasium; xviii, 42, 2 Lupanar, Prostibulum, Theatrum; xix, 1, 3 Nauclerus; xix, 1, 10 Trieris; xix, 1, 18 Scapha; xix, 1, 23 Triremis; xix, 2, 5 Transtra; xix, 2, 6-7 Remus; xix, 2, 7 Palmus; xix, 2, 8 Malum; xix, 3, 3 Arthemo; xix, 4, 1 Restis, Rudens; xix, 5, 1 Rete; xix, 6, 1 Faber; xix, 6, 6 Fornax; xix, 7, 1 Incus; xix, 7, 3 Forceps; xix, 14 Litostratos; xix, 17, 2 Rubrica; xix, 17, 3 Sinapis; xix, 17, 4 Rubrica; xix, 17, 17 Attramentum; xix, 17, 23 Stibium; xix, 19, 2 Sartatectum; xix, 19, 7 Clavi; xix, 19, 9 Serra; xix, 19, 11 Securis; xix, 21, 1-8 Ephot; xix, 22, 6 Tunica; xix, 22, 29 Brache; xix, 24, 1 Pallium; xix, 24, 2 Clamis; xix, 24, 11-12 Diplois; xix, 24, 14 Penula; xix, 24, 19 Melota; xix, 24, 20 Fimbria; xix, 25, 3 *et* 4 Stola; xix, 25, 6 Teristrum; xix, 25, 7 Sindon; xix, 26, 1 Stragulum; xix, 26, 9 Cortina; xix, 27, 1 Linum, Vellus; xix, 27, 2 Stuppa; xix, 27, 4 Bissus; xix, 27, 5 Sericum; xix, 28, 1 Vermis; xix, 28, 5 Purpura; xix, 29, 7 Licium; xix, 31, 1 Diadema; xix, 31, 8 Discriminalia; xix, 31, 12-13 Monile; xix, 31, 14 Murenula; xix, 31, 16 Armilla; xix, 31, 17 Fibula; xix, 31, 17 Lunula; xix, 31, 18 Speculum; xix, 31, 19 Olfactoriola, Perichelides; xix, 33, 1 Semicinctium; xix, 33, 3 Zona; xix, 33, 6 Fascia; xix, 33, 7 Vitta; xix, 34, 5 Ocrea; xix, 34, 12 Caliga; xx, 2, 5 Epule; xx, 2, 7 Pulmentum; xx, 2, 9 Crapula; xx, 2, 10 Cenaculum; xx, 2, 15 Panis, Subcinericius; xx, 2, 17-18 Placet; xx, 2, 18 Crustum; xx, 2, 19 Polenta; xx, 2, 27 Frustum, Pulmentum; xx, 2, 36 Mel, Mel silvestre; xx, 2, 37 Favus; xx, 3, 2 Vinum; xx, 3, 6 Limpidus; xx, 3, 9 Conditus; xx, 3, 10 Mulsum; xx,

3, 16 Sicera; xx, 4, 1 Vas; xx, 4, 2 Vas fictile; xx, 4, 3 Samia; xx, 4, 4 Testa; xx, 4, 8 Anaglipha; xx, 4, 9 Discus; xx, 4, 10 Parapsis; xx, 5, 1 Poculum; xx, 5, 1-2 Fiala; xx, 5, 3 Cratera; xx, 5, 4 Ciatus; xx, 5, 5 Calix, Scala; xx, 6, 3 Lagena; xx, 6, 4 Situla; xx, 6, 5 Catinum, Urceus; xx, 7, 4 Lenticula; xx, 8, 1 Emola; xx, 8, 4 Lebes; xx, 8, 5 Sartago; xx, 8, 6 Mola; xx, 9, 5 Marsupium; xx, 9, 6 Sitarcia; xx, 9, 8 Canistrum; xx, 9, 9 Cophinus; xx, 10, 1 Focus; xx, 11, 1 *et* 4 Lectica; xx, 11, 5 Lectus; xx, 11, 8 Scabellum; xx, 11, 10 Solium; xx, 11, 11 Sella; xx, 12, 1 Carrum; xx, 12, 2 Reda; xx, 12, 3 Ferrata carpenta; xx, 14, 5 Runcina; xx, 14, 8 Pastino; xx, 14, 10 Palata, Tribula

Iuvenalis: 1, 5 Margo; 2, 93-4 Fumarium; 2, 97 Scutulata; 3, 77 Scenofactoria; 3, 142 Parapsis; 3, 156 Fornix; 3, 219 Forus; 4, 54-5 Natatoria; 5, 8 Crepido; 6, 34 Pusillus; 6, 80 Theloneum; 6, 155 Bissus; 6, 260 Bissus; 6, 350 Ibices; 6, 370 Pectus; 6, 591 Sagum; 7, 136 Bissus; 8, 26 Proceres; 8, 114 Resina; 9, 109 Princeps cocorum; 10, 53 Digitus; 10, 134 Buccella; 10, 157 O; 11, 80 Compes; 12, 6 Choruscare; 12, 74 Mamma; 12, 102 Quatinus; 13, 93 Sistrum; 14, 66 Porticus; 14, 139 Nummus; 14, 305-6 Hamus

Lucanus: I, 7 Pilum; I, 179 Ambire; I, 248-9 O; I, 665 Orion; I, 673 Presagium; II, 45-6 Sors; II, 72-3 Rancor; II, 94-6 Ergastulum; II, 127-8 Penetrale; II, 317 Iugulare; II, 357 Discriminalia; III, 61 Prescindo; III, 79 O; III, 222-3 Biblii; III, 518 Ephebus; III, 565 Manica; III, 674-5 Consideo; III, 720 Cadaver; IV, 135 Carta; IV, 136 Papirio; IV, 627 Ilium; IV, 751-2 Frenum; V, 146 Penetrale; VI, 398 Frenum; VI, 679 Cerastes; VII, 492 Constipo; VII, 508-9 Manipulus; VII, 526 Palam; VII, 586 Cassidile; VII, 789-91 Consideo; VIII, 258-9 Cathedra; VIII, 696-7 Piramis; VIII, 696-8 Mausoleum; IX, 723 Sepes; IX, 836 Orion; IX, 916 Galbanum; X, 187 Fastus; X, 317-18 Catharacta; X, 387-8 Iugulare
– *Vide et* Clavi

Macer: *De viribus herbarum* 101-2 Obstetrix; 115-18 Urtica; 267-75 *et* 282 *et* 285 *et* 292-3 *et* 304 Ruta; 296-8 Stibium; 314-15 Butirum; 395-403 Anethum; 509-47 Porrum; 626-40 Secundina; 765-75 Lactuca; 957-61 Coriandrum; 1037-40 *et* 1054-6 Papaver; 1139-46 *et* 1151-3 *et* 1186-7 Sinapis; 1503-4 Isopus; 1509 Lubricus; 1569-72 *et* 1575-6 *et* 1578-9 *et* 1583-4 Menta; 1638-9 Obstetrix; 1675-6 Suffoco; 2111-17 Ciminum; 2147-59 Cinamomum
Martialis: III, 77, 5-6 Capparis; XIII, 94 Damula
Matheus Vindocinensis: *Liber de Tobia* (PL 205) 938 Patrare; 939 Scateo; 966 Cassidile
– *Vide et* Sors

Ovidius: *Ars Amatoria* I, 421 Institor; I, 488 Lectica; I, 587 Propino; II, 2 Cassidile; II, 485 Salio (1); II, 732 Admissura; III, 290 Rudens
– *Fasti* I, 55 *et* 57 Kalende; I, 96 Repente; I, 367 Sisto; I, 414 Nequam; I, 415 Priapus; I, 433 Rudens; III, 318 Cepe; III, 365 Scutum
– *Heroides* I, 51 Dirutus; 2, 85-6 Eventus
– *Ibis* 558 Suffoco
– *Metamorphoses* I, 22 Prescindo; I, 37 Ambire, Initus; I, 103-5 Rubus; I, 103-6 Quercus; I, 287 Penetrale; I, 344 Consideo; I, 445-7 Phiton; I, 452-3 Sors; I, 554 Cortex; II, 124-5 Presagium; II, 299-300 Chaos; II, 499 Plaga; II, 549-50 Presagium; II, 721 Circinus; II, 854 Palea; II, 868-9 Consideo; III, 59-60 Mola; III, 63-4 Lorica; III, 108 Contus; III, 313-15 Educo; III, 359-61 *et* 368-9 Echo; III, 519 Augur; III, 644-5 Edera; IV, 165 Maturus; IV, 178-9 Lima; IV, 220-1 Fusus (2); IV, 299 Plectens; IV, 311 Pectus; IV, 396-7 Palmes; IV, 402-3 Repente; IV, 407-8 Membrana; IV, 457-8 Iugerum; V, 46 Amicio; V, 449-50 Polenta; V, 549-50 Bubo; VI, 22 Fusus (2); VI, 55-8 Radius; VI, 58 Pectus; VI, 97 Ciconia; VI, 356-7 Bissus; VII, 80 Scindo; VII, 107 Fornax, Silex; VII, 149 *et* 186-7 Sopio; VII, 625 Formica; VII, 767-8 Plaga; VIII, 155-6 Exprobro; VIII, 237 Perdix; VIII, 337 Arundo; VIII, 674 Carica; IX, 94-6 Operio; IX, 106 Vortex; IX, 230-1 Pira; IX, 288-90 Tolero; IX, 289-90 Intolerabilis; IX, 660 Bitumen; X, 97 Mirica; X, 475 Vagina; X, 532 Adonis; X, 549 Suillus; X, 715 *et* 725-7 Adonis; X, 733-4 Bulla; XI, 36 Ligo, Sarcula; XI, 181 Tiara; XI, 191 Maturus; XI, 205-6 Infitior; XI, 448 Consolor; XI, 593 Penetrale; XII, 153 Rancor; XII, 238-40 Recalcitrare; XII, 242-3 Lebes; XII, 271-2 Primitie; XII, 299 Sudes; XII, 362 Prescindo; XIII, 1 Consideo; XIII, 213-14 Consolor; XIII, 294 Orion; XIII, 562 Oppilo; XIII, 638 Tapeta; XIII, 928 Apes; XIV, 46 Palpare; XIV, 56 Inquino; XIV, 78-81 Pira; XIV, 303-4 Quinquies; XV, 3-4 Destino, Predestinare; XV, 392-402 Fenix; XV, 398 Casia; XV, 473-4 Pedica
– *Remedia Amoris* 95 Verba; 191 Pectus; 195 Insero; 799 Eruca
– *Tristia* IV, 10, 35 Clavi

Persius: 1, 16 Sardonix; 1, 17-18 Plastes; 1, 32 Bissus; 1, 33 Rancor; 1, 49 Euge; 1, 62 Posticum; 1, 66 Rubrica; 1, 80-1 Sartago; 2, 29-30 Lac; 2, 52-3 Cratera; 2, 64 Casia; 3, 9 Rudens; 3, 10-11 Membrana; 3, 25 Salina; 3, 55 Polenta; 3, 73-4 Locuples; 3, 100-1 Tridens; 3, 104-5 Calx; 4, 4-5 Callidus; 4, 21 Pannus; 4, 39 Palestra; 5, 55 Ciminum; 5, 71 Cantus; 5, 91 Subsannare; 5, 95 Sambuca; 5, 167 Euge; 5, 182 Catinum; 5, 188 Allia; 5, 189 Centurio, Prevarico; 5, 191 Liceo, Polliceor; 6, 36 Casia; 6, 52-4 Amita; 6, 72 Consuetudo
Petrus Comestor: *Historia Scholastica* (PL 198) 1056 Tenebre; 1062 Repo; 1067 Eden, Paradisus; 1069 Interpres; 1070 Virago, Virgo;

1071 A littera; 1073 Perizoma; 1075 Versatilis; 1082 Levigo; 1083 Tristegum; 1084 Catharacta; 1091 Hur, Ur; 1092 Convallis illustris; 1095 Iubileus; 1097 Abram; 1099 Muliebria; 1103 Velamen; 1111 Primogenita; 1116 Messis; 1118 Admissura; 1126 Stacte; 1127 Bivium; 1132 Resina; 1147 Sponsus; 1150 Cinifes, Rana; 1154 Neomenia, Pasche; 1157 Magdalenus, Maris rubri; 1159 Coturnix; 1160 Gomor; 1169 Ligna sethim, Sethim; 1170 Archa testamenti, Oraculum, Propitiatorium, Semis; 1171 Panes propositionis; 1172 Acetabulum, Spera; 1173 Emunctorium; 1173-6 Tabernaculum; 1175 Pluma; 1176 Sagum; 1180 Arula; 1182-6 Ephot; 1187 Altare; 1188 Galbanum, Mirra, Onica, Thimiama, Unctionis oleum; 1194 Libamen; 1195 Holocaustum; 1196 Pacifica; 1197 Adeps, Laganum; 1201 Crustum, Torta; 1203 Holocaustoma; 1208 Sagina (*sc.* sagma); 1212 Preputium; 1213 Laicus; 1214 Iubileus; 1219 Zelus; 1220-1 Nazareus; 1221 Fiala, Mortarium; 1223 Tuba legalis, Turris gregis; 1230 Dipsas; 1234 Igniti serpentes; 1241-2 Batus; 1242-5 Cerimonia, Neomenia; 1250 Serotinus; 1251 Decimas tres; 1253 Ariolus; 1254 Communis, Dedicare; 1256 Repudium; 1263 Opprobrium Egypti, Polenta; 1271 Fedus; 1282 Chorus; 1288 Sura; 1289 Molo; 1295 Ramathaim; 1296 Effrateus; 1297 Ablactatio; 1301 Abel, Extalis; 1304 Lenticula; 1309 Fornix; 1310-11 Psaltes; 1311 Asinus panibus plenus; 1312 Pera; 1314 Gradus; 1320 Phiton; 1324-5 Montes Gelboë; 1327 Fusus; 1329 Domatum fistule, Mello; 1331 Acommentariis; 1332 Celeti; 1333 Sanctificata; 1337 Massa palatarum, Palata; 1343 Filius saltus, Nablum; 1345 Vermis; 1353 Indictio; 1354 Zio; 1362 Cathedra, Pastoforia; 1364 Amula, Scutra; 1365 Elul, Trulla; 1369 Ligna thima; 1378 Sarepta; 1391 Coloquintida, Frumentum; 1393 Cabus; 1394 Stragulum; 1397 Latrina; 1449 Duram; 1467 Migma; 1491 Mundus muliebris; 1504 Preputium; 1511 Formella; 1530 Armigata; 1541 Magi; 1552-4 Pharisei; 1557 Agnus; 1565 Sandalium; 1568 Coutor; 1570 Beelzebub; 1572 Sabbato, Scorpio; 1574 Discus, Effeminati; 1576 Quatuor vigilias; 1577 Corban; 1578 Decapolis, Sirophenissa; 1579 Grabatum, Piscina, Probatica piscina; 1581 Bariona; 1583 Luna; 1584 Dragma, Siliqua; 1585 Eunuchus, Septuagies septies; 1587 Natatoria; 1588 Foramen; 1589 Sinus Abrahe; 1591 Idropicus; 1592 Electum, Encenia; 1593 Porticus Salomonis; 1596 Sicomorus; 1597 Alabaustrum; 1598 *sq.* Asina; 1601 Nummularius; 1602 Corbanan, Gazophilacium; 1605 Nummisma; 1614 Pasche; 1615 Cenaculum; 1623 Plectens; 1627 Parasceve; 1628 Plectens; 1629 Calvaria; 1634 Monumentum; 1655 Porta speciosa; 1663 Libertini; 1670 Candacis; 1717 Scapha; 1719 Insigne; *vide et* Altilia; Primitie

Petrus Lombardus: *Sententiae* IV, 41 Adulter

Petrus Riga: *Aurora Prolog.* Allegoria; *Gn.* 577-82 Cubitus; *Ex.* 419-22

Ligna sethim; *Lv.* 609-10 *et* 613-14 Pinnaculum; *Lv.* 643-4 Alietus; *Lv.* 677-8 Larus; *Lv.* 707-12 Onocrotalus; *Lv.* 719-20 Porphirio; *Nm.* 215-16 *et* 223-6 Pepo; *Dt.* 121-8 Repudium; *Dn.* 459-60 Ipocrita; *Dn.* 543-58 *et* 561-74 Presbiter; *Evang. Aegidii* 2819 Sindon; *Ac.* 570 Caliga; *Cn.* 690-1 Cincinnus; 1060-1 Canalis; *vide et* Isopus

Physiologus: Adamas; Rinoceros; Serpens

Plinius: *Naturalis Historia* II, 9, 35 Bdellium; II, 40, 107 Orix; XXXVII, 8, 107 Topazius

Priscianus: *Institutiones grammaticae* I, 3 Scribere; I, 6 *et* I, 8 *et* I, 14 Cabus; II, 8 Sugo; II, 11 Sedecim; II, 22 Nomen; II, 50 Magdalenus; II, 51 Bissus, Smaragdus; II, 58 Iacinctinus; II, 60 Bissus, Fiscella, Runcina; III, 13 Pridem; III, 23 Detrimentum; III, 24 Novus; III, 33 Vepres, Vulpes; III, 37 Puella; III, 40 Caprea; III, 44 Aculeatus; IV, 5 Parietinas, Runcina; IV, 8 Internecio; IV, 37 Consuetudo; V, 3 Buxus; V, 9 Structio, Vespertilio; V, 16 Uber; V, 23 Nugas; V, 24 Hebes, Teres; V, 28 Torques; V, 31 Acaris; V, 32 Nepos; V, 32-3 Acus; V, 35 Calx, Nicticorax; V, 36 Carectum, Ibices; V, 39 Prevarico; V, 40 Ibices; V, 41 Forceps; V, 42 Predium; V, 54 Sanguis; V, 55 Hebes; V, 56 Figura; V, 59 Nequis; V, 67 Nequis, Siquis; VI, 6 Materfamilias; VI, 16 Margo; VI, 20 Capparis; VI, 30 Ren; VI, 32 Cristallus; VI, 56 Interpres, Quieo; VI, 59 Plastes; VI, 65 Cucumer; VI, 66 Polenta, Sanguis; VI, 67 Acaris; VI, 68 Nepos; VI, 70 Rinoceron; VI, 72 Fastus; VI, 76 Ficus; VI, 83 Domus saltus; VI, 86 Pecus; VI, 91 Vulgus; VI, 93 Orix; VI, 94 Suppellex; VII, 29 Plecta; VII, 43 Ibices; VII, 45 Dragma; VII, 73 Ludibrium; VIII, 14 Prescindo; VIII, 35 Expergiscens; VIII, 56 *et* 57 Sorbitio; VIII, 60 Furo; VIII, 72 Inchoo; VIII, 74 Queso, Trituro; VIII, 75 Sciscitor; VIII, 82-3 Consternor; VIII, 95 Intueri, Tueor; IX, 4-5 Strideo; IX, 9-11 Edo (1); IX, 14 Rudens; IX, 28 Vincio; IX, 32 Explicare; IX, 36 Dimico, Mico; IX, 38 Presto (1); IX 42-3, Fermentum; IX, 48 Prandium; IX, 50 Indulgeo; IX, 51 Fulgeo; IX, 52 Frigo, Mingere; X, 2 Inquio; X, 3 Elicio, Illicio, Pellicio; X, 42 Pango; X, 8 Abortivus, Mors; X, 14 Lambo; X, 21 Expergiscens, Nactus; X, 22 Reminiscor; X, 25 *et* 27 Tundo; X, 27 Retundo; X, 28 Ostentum; X, 29 Consideo; X, 30 Commessatio; X, 31 Clango; X, 32 Punctus; X, 33 Impingo; X, 34 Tollo; X, 35 Excelsus; X, 36 Alimentum, Demolior; X, 38 Lino; X, 42 Sero; X, 46 Queso, Viso; X, 47 Frigo, Plecta; X, 48 Stertere; X, 49 Sanctus; X, 50 Accitus; X, 51 Salio (1); X, 54 Accitus, Veneo; X, 57 Superbus; XI, 7 Sponte; XI, 33 Spiritus; XIV, 28 Traducere; XIV, 38 Pridie; XIV, 53 Dirumpo; XV, 6 Vespere; XV, 14 Pridie, Rite; XV, 16 Noctu; XV, 19 Presertim, Saltem; XV, 24 Dumtaxat; XV, 29 Aliquando; XV, 35 Agite; XV, 40 O; XV, 41 A littera; XVI, 9 Quam; XVI, 10 Saltem; XVII, 27 Articulus; XVII, 82 Prandium; XVIII, 25 Docilis; XVIII, 39 Frugi; XVIII, 132 Prandium; XVIII, 203 Dirutus; XVIII, 298 Nudiustertius; *vide et* Acinus; Vado

Prudentius: *Apotheosis* 210 Prosper
– *Peristephanon* 3, 212 Altare
– *Psychomachia* 572 Lubricus; 860-1 Bissus

Rabanus: *Commentum in Ecclesiasticum* (PL 109) 996 Tricare
– *Commentum in libros Machabaeorum* (PL 109) 1244 Dioscorus; 1261 Bahen
– *Commentum in librum Sapientiae* (PL 109) 684 Adulterine plantationes, Spurius
– *Vide et* Pravicors
Remigius: *Interpretationes* Abba; Ariel; Bariona; Behemoth; Corban; Elul; Iesus; Nathinei; Scarioth; Ur; Zio
– *Vide et* Prescindo
Richardus de Sancto Victore: Articulus

Serlo Wiltonensis: 2, 16 Batus; 2, 28 Edo (2)
App. II: a, M 10 Mino
Servius: *Commentum in Aeneidem* IV, 57 Ovis
Statius: *Achilleis* I, 414 Incus; I, 833 Pectus
– *Thebais* III, 407 Margo; VI, 380 Domus saltus
– *Vide et* Mulier

Theodolus: *Ecloga* 29 Series; 53 Lito; 110 Cortex, Peripsima; 229-30 Agon; 341 Pectus

Valerius Maximus: *Facta ac dicta memorabilia* I, 1, 10 Cerimonia
Virgilius: *Aeneis* I, 203 Olim; I, 327-8 O; I, 432-3 Constipo; I, 522-3 O; I, 672 Cardo; I, 691-3 Irrigo; I, 704 Penuria; I, 724 Cratera; I, 725-7 Lignum; II, 105 Sciscitor; II, 279-80 Interpello; III, 224 Opimatissimus; III, 511 Irrigo; III, 516 Arturus; III, 593 Illuvies; IV, 173-88 Fama; V, 266 Lebes; V, 671-2 Spes; VI, 27 Extrico; VI, 208-9 Bractea; VI, 228 Cadus; VI, 273-7 Vestibulum; VI, 412-13 Forus; VI, 631 Fornix; VII, 30-2 Vortex; VII, 59 Penetrale; VII, 112-13 Penuria; VII, 114-15 Crustum; VII, 247 Tiara; VII, 273 Augur; VIII, 78 O; VIII, 233 Ibices, Silex; VIII, 342 Asilum; IX, 165 Cratera; IX, 174-5 Legio; IX, 358 Tapeta; IX, 524 Scala; IX, 535 Princeps; IX, 711-12 Pila; X, 219-20 Effeminati; X, 449 Opimatissimus; X, 674-5 Palare; X, 806 Fornix; XI, 9-10 Torax; XI, 143-4 Discriminalia; XI, 344-5 Mussito; XI, 768 Effeminati; XII, 241-3 Miseret; XII, 381-2 Torax; XII, 577 Trucidare; XII, 656-7 Mussito
– *Bucolica* 1, 74 Insero; 3, 103 Fascinus; 5, 38-9 Paliurus; 6, 62-3 Cortex; 10, 19 Oppilio; 10, 49 A littera
– *Georgica* I, 71 Novale; I, 74-6 Siliqua; I, 75-6 Vicia; I, 145-6 Improbus; I, 187-8 Amigdalus; I, 261-2 Retundo; Tundo; I, 266 Fi-

scella; II, 194 Repandus; II, 241-2 Excolans; II, 542 Allegoria; III, 231 Carectum; IV, 267 Retundo, Tundo
– *Moretum* 12 Pilum; 42-3 Sincerus
Vita Sancti Iohannis Eleemosinarii (PL 73) 344 Rogo

VOLUMEN HOC ANTENOREIS IN ÆDIBUS
TYPIS OFFICINÆ VERONENSIS VALDONEGA
MENSE APRILI MCMLXXV IMPRESSUM EST